JO. JAC. DILLENII ... CATALOGUS PLANTARUM SPONTE CIRCA...

Joseph Pitton : de Tournefort



PLANTÆ AGRI GISSENSIS ET VICINIÆ,

CUM APPENDICE ET NOVIS PLANTARUM GENERIBUS.



TOPOGRAPHICA AGRI GISSENSIS ET VICINIÆ, ad sesquimilliaris germanici ab urbe spatium.

Notarum explicatio:

Stædte, Flecken, Dörffer, Kloster und Schlösser.
I Dünsberg, II Teuffelsberg, III Waldenberg, IV Die Hardt, V Der Eberstein, VI Stoffelsberg, VII Buchberg, VIII Hangelstein, IX Kalkopff.

JO. JAC. DILLENII,
M. L. Ac. Nat. Cur. Coll.

CATALOGUS PLANTARUM
SPONTE CIRCA
GISSAM NASCENTIUM.

CUM

APPENDICE,

Qua

Plantæ post editum Catalogum, circa & extra Gissam observatæ recensentur, Specierum novarum vel dubiarum Descriptiones traduntur, Genera Plantarum nova figuris æneis illustrata describuntur:

PRO SUPPLENDIS

INSTITUTIONIBUS REI HERBARIÆ
JOSEPHI PITTON TURNEFORTII.

Impensis Auctoris;

Prostat FRANCOFURTI ad MOENUM,
Apud JOH. MAXIMILIANUM à SANDE,
A. M DCC XIX.

ILLUSTRIS ACADEMIÆ
GISSENSIS
PROCERIBUS,
MAGNIFICO
DN. RECTORI,
MAGNIFICO DN.
CANCELLARIO,
AC RELIQUIS VIRIS
SUMME
REVERENDIS,
AMPLISSIMIS, CONSUL-
TISSIMIS, EXPERIENTISSIMIS,
NOBILISSIMIS, EXCEL-
LENTISSIMIS,

DO-

DOMINIS
PROFESSORIBUS
IN HAC ACADEMIA
LONGE
CELEBERRIMIS
SALUTEM ET OBSERVANTIAM.

QVas multas multo labore nec paucis impensis agri Gissensis Plantas conquisivi, & in Catalogum congestas tandem typis exscribi curavi, eas Vobis præcipue, Magnifici & Excellentissimi Viri, dandas dicandasque existimavi, tum quod res ipsa ita postulare videbatur, tum

tum ut observantiam & cultum, quo VOS *prosequor, aliqua ratione testarer. Si enim, quod solum quidem Indicem & Catalogum concernit, is labor Academiæ emolumento & Herbariæ rei Studiosorum commodo præcipue insumtus judicari poterit, liquido constabit eum apud neminem potiori jure quam apud* VOS *in primis deponi. Quo me eo majorem gratiam meriturum spero, quo minus hæc res mutationi cuivis obnoxia videbitur, hoc est, ut ego judico, non temnetur posthac, nec novaturiens cum priore sæculum nostrum nauseam facile super ea concipiet, sed, contra Physicarum*

& Medicarum rerum plerarumque sortem, sarta tecta perstabit diu, ac forte usque eo, quoad & Gissensis ager fecundus erit, & Academia litterisque suus honos gratiaque constabunt.

Accipite igitur, Proceres Academici Excellentissimi, *leve quidem istud, at tamen perenne gratitudinis & observantiæ meæ monumentum: accipite id placida & serena fronte: accipite id illo anni tempore,* omnia quo rident, & formosissimus ille est: *serta nectite ex suavissimis hujus temporis floribus, immo*

omne

omnis hoc sertum multiplici & eleganti varietate distinctum Vobis *sumite & in seros usus custodite. Non marcescent hi flores herbaeque, sed quotannis novo ornatu surgent, spontanea nec ullius cura indigentes, unde perennitate Hortum omnem, mirabili vero structura artem quamcunque superant, ut Salvatoris etiam elogio elegantia earum supra omnem Salomoneam quoque magnificentiam & splendorem assurgat. Id* Vobis *sacrum facio eo lubentius, quod* Vos *mihi omnino bene velle non tantum intelligam, sed & re ipsa*

 ex-

experiar; pro quo favore ac benevolentia cum rependere nihil valeam, grati saltem animi testimonium afferre, ac simul, quantopere Vos colam & honorem, publicis litteris indicare volui

Magnificorum & Excellentissimorum Vestrorum Nominum

Cultor observantissimus

Jo. Jac. Dillenius.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

H*Istoria Plantarum Hassiæ*, ac præcipue earum, quæ circa Gissam nascuntur, summa quanta possum brevitate *Catalogum* hic sisto, mole equidem parvum, sed opera & labore non levem. Ut enim aliquis soli cujusdam plantas, si quidem paucas vel nullas omittere velit, conscribat, eum oportet & pedibus & animo bene valere, nec ulli operæ domi forisque parcere, tum in conquirendis plantis, tum ut earum nomina rite designet. Quo me utroque ita quidem defunctum esse arbitror, ut non dubitem fore, quin, qui posthac Herbariæ rei Gissæ dabunt operam, omnes plantas non tantum locis nominatis inveniant, sed & species earum rite designatas esse comperiantur. Interea reticendum non est, in arvensibus soli semper & cultus rationem habendam esse, ne inter æstiva quæramus, quod hiemalibus competit frumentis, & ne herbas æstivarum segetum hiemalibus tribuamus. Poterit etiam fieri, ut solum alicubi mutetur, non quidem, quod familiare

 est,

eſt, ut ex cultura ager requieſcat & vervactum fiat, vel loci ruderati varient, ſed vertitur ſubinde campus & ex pratenſi fit agrarius, quod bonam partem non ita pridem contigit ſilvatico prato Schiffenbergenſi, in quo Orchides quædam aliæve herbæ alibi non obviæ proveniebant: vel ericeta & teſqua coluntur, aut arboribus, quæ nunc laudabilis cura eſt, conſeruntur, ut colli Veneris aliiſve conterminis ſilvæ Giſſenſis locis paſcuis evenit nuperrime, ubi nec familiares hactenus plantas in poſterum provenire par eſt, nec eæ etiam, quæ in novellis & adapertis iſtiusmodi ſilvulis copioſe & læte nunc naſcuntur herbæ, ætatem ibi ferent, ſed paullatim, prout arboribus adoleſcere erit datum, ſuffocatæ emorientur. De Fungis etiam Muſciſque non tacendum eſt, non alligari hæc genera uni præciſe loco, ſed vagari ea ſæpe & in aliis etiam, præter indicatos, Fungos præcipue, locis reperiri. Ut itaque brevitatem conſequerer, ea tantum, non omnia ſed potiora & maxime neceſſaria (quæ videlicet vel ipſa meliori plantarum cognitioni inſerviunt, vel locum indicant, quo eæ accuratius deſcriptæ & depictæ ſunt) ſy-

ſy-

synonyma adduxi, quæ post editum *Casp. Bauhini* Pinacem nata sunt: deinde brevitatis etiam gratia Generis nomen sæpe omittitur; quando enim nomen cum littera initiali majori desideratur, repetendum id est a præcedenti, v. gr. Fragaria vulgaris *C. B.* p. 326. ferens fraga rubra *J. B.* T. 1. p. 394. intelligenda est Fragaria ferens fraga rubra: plantas etiam omnes secundum Mensium seriem disponere non incommodum visum fuit; hac enim ratione ejusdem mensis repertæ nominationi parcebam, & non levem Libello a nativa, qua se herbæ annis magis æqualibus & constantibus offerre solent, recensione gratiam accedere existimabam. Animus quidem aliquando erat μεθοδικῶς omnia disponere, verum cum ea res paucis, sine defectus aut obscuritatis nota, expediri non posset, (quando Rajana Methodus non paucis locis mihi reformanda esset, cujus rationes semper reddendæ erant, in multis vero commendanda & præcellentia ejus præ aliis Methodis commonstranda veniret, ubi aliorum errores simul detegendi erant) hanc elegi viam, cuivis, quamcunque sequi velit Methodum, tantisper liberum relinquens, quam vero

præ

præ aliis probem & ſequendam exiſtimem, brevibus etiam in ſubjuncta Diſſertatione, dixi, luculentius omnia in ipſa *Plantarum Giſſenſium Hiſtoria*, ſimul ac eam evulgandi occaſio data fuerit, demonſtraturus; pro qua *Hiſtoria* multas habeo Methodos concernentes obſervationes, quarum aliquæ *Catalogo* huic hinc inde interſperſæ ſunt, ut & bene multas figuras herbarum tum novarum, tum dubiarum, hic nominetenus tantum recenſitarum, Muſcorum item icones numeroſiſſimas & integram pæne earum Hiſtoriam, quæ icones omnes perquam nitide & accurate ad vivum mea manu delineatæ ſunt: vires etiam atque uſus medici non minus ac mechanici, cum deſcriptionibus & differentiis ſpecificis accurate in dicto Opere recenſebuntur. Id vero donec fiat, noſtri *Philobotani*, *Prodromo hocce* levi & minoris molis inſtructi, herbarum gratia cum emolumento in ſilvas & campos exſpatiari poterunt. Vires uſualium (quarum eæ, quæ maxime familiares ſunt & officinas Pharmaceuticas intrarunt, in gratiam Pharmacopœorum & in Re herbaria minus verſatorum aſteriſco notatæ ſunt) ſuppeditabunt breviter & ſuccincte *Flora Francica*, *Jo. Schrœderi* Phar-

Pharmacopœia Medico-Chymica, *Pauli Hermanni* Cynosura Materiæ Medicæ, *Dan. Nebelii* Dissertationes Botanicæ, copiosius & diffuse *Sim. Paulli* Quadripartitum Botanicum, judiciose *C. Hoffmannus* de Medicamentis Officinalibus, & nervose communis Herbariorum pater *Dioscorides*, qui merito commendandus est. Qui vero, quicquid de plantis scitu jucundum & utilitate necessarium est, cognoscere avet, id proditum reperiet in *Jo. Raji* vel *Jo. Bauhini*, cujuscunque copia sit, Historiis Plantarum Universalibus: nec negligendi sunt *Tragus* & *Tabernamontanus*: *Dodonæus* succinctus & judiciosus est figurasque bonas habet: *Lobelius* in iconibus ex Antiquioribus præstat, descriptiones aspetæ & incomptæ sunt: *Cordus* vero in his excellit: Matthiolus multa finxit & de plantis, quarum non magnam cognitionem habuit, commentari non est veritus, sed & ea de caussa merito vapulavit a *Lobelio*, *Pena*, *Gesnero*, *Columna*, sed præcipue *Guilandino* & *Jo. Bauhino*: *Clusius* suas partes egregie tutatus est, vir αὐτόπτης, si quisquam alius & præ aliis diligens, ut & *Columna*, primus cum *Cæsalpino* & *Gesnero* Methodi Botanicæ, quæ

a fructificatione desumitur, conditor, in plantis inde depingendis & describendis accuratissimus: *Sterbeeckius* in Fungis reliquis palmam præripuit: *Hortus Eystettensis* magnifico & admirabili, pro suo & nostro etiam tempore, labore confectus est: *Plukenetii* figuræ non raro magis nitidæ, quam accuratæ, accuratiores *Rivini*, quibus optandum esset, ut synonyma etiam addita essent, vel adhuc dum adderentur; verum hi tres posteriores non cujusvis æris & crumenæ: Reliqui præstantiores Herbariæ rei scriptores (*Hermannus*, *Commelinus*, *Plumerius*, *Fevilletius*) exotica præcipue tractavere. Si figuræ bonæ essent, sufficere possent curiosius rimanti plantas *J. Bauhini* Historia, cum *Raji* Methodo Emendata &, pro cognoscendis iconibus characteristicis, *Turnefortii* Institutiones; nunc, præter figuratas notas characteristicas, *Raji* Methodum & Historiam cum *Lobelii* iconibus &, si suppeterent, *Clusii* & *Columnæ* operibus præponerem. Alii, quibus nec animus, nec commodum est, plus ac praxeos necessitas requirit, perlustrare, *Dodonæo Tragove* & uno alteroque virium *Epitomatore*, quamvis hi vires suarum plantarum accurate etiam

tra-

tradiderint, contenti esse possent: nemo vero, ne erret & a recto tramite declinet, ἀμέθοδος se montibus ac silvis committat. Nomina qualia Auctorum sint, *Pinax*, quo carere nemo potest, indicabit, reliqua potiora, quæ in eo non prostant, hic addita sunt, ac eo plerumque nomine ab initio venit herba, quo Genus plantæ simul indicatur: si quando nullum præter nostrum nomen afferatur, indicio est, plantam nondum ab aliquo, quantum quidem mihi notum, descriptam esse: quæ *Morisoni* aliquando nomina recensentur, ea vel e *Raji* Historia Plant. vel *Hermanni* Catal. Hort. Lugd. Bat. vel *Turnefortii* Institutionibus allegata sunt: reliqua ipse consului.


Ceterum *Catalogus* noster, omissis etiam brevitatis caussa, Cerealibus, Leguminibus, Oleribus & radicibus esculentis, quorum omnium in arvis & hortis familiaris cultura est, plures nihilominus continet plantas, quam quicunque alius ex hactenus editis spontanearum plantarum, licet sesquimilliaris Germanici spatii ambitu tantum collectas complectatur, cum aliæ *Floræ* ad plura milliaria plerumque conquisitæ sint, nec Leguminibus, Cerealibus &

Hor-

Hortensibus careant, sive id jam diligentia nostra, sive soli, quod varium & multiplex passimque amœnum est, beneficio contingat. Tu lector *Botanophile* iis fruere, nobis fave, & cum Deo dieque hujus Catalogi continuationem, *Appendicem* nempe, octoginta circiter nova Plantarum, nominetenus tantum hic recensitarum, Genera cum eorundem iconibus characteristicis complectentem, & *Plantas reliquas Hassiæ* extra Gissam nascentes, ipsam *Historiam*, ac meliora forte alia expecta.

Scribebam Gissæ, Calend.
Maj. 1718.

De



DE

METHODIS PLANTARUM,

RAJANA, RIVINIANA, TURNEFORTIANA, KNAUTIANA,

JUDICIUM.

Rocul dubio existimabunt multi, me præter rationem ad scribendum compelli, actumque agi, quando caussam optimam & a nemine post *Turnefortium*, immo ne ipsam quidem Emendatam, ab hoc directe attentatam, multo minus labefactatam, suscipere & ulterius defendere annitor; Methodum illam intellige Plantarum, quam Naturæ vestigiis insistens vir βοτανικώτατος *Joannes Rajus* præcedenti seculo non quidem tam invenit, quam potius ab aliis jam, magnis præcipue *Bauhinis*, agnitam, & a Natura sub Bulbosis, Verticillatis, Umbelliferis, Leguminosis &c. ipsis ostensam, & ipse cognovit, sed tamen a mendis & confusione, qua mire adhuc premebatur, liberavit, & nostro demum hoc, Methodi emendatæ & auctæ editione anno 1703. in extrema senecta magno judicio & experientia ab omnium insultibus non tantum vindicavit, sed & aliorum Methodos magna simul clade affecit. Enimvero dum com-

perio ab iis etiam, qui aliquod inter Botanicos nomen habere volunt, Methodum illam quidem non tangi, si non negligi, interea Turnefortianam præcipue laudari, doceri & ad imitandum proponi, ab aliis porro, qui oculatiores videri cupiunt, novas propalari, non possum quin Herbariæ Rei studiosos moneam & defectus illos commonstrem, quibus Turnefortianam æque ac alias laborare deprehendi. Primum enim ex quo Rivinianam (Morisoniana enim mox exspiraverat, licet prout eam insignis vir *Paulus Hermannus* emendavit, si vasculorum & seminum generalem considerationem demas, quæ nempe hæc non tam pro dignotione, quam dispositione plantarum inserviant, non negligenda sed magni potius facienda, & præ cæteris cum Rajana omnium optime conciliari queat) Methodum edoctus fui, ea satis quidem universalis comparuit, & hac se universalitate adhuc dum præ aliis commendat, ei tamen statim vitio obnoxia visa fuit, quod quascunque herbas sub eodem Genere summo recenseat, modo generales illas notas, quæ ipsi præfixæ sunt, obtineant, licet nullam de cætero similitudinem invicem habeant. Deinde per illas regulas semel assumtas Genera non tantum summa, ut Bulbosæ, Asperifoliæ & aliæ herbæ, quas omnes Botanici cohærere agnoscunt, sed & inferiora immerenter distrahi animadverti, prout hoc ipsi ostenditur etiam a *Rajo* in Pentaphyllo & aliis. *D. Rivinus* equidem sibi religioni non ducit, ex iis speciebus, quæ cum reliquis vel Petalorum Numero, vel floris Regularitate aut Irregularitate non exacte conveniunt,

novæ statuere Genera, idque facit non tantum non contra sua principia, sed & secundum ea, an vero ex natura rei, de eo dispiciendum est. Quod quidem petala concernit, cum certam aliquam notam Generum inferiorum assumere necessarium sit, quæ ex horum numero omnium optime desumitur, largior, immo statuo, quæ his non conveniunt, ab invicem disjungi posse, modo in reliquis partibus non adeo prope ad se accedant, (alias enim, quando his exacte conveniunt plantæ quædam, licet petalorum etiam numero differant, ad idem nihilominus Genus cum consultioribus herbariæ Methodi statoribus reduco istius modi flore tantum discrepantes species,) de Generibus autem superioribus, ut & de florum Regularitate & Irregularitate, prout ab ipso quidem definitur, diversum penitus sentio. Nam cum optime *Jungio* & *Rajo*, quod etiam assumit *Knautius*, flos Regularis (ipsis Uniformis dicitur) sit, cujus vel segmenta, vel petala, non tam magnitudine, quam potius figura & situ conveniunt, ex præcepto *D. Rivini* (vid. Introd. ejus Gener. in Rem. Herb.) alia etiam requiruntur, ut nempe petala vel segmenta magnitudine etiam conveniant, ut stilus erigatur e medio florum, ut stamina respondeant proportionaliter numero laciniarum florum, ut perianthium etiam non sit irregulare, & tam facilis est *D. Rivinus* in determinanda Irregularitate, ut si vel levissima ratio dubitandi occurrat, nec illico de floris regulari figura constet, mox ad Irregularium censum referat plantam; ubi tamen notari debet, licet petala magnitudine (latitudine videli-

cet & longitudine) non exacte conveniant, si tamen sibi æqualiter respondeant, numero videlicet, ipsum nihilominus pro Regularibus bene interpretari hujus modi flores. At vero Riviniana hac determinatione inextricabiles eam Methodum manent difficultates circa Geranium, Pirolam, Tithymalum, Sedum bicorne, Malvam & Alceam, Lysimachias item siliquosas, quarum aliæ species flore donantur Regulari, aliæ Irregulari præditæ sunt. Ita enim si Seda bicornia in duo Genera cum *Turnefortio* recte distinguas, Saxifraga floribus est exacte Regularibus, Gei vero pleræque species flore non prorsus Regulari constant, quoniam altero latere hiatum sæpe faciunt & stilum in medio locatum non habent, tum petala etiam superiore parte replicantur, inferiore explicantur aut concava sunt, quo fit ut planum faciant minus æquale, ut cognata hæc Genera inferiora ex ipsius doctrina male ad diversa Genera summa transferenda sint: sic & Alceæ vulgaris stilus in florum medio non exacte locatur, secus ac in Malva solet observari. Gerania alia, Europæa præcipue, flore sunt Regulari, alia, Africana potissimum, flore gaudent Irregulari, & advertit hoc ipse D. *Rivinus*, videturque concludere plantas has summis Generibus distinguendas esse, quorum illud Gruinalis, hoc Geranii nomine venire posse arbitratur, maxime quod & in fructu utriusque Generis non levis differentia occurrat: Gerania enim semina habere nuda, Gruinales autem vasculis inclusa. Nolo ego homonymiam vocis notare, id animadvertendum moneo,
Ge-

Geranium Cicutæ folio minus & ſupinum *C. B.* itemque majus *Ejusd.* flores habere prorſus Regulares, nihilominus ſemina eorum caudata & in ſpiram revoluta cum integumentis abſcedere, i. e. *D. Rivini* etiam ſenſu, nuda ſunt, plane ut in Irregularibus ipſius obſervatur: ex altera parte Geranium Robertianum *Offic.* & omnium *Auctorum* (non quod pro hoc exhibet *D. Rivinus*) flores habet omnino Regulares, verum ſemina cum folliculis ſuis, non tamen ut prioris caudata & ſpiratim circumacta, ſed a tenui filo pendula, abſcedunt, nec vacuas & roſtro ſemicirculariter cohærentes capſulas aliorum inſtar, quæ flores Regulares habent, relinquunt, unde ex mente *D. Rivini* Gruinali quæ flores Regulares & ſemina vaſculis incluſa habebit, accenſeri nequit, quod ipſe etiam in ſilveſtri foetido obſervavit & hac de cauſſa Geranio potius, quam Gruinali accenſere maluit, quamvis merito aliquis ex eo quærat, cur hic contra ſuam doctrinam potiorem habeat fructum præ flore: contra Geranium Malvæ folio *C.B.* ſemina habebit nuda quidem, flores vero potius Irregulares quam Regulares, non quidem quod aliorum Irregularium inſtar inæqualia ſint petala, ſed quod ex alterutro latere hiſcant & hiulcum efficiant florem, interea ab aliis Malvaceis & Columbinis, quæ flores Regulares, ſemina vero vaſculis incluſa habent, ſejungi bene non poteſt, ut nec reliqua omnia ob dictas rationes, & quod ſemina concernit, ea omnibus vaſculis contineri videntur, cum folliculis laxius includantur in iis etiam, ubi cum his abſcedere ſolent; flores etiam

 noſtro

nostro sensu omnia Regulares habent, planeasque has; quæ vasculi rostrati pentacocci & totius habitus similitudine adeo conveniunt, cum *Rajo*, *Hermanno*, *Turnefortio*, ne ante hos celebres alios Botanicos memoremus, ad unum & idem Genus reducimus. *Ipse* Pirolas omnes uno Genere complexus est sub Irregularibus vasculiferis, cum tamen Pirola minor *Ejusd.* flore sit penitus Regulari, quod per ipsius icones etiam constare potest, similiterque id valet de Pirola flore singulari & Pirola folio Arbuti, quibus stili breves rectique, petala vero æqualiter locata, cum vulgari & reliquis, quas enumerat & eleganter depictas exhibet *D. Rivinus*, speciebus petala inæqualiter locentur, stamina sursum congregentur, stilus autem oblongus, recurvus, proboscidem referens, propendeat & ideo Irregulares efficiant flores. De Tithymali floribus ita sentit, quod eorum Irregularitas vel e stili situ facile apparere queat; at vero vasculi (præcocis & fere ante flores comparentis pediculus est qui florem transgreditur & incurvatur, qui an vel solus, vel etiam vasculum cum stilo e flore propendens Irregularitatem inferre valeat, ego quidem dubito, id tamen satis cognoscere potui, quod his demptis, flores sint prorsus Regulares, cum Lathyridis contra seu Cataputiæ, quæ Tithymalis ab omnibus accensetur, flores ob insignem hiatum Irregulares dici mereantur. Ceteroquin, cur Tetrapetalis & non potius Monopetalis annumerarit hoc Genus *D. Rivinus*, miror. Ex Lysimachiis siliquosis pleræque species flore sunt penitus Regulari, ea tamen
quæ

quæ Chamænerion & Onagra dicta fuit Auctoribus, flores habet ex regula Riviniana Irregulares, cum petala lateralia ad superius assurgant, unde hiatus fit in inferiore florum parte,) stamina vero & stilus propendeant, & hic quidem ab initio ad aliquam usque inflectatur, cujusmodi flos quidem depictus est a *Turnefortio* Inst. Tab. 157. lit. A. Ulterius Lychnis silvestris, quæ Been album vulgo *C. B.* flore est Irregulari, aliæ tamen Species pleræque flore donantur Regulari, & Campanula minor Africana, Erini facie, flore violaceo, cauliculis procumbentibus *Herm.* H. L. B. flores obtinet Irregulares, cum reliquæ species flore conspicuæ prorsus Regulari, & sunt porro multi flores, de quorum Regularitate vel Irregularitate, si rigorosius ex regulis Rivinianis examen instituatur, certi quid statuere non adeo facile est, quales sunt Ulmariæ, Solani, Nicotianæ, Belladonnæ, Lysimachiæ, Salicariæ, Ericæ, Opuli flores. In Umbelliferarum Genere aliæ, me judice, flores obtinent Regulares, flore nimirum luteo & quædam etiam floribus albis præditæ, aliæ Irregulares, albæ nempe pleræque, quin & in iisdem umbellis flores Regulares & Irregulares concurrunt, prout in Sphondylio & Coriandro videre est: Verticillatæ fere omnes florem habent Irregularem, Mentha tamen, si levem stili (qui hic minus irregularem situm obtinet, quam in Corymbiferis & Discoideis plerisque) & vix advertendam differentiam demas, Regulari gaudet flore, Pulegium vero & Lycopus, quantum discernere potui, flores prorsus Regulares habent:

Et quotusquisque nostrum condigne æstimaverit Regularitatem & Irregularitatem herbarum flore Composito? ita enim in genere tum Discoidei, tum Corymbiferi flores, qui conjungi videntur a *D. Rivino*, flosculos ex mente ipsius (vid. Intr. Gen. in Rem. Herb.) habent Regulares, eos videlicet qui discum constituunt, nostra tamen accurata, ut confidimus, observatione plerique flores Compositj, prout quidem Regularitas & Irregularitas ex mente *D. Rivini* definitur, ob stilos inclinantes & tubulos non semper rectos, ex Irregularibus constant flosculis. Videlicet, quod res est, dicendo, minor est & subtilior horum structura, quam ut Regularitatis & Irregularitatis Rivinianæ respectu determinari debeant. Igitur principia hæc, quæ adeo plana prædicantur, lubrica merito censemus & subtiliora, quam ut in usum trahi queant, non tantum in inferioribus Generibus, sed etiam superioribus, a summis vero, quibus a *D. Rivino* præcipue adaptantur, penitus abesse optamus. Quænam vero nostra sententia sit de flore Regulari & Irregulari, de Æquali & Inæquali, de Uniformi & Difformi, de Anomalis item floribus, & quomodo hi a se invicem differant & ad constituenda Genera inservire queant, diximus in Historia Plant. circa Gissam nascent. & forte etiam propediem explicabimus in nova Methodi Rajanæ editione, quam a mendis repurgare, concinnius disponere & supplere animus est, modo condignus Bibliopola se obtulerit.

Alteram doctrinæ Rivinianæ partem, petalorum Nu-

Numerum, quod spectat, non caret ea etiam res difficultate; sunt enim, ceu Lagopus & Melilotus minor, aliæque plantæ, quæ flores adeo parvos habent, ut de iis vix judicari queat, & licet a magnitudine desumtum argumentum non valde attendendum sit, petala tamen, licet flores satis magni sint, certo semper determinari non possunt, quod apparet per Leguminosas seu Papilionaceas plantas, quarum aliæ manifesto Pentapetalæ, aliæ vere Tetrapetalæ, aliæ & pleræque ambiguæ sunt, & in specie in Trifoliorum eodem genere alia, ut vulgare & montanum purpureum, florem obtinent Monopetalum, alia Tetrapetalum, immo Trifolium vulgare album flores habet Dipetalos, si accuratius examen instituatur, & *Turnefortii* Instit. Rei Herb. p. 62. 342. observatione, Limonii flores Pentapetali sunt, ipsi tamen Hispanias peragranti duæ occurrerunt ejus species flore Monopetalo donatæ, & ex *Ejusdem* Ibid. p 72. sententia Numerus petalorum huic fini ideo inservire nequit, quoniam is sæpe incertus occurrit in Ranunculo, Pulsatilla, Caryophyllata, Clematitre aliisque speciebus ejusdem Generis; sic porro in Balsamina *Ejusdem* & *Raji* observatione petalorum Numerus valde incertus est, & in Fumaria aliæ flore sunt Tetrapetalo, aliæ Dipetalo; nam licet Fumarias bulbosas, quæ vere Dipetalos habent flores, a Fumaria vulgari, ob hos ipsos flores & vasculi seminumque diversitatem cum *D. Rivino* (quas, ut & alias plantas, si vel maxime genere differrent, cum eodem Pseudo fumarias, Pseudoacacias &c. incon-

grue vocare nollem, ne mihi aliquis Pseudobaptistæ nomen objiceret, sicuti hoc *Lobelius* leviori de caussa *Gerardo* imposuit) distinguere velis, obstat tamen peregrina illa lutea, Splitt vocata, quæ vere Tetrapetalos rursus habet flores, quamvis siliqua & seminibus cum bulbosis conveniat, & licet hoc non obstante eas nihilominus distinguas, ἄτοπον tamen fuerit bulbosas ad Dipetalas, vulgarem autem ad Tetrapetalas referre herbas; sic & *D. Volckamerus* Althæam Capensem flore Pentapetalo, cum reliquæ Monopetalæ sint, (quo etiam spectat Malva annua rotundifolia, floribus omnium minimis albis pentapetalis, verticillatim genicula ambientibus, quam ex *Morisono* refert *Hermannus* in Cat. Hort. L. B. p. 392.) & Nasturtium Africanum Christophorianæ foliis ex Tetrapetalarum siliquosarum familia oriundum, flores nihilominus constanter Pentapetalos suppeditans in Flora sua Noribergensi recenset, & laudatus modo *Hermannus* Cat. H. L. B. p. 601. Tithymalum Ragusinum, flore luteo pentapelato depingit & describit, in omnibus cum reliquis Tithymalis, sed vasculo præcipue Trigono & tricapsulari, cum ternis intus seminibus, & totidem stilis bifidis vasculo insidentibus, convenientem, licet reliqui hujus Generis flore donentur Monopetalo. Si segmentorum florum numerum consideres, Scabiosæ vulgaris in quatuor, minoris vulgaris *J. B.* & rubræ Indicæ *Ger.* flores in quinque semper lacinias aut segmenta dividuntur: Schetti album seu Jasminum Indicum latifolium inodorum umbellatum, floribus albican-

cantibus *P. B. Pr. Pluk.* Ph. T. 109. F. 2. Bemschetti *H* M P. 2. flores habet in quatuor tantum lacinias divisos, cum reliquis Jasminis in quinque segmenta incisi sint: Gentianarum alii flores in quatuor, alii in quinque partes per summitates dividuntur: Verbesinæ minimæ flosculi in lacinias nunc quatuor, nunc quinque, reliquarum in quinque semper dissecti sunt: Solanum pomiferum, fructu rotundo striato duro, itemque molli *C. B.* & Solanum pomiferum frutescens Africanum spinosum nigricans, foliis profunde laciniatis *H. L. B. Pluk.*Ph.T.226.F.6. spinosum arborescens Cap. B. Sp. *Breyn.*Fasc. 25. flores obtinent in sex segmenta divisos, contra aliorum normam: Gallii pleræque species in quatuor lacinias, alia minor in tres tantum, referente ipso *D Rivino*, dissectos habent flores, & tamen omnes hæ, consentiente etiam *D. Rivino* sub eodem militabunt Genere? licet floris in segmenta divisio non minoris fere momenti videatur, ac ejusdem in petala divisio. Nobis sane videtur nec florum Regularitatem & Irregularitatem, nec eorundem prope in Petala divisionem, Genera suppeditare posse summa, cum hac ratione, quod merito tantopere urgebat *Rajus*, cognata separentur, & conjungantur, quæ nullam invicem similitudinem habent; ad secundarias tamen divisiones & Genera inferiora notasque characteristicas instituendas, utilissima fuerint, tum petalorum in floribus Numerus, tum structuræ Regularis & Irregularis, non tamen prout a D. *Rivino*, sed *Jungio* & *Rajo*, definitur, consideratio. Non attinet hic dice-

dicere & taxare errorem *Turnefortii*, qui Junceos & Juncaginem a congeneribus & consortio Graminum atque Scirporum ad Floriferas petalodes refert herbas, quibus etiam Amaranthum, Asarum atque Chrysosplenium adjudicat, (quod & *D. Rivinus* & *Volckamerus* faciunt) cum non tam ex petalis & figura, quam ex mala potius florum & petalorum definitione natus sit, unde etiam *Knautii*, Apetalos flores negantis, error promanavit.

Ob Methodi affinitatem (est enim ex Riviniana præcipue Methodo manifesto exsculpta, licet ipse non fateatur, & in hoc *Patrem* sequatur, qui in Herbario Hallensi *Raji* Methodum ex priori editione, dissimulato auctoris nomine suam fecit) recensendam nunc sumo Methodum *Christ. Knautii*, nuper propositam, quam magno nomine genuinam dicere non est veritus. Nam quando *D. Rivinus* Regularitatem & Irregularitatem præponit petalorum numero, hic a foliorum florum Numero initium ducit. Summa tamen Genera aliter disponit, quando flores Simplices & Compositos sub uno Monopetalorum conceptu generali tradit: de florum etiam Regulari & Irregulari, vel ut ipse cum *Jungio* & *Rajo* loqui amat, Uniformi & Difformi structura, ut superius breviter relatum est, diversum sentit, & (vid. Differt. ejus Prælim. p. 12.) ad hanc dignoscendam non perianthium, nec sti-
„lum, nec stamina, sed petala, atque in Monopetalis
„ non unguem, non mediam partem, sed summi-
„ tatem attendit. Quo deinceps Botanophilos
„ exactius judicare posse existimat de aliorum

quo-

quorundam modernorum Botanicorum doctrina, “
qua & late nimis describant flores Uniformes & “
Difformes, sicque multas plantas conjungendas “
separent, & separandas conjungant, & postquam “
Uniformes, potiori habita ratione ad figuram, “
quam ad structuram, in Simplices & Compositos, “
ordine velut inverso, divisissent, hos vicissim in “
Uniformes & Difformes, sive, quod perinde sit, “
vel ex Uniformibus, vel ex Difformibus, vel ex “
utrisque compositos subdividant, adeoque sub “
Uniformium Genere species Difformium collo- “
cent, atque rem plus implicent, quam explicent. “
Quibus verbis, posterioribus maxime, *D. Rivini* Methodum non leviter petere voluit, quamvis hoc vitio verti nequeat *D. Rivino*, quod Regularitatem & Irregularitatem nimis late descripserit, cum potius contrarium, & quod nimis sollicite eam determinaverit, elucescat. Ceteroquin Knautianam Methodum in universum consideratam quod attinet, gravi ea illo vitio, cui & *Turnefortii* & *Rivini* Methodi obnoxiæ sunt, immo multo magis quam hæ, premitur, alienas & diversi Generis plantas (a quo errore quasi abesse paullo ante inaniter gloriantem retulimus) consarcinandi, congeneres vero distrahendi, quod per omnes ipsius Tabulas non poterit non constare. Qua enim invicem similitudine gaudent & quam inter se cognationem habent Valeriana, Mirabilis, Percepier, Locusta, Knawel, Beta, Lynostris, Blitum, Parietaria, Hydrophyllum, Bistorta, Persicaria, Atriplex, Fegopyrum, Polygonum, Plumbago,

Rha-

Rhabarbarum, Ulmus, Amaranthoides, Gallioides, Cruciata, Asperula, Aparine, Gallium, Rubeola, Tithymalus, Symphytum, Pulmonaria, Scorpiurus, Lithospermum, Heliotropium, Asperugo, Borrago, Buglossum, Omphalodes, Cynoglossum, Malva, Malacoides, Alchimilla, Cuscuta, Quamoclit, Plantago, Anagallis, Cyclamen, Androsace & reliquæ in Tabula prima & sequentibus comprehensæ plantæ, quam generalem illam notam a flore desumptam & cuique Tabulæ præfixam communem habere? Ubi notabile est, quod & in *Turnefortii* & *Rivini* Methodis contingit, congeneres, quales in hac prima Tabula Stellatæ, Asperifoliæ & Bulbosarum pars, in sequentibus Leguminosæ, Verticillatæ, Umbelliferæ &c. sunt, invicem sociari & tacite Genera Rajana confirmari, quasdam tamen earum, ut Alchimillam, Rubiam, in eodem Genere sejungi, alias, ut Echium, Iridem, Gladiolum, Cannam, ob flores Irregulares, & Bulbosas Hexapetalas atque Ephemerum, ob florem Tripetalum, a sua familia excludi & ad diversa Genera summa seu Tabulas ipsius perperam referri, ob regulus male assumtas & sibi præscriptas. Sed hac porro Methodo Genera inferiora distrahuntur & mire lacerantur; nam ut Valerianam, cui florem Regularem, & Valerianoides cum Cornucopioide, quibus Irregulares tribuit & ad diversa Genera summa transfert, non memorem, quid inconvenientius fieri potest, quam Trifolia, herbas totius generis humani consensu ejusdem societatis & Generis, ad diversa, non tantum infima, sed & summa Genera refer-

referri? Ita sane summa imis, quadrata rotundis & cœlum terræ miscetur. Reliqua & Specialiora suis locis in Methodo Rajana vel Hist. Pl. circa Gissam nascent. reservo; plurimi enim errores sunt, & de fide ejus hic obiter moneo, (quo eodem vitio *Prestonus* etiam laborat) mihi eam non parum esse suspectam, quas enim ille observationes novas & contra alios magno ausu proferre voluit, repetita semper egent examinatione & oculari inspectione: mihi profecto nullæ ipsius observationes, præter illam de Lentibularia & unam alteramve aliam, veræ & ingenuæ fuerunt compertæ. Quam incongrue de seminum nuditate sentiat & ubinam sit ingens illud spatium, quod inter cortices vidisse voluit, ignoro, & hac de re sententiam dicam eodem loco. Rideant alii pro designandis novis Generibus inepta post Trifolium nomina Triphylli aut Trifoliati & Triphylloidis &c. De Umbelliferarum distributione, quæ inexpertis speciosa videri posset, reticere nolui, eam non procedere (cujus rationes hic nimis prolixæ forent) &, quod ipsi solenne fere est, harum floribus multa ipsum ascribere, quæ ita se non habent. Ceterum minime verendum est, ne hæc Methodus multos asseclas, tantum abest ut doctiorum assensum, multo minus admirationem impetratura sit.

D. Turnefortius alia, ac reliqui omnes, incedit via, & pro constituendis Generibus superioribus, quæ Classes ipsi vocantur, non petalorum Numerum, nec florum Regularitatem & Irregularitatem, prout maxime *D. Rivinus* determinat,

sed Figuram saltem faciemve florum diversam, quam minus accurate Structuram appellat, attendit. Cum enim, ut ipse existimat Instit. Rei Herb. p. 72. Classium institutio peti debeat, vel a Numero petalorum, vel ab eorum structura, quoniam petalorum Numerus sæpe incertus sit, v. gr. in Ranunculo, Pulsatilla, Caryophyllata, Clematite aliisque speciebus ejusdem Generis, Structuræ magis immorandum esse statuit, quæ constans sit & magis speciosa, quin & Numerum sæpe includat, v. gr. in floribus Cruciformibus. Diversas igitur sibi concipit & imaginatur florum figuras, Campaniformium, Infundibuliformium, Labiatorum, Cruciformium, Rosaceorum, Caryophylleorum, Liliaceorum, Papilionaceorum, Monopetalorum & Polypetalorum Anomalorum; primariam tamen divisionem in Arbores & Herbas retinet, & Herbas iterum florum respectu in flores Apetalos & Petalodes, hos vero in Simplices & Compositos, Simplices rursus in Monopetalos & Polypetalos distinguit. An vero hic non peccet contra regulas sibi modo præscriptas, dum nempe petalorum Numerum primum assumit, & tum demum differentias a figura desumtas subjungit, judicent omnes, quibus judicandi facultas integra est. Quod vero petalorum numerum ipse alias non sectetur. patere poterit in Classe Liliaceorum, quæ & Monopetalos & Tripetalos & Hexapetalos continet, & Rosaceorum, qua & Dipetali & Tripetali, & Tetrapetali, & Pentapetali & Hexapetali flores recensentur; alibi tamen, ut modo dictum est,

eſt, Claſſes ex petalorum numero inſtituit, v. gr. Campaniformium, Rotatorum, Hypocrateriformium, Monopetalorum Anomalorum, ubi alios flores, qui Polypetali ſunt, ſimilem licet figuram obtineant, omittit; quamvis ipſe p. 62. (quo tantopere ſibi infenſæ Rajanæ Methodo tacite accedit) nec petalorum numerum, nec florum ſtructuram (quam figuræ æquiparat) nimis anxie attendendam moneat, exiſtimat enim, idque bene, nec Trifolium pratenſe purpureum *C. B.* aliasque nonnullas ſpecies, quæ flore ſunt Monopetalo, a Polypetalis Papilionaceis & Trifoliorum Genere, nec Limonii duas ſpecies, quæ ſibi Hiſpanias peragranti flore Monopetalo obſervatæ ſint, ab aliis, quæ flores Polypetalos habent, ſeparandas eſſe, nec Linariam Bellidis folio *C. B.* & Linariam Luſitanicam villoſam Bellidis folio ampliore, aliamque, quam Linariam Luſitanicam floribus palato carentibus vocat, quarum flores anterius hient tubuli modo, a reliquis quarum flores anterius claudantur duobus labiis, inter quæ cavitas intercipiatur animalium palato reſpondens, disjungendas eſſe: ſic porro ex Chryſanthemi & Tagetis Speciebus nonnullas eſſe flore fiſtuloſo, ceteras vero radiato: ſpecierum Lychnidis capſulam nullis diſſepimentis diſtingui, Lychnidem tamen viſcoſam purpuream lævem *C. B.* capſulam habere in tria loculamenta diviſam, quod nos etiam in Lychnide ſilveſtri, quæ Been album *C. B.* in Lychnide ſilveſtri latifolia & anguſtifolia, caliculis turgidis ſtriatis *C. B.* & in Lychnide viſcoſa flore muſcoſo *C. B.* in Lychnide

autem silvestri viscosa rubra augustifolia *Ejusd.* vasculum quinque loculamentis distinctum observavimus (quod argumentum præcipue in eos, qui a vasculis & eorum in loculamenta divisionibus primarias notas characteristicas desumunt, directum est) & Valerianellæ flores fructusque licet non conveniant, ipse tamen omnes sub eodem Genere tradit p. 132. Non equidem concedendum est, ob levem, vel potiorem etiam aliquam, in flore fructuque differentiam, statim ad novum aliquod Genus confugiendum esse, si planta in reliquis potioribus attributis cum Genere recepto conveniat, nullum tamen ipsius Methodo robur accedit inde, quando titubante sententia de florum quorundam figura pronuntiat, alibi vero manifeste confundit & contra regulas sibi ipsi præscriptas peccat. Ita enim, licet Gentianarum flores nec forma, nec segmentorum numero inter se conveniant, ad idem tamen Genus reducit omnes, & Campaniformibus quidem adscribit, dicitque p. 80. Instit. vel patentes, vel tubulatos multifidos esse, in iconibus vero p. 40. sub Classe II seu Infundibuliformibus exhibet; nimirum, quod eorum quidam patentes & Campaniformes ipsi magis viderentur, alii tubulosi magis essent, ipse nescivisse videtur, quo rectius referret. Non nescio ipsum Campaniformes tubulatos habere, verum hoc sensu pleræque II. Classis herbæ, præcipue Nicotiana, Hyoscyamus, Stramonium, Jalappa, Valeriana, Quamoclit eo referri debuissent; nobis sane istius modi flores non magis Infundibuliformes, quam Campanifor-

mes apparent. Sic porro p. 91. Apocyni flores duplicis structuræ sub eodem Genere tradit, (vid. *Raj.* Meth. Em. p. 78.) & p. 93. Periplocæ flores Rotatos sub Campaniformibus, p. 94. & seqq. Malvam, Alceam, Althæam, Ketmiam, Abutilon, Xylon, Asclepiadem, Oxyn, Cucurbitam & plures alias, quibus florem Campaniformem patentem tribuit, sub Classe I. Campaniformium recenset, cum tamen Rosacei potius sint flores (quod jam ante multa secula in Alceæ genere advertit *Dioscorides*) & his accensere debuisset, si figuram & non petalorum numerum, quem ipse non requirit, considerasset: p. 113. Rapunculum post Campanulam tradit & Campaniformibus annumerat, licet, ut ipse fatetur, ita pateant & incisi sint flores, ut stellati videantur, (nobis tantum Campaniformes videntur, quantum nulli omnino alii flores) quin & p. 114. Stellatas herbas Campaniformibus annumerat, atque Campaniformes patentes esse asserit, verum nostro sensu non adeo evidenter, & debuisset potius hos flores Cruciformibus, quam figuram prorsus obtinent, adnectere, ni ipsi petalorum numerus obstitisset, quem tamen, ut aliquoties monuimus, p. 72. non considerandum esse docuerat. Classe II. p. 133. Sectionem Infundibuliformium quartam facit, quam flore Monopetalo Infundibuliformi, vel Rotato esse scribit. An Rotatum Infundibuliformi contra distinguat, dubito; cur enim diversæ figuræ flores sub eadem Classe & sub eadem Sectione recenseret? Sed nec idem sunt flos Infundibuliformis & flos Rotatus,

unde etiam flores Rotatos Sectione 6. Sejunctos tradit. Nobis vero Rotati flores male ſub Infundibuliformibus locati videntur, verum ne *Turnefortius* cognatum Aſperifoliarum Genus diſtraheret, diverſæ figuræ flores ſub eadem Claſſe & Sectione exhibere ipſi neceſſe fuit; videlicet Lithospermo flores ſunt Infundibuliformes (quo tamen male Echium Scorpioides refert, cum ſemen durum minime habeat, nec flores ei, præterquam in arvenſi leviter, Infundibuliformes ſunt) ut & Echio, Pulmonariæ &c. Omphalodi minime, ſed Rotati, ſimiliter Borragini, qui tamen Stellati aptius vocarentur. Echii Scorpioidis plerisque ſpeciebus, Bugloſſo vero vulgari Infundibuliformes, at latifolio ſemper virenti *C. B.* magis Rotati, quamvis plerorumque hujusmodi vere Infundibuliformium florum pelves productionibus quinque globoſis, tot nempe, quot ſunt ſegmenta florum, claudantur, quibus infundibuli uſus & figura inepta redditur. Ab his vero multum recedunt Symphyti flores, quos tamen ſub eadem Sectione recenſet, & flores ei Infundibuliformes & quaſi Campaniformes tribuit. Cur vero ad Campaniformes non refert, cum non minus tales ſint ac Belladonnæ & Polygonati flores? Scilicet a reliquis Aſperifoliis, quibuscum ſemine & reliquis attributis totoque habitu convenit, eam ſeparare non conſultum erat. Ipſe tamen Cerinthen ad Campaniformes p. 79. retulit, quam rurſus in iconibus Tab. 56. eadem nempe cum Symphyto, ob utriusque florum convenientiam exhibet, nec ob fructus convenientiam ab hac tribu, Sectione nimi-

rum quarta Classis Infundibuliformium dimovere nequiverat, cum ipse docuerit p. 66. ad Classium institutionem florem longe præferendum esse fructui, sicuti, ut p. 67. docet, ad Genus statuendum flos simul & fructus adhibendi sunt. Debuisset ergo ex suis præceptis Symphytum ad Campaniformes referre. Hac etiam de caussa a congeneribus male separat & ad Infundibuliformes transfert p. 130. Rubeolam, (cui flores Infundibuliformes tribuit, cum reliquæ Stellatæ ex ipsius sententia Campaniformes obtineant,) & Rubiam latifoliam & angustifoliam spicatam *C. B.* Rubiam cynanchicam & alias. De Sectione sexta Rotatorum jam diximus, quam male sub Infundibuliformibus militet: Lysimachiæ sane, Anagallidis, Polemonii, Moschatellinæ flores, qui ibi enumerantur, nobis magis Campaniformes patentes vel etiam Rosacei videntur, si sola, quod ipse requirit, figura & non numerus petalorum spectetur: similes sunt Veronicarum flores, præterquam spicatarum, quæ quasi Infundibuliformes, Blattariæ vero & Verbasci flores minime Infundibuliformes sunt, ut & Solani, Lycopersici, Alkekengi, Melongenæ, Capsici, qui sane aptius Stellati vocarentur: Pimpinellæ demum Sanguisorbæ flores etiam adscribit Rotatos Monopetalos & sub Infundibuliformibus recenset, qui tamen nec Monopetali, nec Rotati, nec Infundibuliformes, sed potius Tetrapetali Cruciformes appellari debuissent. Classis III. Herbarum & Suffruticum Flore Monopetalo Anomalo male etiam cohæret; quis enim non videat Digitalis flores simul

& multo magis Campaniformes esse, atque ideo ad Classem I. pertinere? quod valet etiam de Scrophularia, quæ flore est Campaniformi globoso; & quod Pedicularem, Antirrhinum, Linariam, Asarinam, Melampyrum, Euphrasiam, Polygalam, Adhatodam, Acanthum & Orobanchen attinet, quorum flores Personatos vocat, de his facile probatu esset, quod ad sequentem potius Classem, Herbarum Flore Monopetalo Labiato seu Verticillatas ex sua sententia referre debuisset, e quibus autem Mentham, Pulegium, Lycopum, Verbenam, Stœchadem, quod recte observatur a *Rajo* in Meth. omittere debuisset, quamvis quod is non fecerit, male non egerit. Sed id sequenti Classe Polypetalorum Cruciformium magis observasse videtur, licet male, dum Tetrapetalis siliquosis alias Tetrapetalas, nulla affinitate conjunctas subnectit, Hypecoon nimirum, Chelidonium, (omisso Papavere & Glaucio, & ad Rosaceos relegato) Sinapistrum, Epimedium, Erucaginem, Potamogeton & Paridem, in quibus posterioribus nullam fructus rationem habet, & recte ex sua doctrina. Id notari ad Genus Alyssi in hac Classe potest, quod Paronychia vulgaris, quam hujus speciem facit, non tam Cruciformes, quam cum congeneribus suis, quæ petala bifida habent, ob hæc ipsa Rosaceos fere flores obtineat. Nec melius sibi prospicit *Turnefortius* Classe VI. Herbarum Flore Rosaceo; profitetur enim in flore Rosaceo petalorum dispositionem, non vero numerum requiri, quod illa semper constans, hic incertus sit, ut in Pulsatilla, Sedo, Caryophyllata, raro binus

aut

aut quaternus, nisi in Circæa & Onagra, sæpe quinus. Si, pergit, quaternus occurrat, tunc flos Rosaceus a Cruciformi differt, quod flores Cruciformes ex quatuor semper, Rosaceus vero modo ex quatuor, modo ex quinque aut sex petalis componatur, ut in Clematite, Ruta, Cappari, aliisque observetur. Enim vero cum in his plantis flores plerumque Tetrapetali sint, id quod frequentius contingit sequi satius est, quam quod aliquando accidere solet, cumque in Papavere, in Glaucio, in Tribuloide, in Onagra & Chamænerio constans numerus quaternarius observetur, qui ergo differunt a Cruciformibus? Et Alsinellæ species, quas ille adhuc sub Alsinis Pentapetalis comprehendit, flores semper gerunt Tetrapetalos, suntque porro Caryophylli arvensis hirsuti flore majore *C. B* & Graminis leucanthemi vulgaris majoris, quæ Alsines species sunt, ut & Alsines hirsutæ alterius viscosæ *C. B.* flores magis Campaniformes, quam Rosacei; sic & Saxifragæ vulgaris atque Asparagi flores ad Liliaceos magis, quam Rosaceos accedunt, & in Circæa, Damasonio atque Nymphæa lutea quisnam Rosaceam figuram quæsiverit? Similiter Africana Gerania, & reliqua florum petalis inæqualibus constantia, non adeo Rosacea sunt. Anapodophyllon comparat *Mentzelius* Campanulæ pendulæ aut Leucoji bulbosi flori, & in Append. p. 564. dum Unifolium ad Smilacem, cui Rosaceum tribuit florem, refert, cuivis intuenti constabit Unifolii flores perfecte Cruciformes esse, quando vero p. 566. Hermanniæ florem Rosaceum, plurimis scilicet pe-

talis tubulatis & corniculatis constantem adscribit, eo ipso innuit & tubulatum seu Infundibuliformem, & Rosaceum adesse florem, qualis etiam p. 659. conjungitur in Papaya, qua simili structura gaudere Aquilegiam ipse non advertit, & ad Anomalas Polypetalas non adeo bene refert. Nigellam & Garidellam, Rosaceis annumeratas, quod concernit, potuisset inde Rotatos facere, cum rotatam radiatamque figuram magis referant, quam ipsius Rotati flores. Classe IX. præter Aphyllanten, quæ habitu externo & modo crescendi penitus diversa est, Herbas Bulbosas recenset, & omnes eadem Classe bene quidem comprehendit, perperam autem omnibus ex æquo Liliaceos flores adscribit. Quam enim quæso cum Lilii floribus similitudinem habent Iridis, Xiphii, Sisyrinchii, Gladioli, Cannacori, Ephemeri, Phalangii, Dentis canis, Narcissi flores? Lilii florem veluti Campaniformem dicit, cui accedat Liliastri flos, cur ergo non transfert ad Campaniformes, sed hic potius recenset? at quam Martagon, quod Lilii speciem facit, Campaniformem vel Liliaceam figuram habet? Cur, si Coronæ Imperialis, Fritillariæ item, Porri & Narcisso-Leucoji flores velut Campaniformes sunt, sub Campaniformibus non tradit? Et cum Muscari, ut ipse habet, florem veluti Campaniformem globosum habeat, Hyacinthus etiam florem Liliaceum Monopetalum, in sex partes sectum & quasi Campaniformem tubulatum obtineat, cur sub Campaniformibus non recensuit? maxime cum posterioris flores exacte Campaniformes sint. Non mirum

tum igitur *Turnefortium* istius diversitatis non ignarum Liliaceos flores tam frigide distinguere, quando eos Liliaceos dici scribit, qui conflentur ex petalis sex, raro tribus, vel in sex partes secentur. An hoc est, non a petalorum numero, sed florum figura differentias Classium sumi debere? Cur ipse, neglecta quasi florum figura, contra suam doctrinam statim ad fructum delabitur & huic Classi proprium dicit, ut pistillum aut calix abeat in capsulam in terna loculamenta divisam? qua de caussa etiam recte notatur a *Rajo* in Præfat. ad Meth. Em. Classis XI. Florum Polypetalorum Anomalorum, congeries, si non farrago, est multarum herbarum, quas alio referre non potuit; sunt enim his flores Dipetali, Tetrapetali, Pentapetali, Hexapetali, figurarum diversarum, quas ipse determinare nequivit. Comparat tamen Violam & Fumariam floribus Papilionaceis, & his, si sola figura & similitudo suffecisset, potuisset, immo debuisset eas adjicere, quibus jungere potuisset Delphinium, cum hujus flores Papilionacei quid referant. Orchides etiam & iis affines eodem loco disponit, quarum flores, cum ludicras & confictas personas multis partibus magis referant, quam ipsius Labiati & Personati etiam flores, immerito ad hanc Classem relegatæ videntur. Neque vero multo melior est *Turnefortii* Methodus in Herbis Flore Composito; ita enim Classe XII. sub Flosculis fistulosis herbas toto habitu differentes commiscet, dum Capitatis Discoideas non radiatas interponit, Carthamum, ob semina non papposa, & Echinopum, ob flosculos

calici proprio insidentes, a cognatis Capitatis sejungere necesse habet, & quamvis Discoidearum flosculi non nisi exilitate a Capitatarum flosculis differre videantur, disci tamen figura, in Corymbiferis præsertim, & nascendi modo ab iis multum recedunt, ut taceam non levem subesse in earum tubulis & laciniis etiam differentiam, si accurate contempleris. Quod vero Sectione 5. huic Classi Scabiosam, Dipsacum & Globulariam adjungat, tolerandum nullo modo est. Sicuti enim Compositorum florum proprium est, & flosculos quasi constituit, si eorum stilus, quem hic capillamentum vocat *Turnefortius*, membranula, farinam continente, circumdetur, alio vero apparatu staminoso & apicoso careat, ita id de horum floribus, qui staminibus & apicibus donantur, prædicari nullo modo potest. Cur Globulariam ad Labiatas, Scabiosam cum Dipsaco, atque forte omnes reliquas hujus Classis herbas ad Infundibuliformes non refert? figura enim conveniunt. Ad Classem XIII. nihil memoratu dignum occurrit, non possum tamen quin hujus occasione, inter alia, quæ perperam ex auctoribus citat, intelligit, interpretatur & explicat *Knautius*, memorem, quam infeliciter *Turnefortii* partes contra *Rajum* suscipere ausus fuerit *D. Knaut*. Cum enim *Rajus* Meth. Em. p. 41. in Cnici genere notam *Turnefortii*, qua id capitulis foliorum spinosorum circulo obvallatis ab aliis distinguit, assumsisset, ex *Turnefortio* quærit & rationem non videt, cur, si nota talis in una Classe sufficiat ad Genus constituendum, in alia non item, v.

gr. Hieracio capitulis Cardui benedicti, valere debeat? *Knautius* existimat rationem facile patere, si modo illorum flores, & non perianthium solum attendatur; Cnicum enim floribus fistularibus constare, Hieracium vero flosculos semifistulares proferre, differre ergo floribus, etiamsi perianthio conveniant. Egregia explicatio & digna tanto paraphraste. Quasi *Rajus* Hieracium capitulis Cardui benedicti cum Cnici genere jungi voluisset, quod fuisset tum contra suam, tum contra *Turnefortii* Methodum, & non potius id contendisset: Si ob has notas in Classe XII. florum Flosculosorum ad Cnici genus allatas, novum Genus constituere liceat, tum id etiam concedendum esse in alia Classe XIII. florum Semiflosculorum, & simili de caussa Hieracium Cardui benedicti capitulis a reliquis Hieraciis removendum esse, sicuti Cnici genus ex Carduo constitutum erat. Si vero flores diversæ figuræ sub uno Genere recte comprehendi nequeunt, ut *Turnefortio* patrocinans asserit *Knautius*, cur ipse differentis figuræ flores in Tabula I. florum Compositorum, itemque II. & III. miscet & confundit? Quam enim similitudinem habent Cinara, Rhaponticum, Atractylis, Serratula, Cirsium, Lappa, cum Elichryso, Filagine, Senecione &c. in I? in II. vero Dens leonis, Scorzonera & similes cum Succisa, Psora & Scabiosa? & in III. Jacea, Crupina, Cyanus cum Helenio, Conyza, Virga aurea, Doronico &c? Sed ad *Turnefortium* nostrum, licet hic Classe XIV. Sectiones non adeo bene distinguat, nec Genera satis accurate disponat, tamen quoniam ea res Methodum minus

minus tangit, Apetalis floribus, Classe XV. comprehensis, accedimus, ubi tantum miramur nobisque suspicio est, non magnam *Turnefortio* fuisse Graminum notitiam; adeo omnia fere in unum Genus cogit & Loliacea vocat gramina, quæ nullam cum Lolio similitudinem habent: multa etiam confundit & multis minus convenientia nomina imponit. Inter Arbores denique non minus errat *Turnefortius*, p. 577. enim & seqq. ex uno Genere aut una Classe duas, XVIII. nempe & XIX. facit. Quæ enim differentia est inter Apetalos & Amentaceos flores? an non Amentacei Apetali etiam sunt? Potuisset eodem jure ab Amentaceis arboribus Coniferas sejungere & ex iis peculiare rursus Genus seu Classem instituere, cum earum coni floridi a veris amentis non leviter recedant. At si ex sua Methodo & rei natura agere voluisset, debuisset omnes in unam & eandem Classem conjicere. Classe tertia Arborum cur Monopetalas tradit? cum a petalorum numero Classium institutionem fieri non debere in Isagoge docuerit, unde etiam ipse segmentorum florum numerum, quæ non minoris fere momenti videntur, in eadem Classe non attendit, sicuti alias in pluribus Classibus petalorum numero distinctas plantas ex suis præceptis recte confundit. Cur quæso flores diversæ figuræ ibi recenset, Infundibuliformes, Campaniformes, Rotatos, Anomalos? an non ipse suam Methodum evertit? Et Classe denique quarta Arborum, XXI. nempe Institutionum, Rosaceo flore insignes refert, & inter has Berberis flores enumerat, qui non minus Campaniformes globosi aliis videbun-

buntur, ac ipsi Rosacei apparent. E quibus omnibus non poterit non abunde constare, quam parum sibi ipse constet *Turnefortius*, quin quam parum sibi constare potuerit; cum enim diversæ figuræ in eodem flore non raro observentur, nec plures aliquot de unius & ejusdem floris forma conventuri sint, quousque ista similitudo extendenda & quibus limitibus, ad summa præcipue Genera constituenda, circumscribenda sit, determinari nequit. Id etiam observari meretur, dari plantas, quarum florum formæ nec cum ipsius figuris conciliari, nec novæ ipsis adeo bene assignari queant, v. gr. Corispermi & Stellariæ flores, qui ab ipso omittuntur, & quotannis porro, licet novæ figuræ fingi queant, cum novis plantis & florum figuris diversis, novas instituendas venire Classes seu Genera plantarum summa, sicuti mihi quidem videtur, ex ipsius Classibus plantisque jam notis, duas alias, florum figura plane differentes, non tantum institui posse, sed & debere, primam nempe Semiflorum, qui ex floribus simplicibus respondent Semiflosculis florum Compositorum, quales observantur in Aro & ex parte in Arisaro, Aristolochia, Acantho, Myosuro, Chamædry, Polio, Teucrio, Chamæpity, Bugula, Cameraria, Rapuntio, secundam vero Herbarum flore Duplicato, quo pertinent Epimedium, Helleborus, Narcissus, Nigella & Garidella, Aquilegia, Corindum, Papaya, Parnassia, Azedarach, & quadantenus etiam Nerion & Lychnidis pleræque species; quamvis istius modi Genera minime probanda, & farrago fuerint herbarum in ceteris partibus non convenienti-

um,

um. Id vero in universum valet de hac *Tournefortii* Methodo, quod speciales nimium differentias, easque sæpe imaginarias magis, quam in rerum natura fundatas, assumat & ad Generales conceptus minus auspicato transferat, adeoque ex pueri quasi calceolis Herculis cothurnos parare instituat. De qua sibi tantum tribuit placetque, ut in Præfationis Instit. limine asserere non dubitaverit, hac "quidem, nullo etiam præceptore docente, certam "plantarum cognitionem ex tempore acquiri posse, "si nempe paucorum florum formæ (quatuorde-"cim scilicet, quæ intra spatium unius vel alterius "horæ addisci queant) in animo defigantur, & de "qua Isagoges p. 58. gloriatur sibique gratulatur, "utpote cui omnium postremo, nescio, ait, quo "bono fato contigerit demonstrasse hanc Metho-"dum ceteris omnibus præstare (ubinam vero ?) "& singulis Generibus ita aptasse, ut magno Her-"bariorum commodo futuram sperare ausim. Id ei tamen jure omni tribui potest & debet, quod circa specialia & inferiora plantarum Genera, notasque characteristicas valde accurata sit & curiosa, at in summis plantarum Generibus minus utilis, quia vitiis plurimis obnoxia. A quibus omnibus sicuti longe abest Rajana Methodus, ita merito in inferioribus plantarum Generibus, partim etiam superioribus ulterius emendanda & perficienda est. Quod sicuti pro candore suo ipse agnovit in Præfatione ad Method. Emend. quod hæc res unius hominis non sit aut ætatis, ita quam ipse repurgatam jam dedit, ex numerosis, quas habemus, ob-

ser-

servationibus ulterius elimare & perficere animus est; quo nos labore majorem gratiam mericuros speramus, quam illos, qui novis Methodis inveniendis desudant, & crudas atque inconcoctas non verentur protrudere foras, quibus inclarescere potius, quam Botanices scientiam, antehac Methodi defectu confusam, nunc fere, mirum dictu, earum multitudine oppressam & intricatam, promovere intendunt, quorum animo merito insidere deberet illud Inclyti *Rolfincii* Libro de Vegetab. II. Grave " omnino, inquit, onus & magni moliminis, nec mo- " dicæ artis aut parvæ solertiæ negotium est, varium " plantarum apparatum sub uno generali conceptu " considerare, & e singularibus scientiæ hujus con- " dere, universale quod sit principium. Quæ verba cedro digna considerent illi, qui ad regulas apud se natas & propositas, si non effictas quandoque plantas pro lubitu digerere & invita plerumque natura disponere, immo potius distrahere & dissipare solent, nec attendunt naturalem, qua cognatæ cohærent, convenientiam. Nos hoc insignissimum elogium Rajanæ Methodo jure summo tribuere debemus, quod hæc Naturæ ordini quam maxime accommodata, & ex ea ipsisque plantis prorsus prognata videatur. Herbariæ rei studiosi probe sibi perspectam reddant Methodum Emendatam, donec Emendatiorem videre liceat, & facili jucundaque opera cognoscent non tantum agri Gissensis aliasque plantas, sed & fundamentalem atque solidam earum sibi notitiam comparabunt.

EXPLI-

EXPLICATIO NOMINUM ABBREVIATORUM.

Alp. Prosperi Alpini Exoticorum Libri duo.
C. B. Casp. Bauhini Pinax, Prodromus & Catalogus Basileensis; pag. 1. 2. 3. 4. &c.
J. B. Joann. Bauhini Historia Plantarum tribus Tomis exhibita; Tom. 1.2.3.p. 1.2.3.4. &c.
Bocc. Paul. Boccone in Museo; pag. 1.2. 3. &c. Tab. &c.
Bob. Jac. Bobartus in Historiæ Oxon. Part. 3.
Breyn. Jac. Breynius in Ephem. Nat. Cur. & Centuria Exotic. Plantarum.
Br. Otto Brunfelsius in Herbario.
Cl. Carolus Clusius in Historia & Pannonicis.
C. Alt. Catalogus Altorffinus.
Col. Fabius Columna in Ecphrasi minus cognitarum Plantarum; Part. 1. 2. pag. 1. 2. 3. &c.
Comm. Joann. Commelini Catalogus Plantarum Indigenarum Hollandiæ.
Cord. Valerii Cord in Dioscoridem Annotationes.
Diosc. Pedacius Dioscorides de Materia Medica.
Dod. Remb. Dodonæi Stirpium Historia; Pempt. 1. 2. &c. Libr. 1. 2. 3. Cap. 1. 2. &c. pag. 1. 2. 3. 4. &c.
Dood. Doody in Supplemento Historiæ Rajanæ; pag. 1. 2. &c.
Eph. N. C. Ephemerides Naturæ Curiosorum in Germania, primum per Decurias & Annos, postea per Centurias exhibitæ.

Eyst.

Eyst. Hortus Eystettensis.
Fabr. Jo. Matth. Fabri Strychnomania; pag. 1. 2. 3. &c. numer: 1. 2. &c.
Ger. Joann. Gerardi Historia Plantarum Anglica.
Gesn. Conr. Gesnerus de Hortis Germaniæ.
Hoffm. Maurit. Hoffmanni Catalogus Altorffinus.
H. L.B. Pauli Hermanni Hortus Lugduno-Batavus.
H. R. P. Hortus Regius Parisiensis.
Jung. Ludov. Jungermannus in Catal. Altorff.
Kn. Christ. Knautii Methodus Plantarum.
Lugd. Historia Lugdunensis.
Lob. Matth. Lobelii Stirpium Illustrationes; p. 1. 2. 3.
Lon. Adami Loniceri Herbarium.
Mars. Marsantius (Marchant) in Historia Academiæ Regiæ Scientiarum.
Matth. Petr. Andr. Matthioli Commentarii in Dioscoridis de Materia Med. Libros.
Mentz. Christ. Mentzelii Pugillus rariorum Plantarum.
Merr. Christoph. Merreti Pinax rerum naturalium Britannicarum.
Mor. Rob. Morisoni Historiæ Oxoniensis Pars 2. & 3. pag. 1. 2. &c. it. Plantarum Umbelliferarum Distributio nova.
Munt. Abr. Muntingius de vera Herba Britannica; pag. 1. 2. &c. descriptione, & p. 1. 2. 3. &c. icone.
Mus. Pet. Museum Petiverianum a Rajo citatum.
Panc. Thom. Pancovius in Herbario Portatili; pag. 1. 2. &c. icon. 1. 2. 3. &c.
Park. Jo. Parkinsoni Theatrum Botanicum.
Plin. C. Plinii Naturalis Historia.

Plot. Rob. Plot Naturalis Hiſtoria agri Oxonienſis.

Pluk. Leon. Plukenetii Phytographia Curioſa; Tab. 1. 2. 3. Fig. 1. 2. &c.

Raj. Joann. Raji Hiſtoria, Synopſis, Methodus, Catalogus Plantarum Angliæ & circa Cantabrig. naſcentium. pag. 1. 2. 3. &c.

Riv. Aug. Quir. Rivini Ordines Plantarum Flore Irregulari Monopetalo, Tetrapetalo, Pentapetalo, Hexapetalo.

Ruell. Jo. Ruellius de Natura Stirpium.

Schæff. Car. Schæfferi Deliciæ Plantarum Hallens.

J. Scheuchz. Joannis Scheuchzeri Agroſtographiæ Helveticæ Prodromus; p. 1. 2. 3. &c. Tab. 1. 2. &c.

Schr. Jo. Schrœderi Pharmacopœa Medico-Chymica; Libr. 1. 2, 3. 4. Claſſ. 1. 2. &c.

Sher. Guil. Sherardus apud Rajum in Supplemento Hiſtoriæ Plantarum; pag. 1. 2. &c.

St. Franc. Sterbeeckii Theatrum Fungorum, Belgico idiomate conſcriptum; pag. 1. 2. &c. lit. A. B. C. &c.

Tab. Jac. Theod. Tabernæmontani Hiſtoria Plantarum; Libr. 1. 2. 3. pag. 1. 2. &c. Edit. C. Bauh.

Theoph. Theophraſtus Ereſius de Hiſtoria & Cauſſis Plantarum.


Turn. Jos. Pitt. Turnefortii Inſtitutiones Rei Herbariæ & earundem Corollarium; p. 1. 2. 3. 4. &c.

Vern. Vernon in Raji Supplemento Hiſt. Plant. pag. 1. 2. &c.

Volck. Jo. Georgii Volckameri Flora Noribergenſis.

Wepff. Jo. Jac. Wepfferi Hiſtoria Cicutæ aquaticæ.

CA-



CATALOGUS PLANTARUM CIRCA GISSAM NASCENTIUM.

FEBRUARIO FLORENT.

* CORylus ſilveſtris *C. B.* 418. Avellana nux ſilveſtris *J. B.* 1. 269.

Corylus ſilvatica latiore folio, virgis rectioribus & minus ramoſis. In ſilvis paſſim hæc, prior abunde circa pagos reperitur. Prima omnium floret Corylus, & veri hujus arboris flores ſunt juli illi pendentes cylindracei, non vero cirri illi rubentes, ex gemmis hoc etiam tempore emergentes, quos *J. Bauhinus* pro floribus habet, cum hi ſtili ſint & tenelli embryones, a flore in eadem arbore & iisdem ramulis remoti. Hæc vero ſpes futuri fructus (unde curioſior obſervator de copioſiore vel parciore nucum proventu, quod & apud alias arbores valet, præſagium ſumere poteſt,) duobus prope menſibus ante folia comparet, nec facile a ſuperveniente frigore, quod aliis arborum floribus tantopere nocet, læditur.

MARTIO FLORENT.

* Thymelæa Lauri folio deciduo, ſive Laureola femina *Turn*, 595. Laureola folio deciduo, flore purpureo;

pureo: officinis Laureola femina *C. B* 462. folio deciduo, five Mefereon Germanicum *J. B.* 1. 566. In dem Buchberg/ Hangestein und Lindermarck.

Narcisso-Leucojum vulgare *Turn.* 387. Leucojum bulbosum vulgare *C. B.* 55. bulbosum hexaphyllon, cum unico flore, rarius bino *J. B.* 2. 590. bulbosum præcox majus, sex petalis æqualibus & albis *Mor.* 2. 364. In silva Hangestein / it. in frutetis versus Badenburg juxta Lanum.

* Viola *Riv.* Irr. P. martia purpurea flore simplici odoro *C. B.* 199. martia purpurea *J. B.* 2. 542. Passim ad sepes hortorum, locis præcipue aclivibus.

Viola montana latifolia flores ex radice, semina in cacumine ferens: an Viola montana cærulea grandiflora *H. R. Par?* Melanium montanum *Lugd.* 2 204. In cacumine silvæ Hangestein.

* Asarum *C. B.* 197. *J. B.* 3. 548. In silva Hangestein & in septentrionali latere Fageti.

Chrysosplenium foliis amplioribus auriculatis *Turn.* 146. Saxifraga rotundifolia aurea *C. B.* 309. aurea Dodonæi *J. B.* 3. 707. In silva Gissensi ad fundulorum rivulum & circa fontem, Waldbrunn dictum. Flore vere est apetalo, contra sententiam *Rivini, Volckameri* (flores tetrapetalos) & *Turnefortii*, (rectius monopetalos facientis) cum folia illa speciosa potius pro calice colorato habenda sint; neque enim decidunt, nec marcescunt, sed progressu temporis colorem aureum amittunt, viridia fiunt & ad plantulæ marcorem usque supersunt.

APRI-

APRILI FLORENT.

* Tussilago *J. B.* 3. 563. vulgaris *C. B.* 197. In specu montis Selicernii, ad rivulum prope Gleiberg, & in agris montosis ante pagum Rœdgen.

* Petasites major & vulgaris *C. B.* 197. vulgaris rubens rotundiori folio *J. B.* 3. 566. In pratis putridis & spongiosis post fontem Waldbrunn. Flores flosculis constant uniformibus, seu ejusdem figuræ, & recte a *Turnefortio* depinguntur, at sequens flosculos habet difformes seu diversæ figuræ; nihilominus ambæ sunt & ab omnibus judicabantur Petasitidis species.

* Petasites minor *C. B.* 197. albus anguloso folio *J. B.* 3. 566. In hortis humidioribus & locis depressis ad Lanum, item ad fossam interurbanam penes Hortum Medicum.

Mercurialis montana testiculata & spicata *C. B.* 122. perennis repens, Cynocrambe dicta *Raj.* Hist. 163. Cynocrambe mas & femina sive Mercurialis repens *J. B.* 2. 979. In cacumine silvæ Hangestein.

Salix latifolia rotunda *C. B.* 474. latifolia inferne hirsuta *J. B.* 1. 215. In virgultis passim ad aquas humilior est, in silvis sæpe in prægrandem excrescit arborem, idque locis etiam elatis & siccis, prout in monte Dino videre est.

Veronica folio Hederæ *Riv.* Irr. M. Cymbalariæ folio verna *Turn.* 145. Alsine Hederulæ folio *C. B.* 250. Alsines genus Fuchsio, folio Hederulæ hirsuto *J. B.* 3. 368. In agris copiose.

Pulsatilla folio crassiore & majore flore *C. B.* 177.

purpureas cæruleave *J. B.* 3. 409. Prope Niderklee provenit, prout nobis significavit Excell. *D. D. Hertius*, Anat. & Botan. Professor Celeberrimus, Fautor & Amicus noster honoratissimus.

Stellaris arvensis flore luteo umbellato: Ornithogalum luteum *C. B.* 71. Bulbus silvestris Fuchsio flore luteo, sive Ornithogalum luteum *J. B.* 2. 623. In agris, elatioribus præsertim. Flore, staminibus & vasculis duplicatis in solo pinguiore aliquando reperitur.

Veronica Rutæ folio *Riv.* Irr. M. verna trifido vel quinquefido folio *Turn* 145. Alsine triphyllos cærulea *C. B.* 250. folio profunde secto, flore purpureo seu violaceo *J. B.* 3. 367. In agris secalinis.

Salix folio rotundo minore. In silva Lindana, Badenburgensi & Schiffenbergensi.

* Equisetum arvense longioribus setis *C. B.* 16. minus terrestre *J. B.* 3. 730. In agris, pratis udis & ad fossas; Majo folia protrudit, hoc vero mense floridum cauliculum.

* Pulmonaria Italorum ad Buglossum accedens *J. B.* 3. 595. Symphytum maculosum, sive Pulmonaria latifolia *C. B.* 259. In silva Hangestein / ubi semper foliis non maculatis reperitur.

Lamium purpureum fœtidum, folio subrotundo sive Galeopsis Diosc. *C. B.* 230. Galeopsis sive Urtica iners folio & flore minore *J. B.* 3. 323. In agris plerisque & ad sepes viasque; Junio iterum floret.

Lamium vulgare album sive Archangelica flore albo *Park.* 604. purpureum vel album non fœtens, folio

folio oblongo *C. B.* 231. Galeopsis *Riv.* Irr. M. Urtica iners floribus albis *J. B.* 3. 322. Ad sepes; Junio iterum floret.

Lamium purpureum fœtidum, folio parvo acuminato, flore majore *Pluk.* Ph. T. 198. F. 1. folio oblongo flore rubro *Park.* 606. Galeopsis sive Urtica iners, flore purpurascente majore, folio non maculato *J. B.* 3. 321. Ob folia atrovirentia & per extremitates magis acuminata a priore, quocum conjungit *C. Bauhinus*, distingui potest.

* Ficaria *Br.* Chelidonia rotundifolia minor *C. B.* 309. Scrophularia minor, sive Chelidonium minus vulgo dictum *J. B.* 3. 468. Ranunculus vernus rotundifolius minor *Turn.* 286. Ad margines sepium & in dumetis abunde.

Anemonoides flore majore: Anemone nemorosa flore majore *C. B.* 176. Ranunculus phragmites albus & purpureus vernus *J. B.* 3. 412. In silva Hangestein & alibi; in pratis etiam udis quandoque reperitur.

Anemone-Ranunculus flore luteo: Ranunculus nemorosus luteus *C. B.* 177. phragmites luteus nemorosus *I. B.* 3. 413. In silva Hangestein.

Moschatellina foliis Fumariæ bulbosæ de qua Cordus *J. B.* 3. 206. Ranunculus nemorosus Muscatellina dictus *C. B.* 178. Sub arboribus in solo laxo & spongioso sed pingui provenit in Fageti extremitate ad fundulorum rivulum, inque sepibus & senticetis ad pagum Rœdgen.

* Pervinca vulgaris angustifolia, flore cæruleo *Turn.* 120. Clematis daphnoides minor *C. B.* 301.

J. B. 2. 130. In sepibus des Nahrungbergs/ ac in quibusdam silvæ Steltzenmorgen locis copiose.

Draba vulgaris caule nudo, Polygoni folio hirsuto: Alysson vulgare Polygoni folio, caule nudo *Turn.* 217. Bursa pastoris minor loculo oblongo *C. B.* 108. pastoria minima oblongis siliquis, verna, loculo oblongo *J. B.* 2. 937. Ad latera viarum acclivia & in agris.

* Fumaria bulbosa radice cava major *C. B.* 143. bulbosa radice cava, flore purpurascente & albo *J. B.* 3. 204. Pseudofumaria *Riv.* Irr. T. In silva Hangestein cum sequentibus.

* Fumaria bulbosa radice solida, calcari & folio cristato *J. B.* 3. 205. bulbosa radice non cava major *C. B.* 144.

* Fumaria bulbosa radice cava, flore albo suaveolente.

Orobus *Riv.* Irr. T. silvaticus purpureus vernus *C. B.* 351. silvaticus perennis vernus, siliquis erectis, flore purpureo Mor. H. 2. 93. Galega nemorensis verna *J. B.* 2. 343. In silva Hangestein.

Narcissus silvestris pallidus, calice luteo *C. B.* 52. Bulbocodium vulgare *J. B.* 2. 593. In hortis non raro, locis gramineis.

Quinquefolium minus repens lanuginosum luteum *C. B.* 325. Pentaphyllum minus molli lanugine pubescens flore luteo *J. B.* 2. 398. Locis herbosis in marginibus viarum acclivium.

Fragaria foliis hispidis *C. B.* 327. In silva Hangestein/ it. auf der weissen Erde.

Veronica folio Chamædryos *Riv.* Irr. M. flosculis oblon-

oblongis pediculis insidentibus, Chamædryos folio *Mor*. H. O. 2, 322. Alsine Chamædryfolia, flosculis pediculis oblongis insidentibus *C. B.* 250. serrato folio glabro *J. B.* 3. 366. In agris; postea iterum Junio.

Juncus villosus capitulis Psyllii *Turn*. 246. Gramen exile hirsutum *Ger*. hirsutum capitulis Psyllii *C. B.* 7. Pr. 15. luzulæ minus *J. B.* 2. 493. In pratis & pascuis ubique.

Juncus nemorosus latifolius major *Turn*. 246. Gramen nemorosum hirsutum vulgare *Raj*. H. 1292. M. E. 181. hirsutum latifolium majus *C. B.* 7. rore lucidum nemorense seu luzulæ *J. B.* 2. 492. In silvæ Hangestein parte posteriore, & in silva Lindana.

Cyperoides minus, spicis densioribus *Turn*. 530. Gramen cyperoides vernum minimum *Raj* H. 1294. M. 186. caryophyllatæ foliis spica divulsa *C. B.* 3. In silvis pratisque siccioribus.

* Alsine media *C. B.* 250. vulgaris sive Morsus gallinæ *J. B.* 3. 363. In vervactis & ubi Tabacum plantatum fuit; Octobri iterum.

Alsine verna glabra, floribus umbellatis *Turn*. 242. Caryophyllus arvensis umbellatus folio glabro *C. B.* 210 arvensis umbelliferus *J. B.* 3. 361. In arvis. Divisura caulium, qua caret, petalis trifidis & seminibus triquetris ab omnibus Alsinis differt, ut peculiare Genus mereri videatur, quod *Holosteum* vocari posset.

Cerastium hirsutum viscosum: Myosotis hirsuta altera viscosa *Turn*. 245. Alsine hirsuta altera viscosa *C. B.* 251. Ad vias & in agris. *Cerastii* nomine,

C 5 quod

quod plantam corniculatam designat, cum Echium scorpioides *Myosotis* aptius dicatur, hic utimur ad designandum Myosotidis *Turnef.* genus.

* Betula *J. B.* 1. 148. *C. B.* 427. Prope Badenburg/ in Juniperetis supra pagum Launspach/ & post silvam Hangestein.

* Populus nigra *C. B.* 429. nigra sive αἴγειρος *J. B.* 1. 155. Ad Lanum & rivum Wissec.

* Salix vulgaris alba arborescens *C. B.* 473. maxima fragilis alba hirsuta *J. B.* 1. 212. In sepibus, ad rivum Wissec, & trans Lanum.

Salix sativa lutea folio crenato *C. B.* 473. lutea tenuior sativa viminea *J. B.* 1. 214. Pone molendinum, pyrii pulveris confectioni quondam dicatum, plantata cernitur; spontaneam non observavi.

Salix vulgaris nigricans folio non serrato *C. B.* 473. In Salicetis passim.

Salix humilior, foliis angustis subcæruleis ex adverso binis *Raj.* 1421. tenuior folio minore utrinque glabro, fragilis *J. B.* 1. 213. humilis capitulo squamoso *C. B.* 474. In Salicetis insulæ versus Badenburg. Capitula squamosa, quæ in virgarum summitate Augusto quandoque excrescunt & Jaceæ capitula æmulantur, insecto cuipiam innidulanti ortum debent.

Salix pumila brevi angustoque folio incano *C. B.* 474. pumila angustifolia, inferne lanuginosa *J. B.* 1. 212. In pratis udis ante lucum Philosophicum & circa Waldbrunn.

Salix vulgaris rubens *C. B.* 473. rubra minime fragilis, folio longo angusto *J. B.* 1. 215. In Salicetis trans Lanum & in hortorum sepibus. Sa-

Salix fragilis *C. B.* 474. Pr. 159. folio lato splendente fragilis *Raj.* 1420. spontanea fragilis, amygdalino folio, auriculata & non auriculata *J. B.* 1. 214. In Salicetis minor, at circa pratum silvosum Schiffenbergense arbor cernitur.

Salix humilis latifolia erecta *C. B.* 474. Pr. 159.

Salix latifolia repens *C. B.* 474. In pratis udis versus pagum Wissec ante lucum Philosophicum reperitur cum priori.

Salix angustis & longissimis foliis crispis, subtus albicantibus *J. B.* 1. 212. oblongo incano, acuto folio *C. B.* 474. Pr. 159. Ante Insulam & in Salicetis trans Lanum.

Populus tremula *C. B.* 429. Lybica, κερκὶς Theophr. *J. B.* 1. 163. In silva Lindana & Schiffenbergensi.

Grossularia simplici acino, vel spinosa silvestris *C. B.* 455. Uva crispa sive Grossularia *J. B.* 1. 47. In sepibus hortorum.

Ribes nigrum vulgo dictum, folio olente *J. B.* 2. 98. Grossularia non spinosa fructu nigro *C. B.* 455. Circa Garbendeich provenit.

Viscum baccis albis *C. B.* 423. Viscus Quercus & aliarum arborum *J. B.* 1. 89. Bey Kroffdorff/ grossen Linden und Kirchberg; in Malis frequentius, quam aliis arboribus, reperitur.

* Oxys flore albo *Turn.* 88. seu Trifolium acidum flore albo & purpurascente *J. B.* 2. 387. Trifolium acetosum vulgare *C. B.* 330. In Fageto & silva Schiffenbergensi ad arborum radices. Curiosum est & ad præsagia instituenda facit, quod *Fuchsius*

&

& alii de hac planta referunt, copiosum videlicet hujus herbæ proventum & flores multos crebras illius anni pluvias & aquarum inundationes certo portendere, paucos contra siccitatem, & quod *Tabernæmontanus* asserit: folia, quæ reflexa & replicata sunt, impendente tempestate se explicare & sursum ferri. Nostra observatione copiosior & felicior hujus herbæ proventus est vere sicco, quam pluvioso; nam quoniam planta hæc loca umbrosa & uda amat, fit, ut humore nimio suffocetur & putrescat, raroque compareat, unde præsagio fides accedere potest, quum constet, anni tempora tempestatum permutatione se invicem plerumque excipere, & raro esse talem æstatem, quale fuit ver, auctumnum, qualis æstas, & hiemem, qualis auctumnus præcessit.

* Primula veris odorata, flore luteo simplici *J. B.* 3. 495. Verbasculum pratense odoratum *C. B.* 241. In silva Hangestein / ad sepes & in pratis siccioribus campi meridionalis ante silvam Lindanam.

Primula veris caulifera, pallido flore inodoro aut vix odoro *J. B.* 3. 496. Verbasculum pratense vel silvaticum inodorum *C. B.* 241. In silva Stelzenmorgen copiose.

Turritis vulgaris ramosa *Turn.* 224. Bursa pastoria sive Pilosella siliquosa *J. B.* 2. 870. Bursæ pastoris similis siliquosa major & minor *C. B.* 108. In latere clivoso viæ tectæ & in agris. Brassica spuria exilis non laciniata, caule magis folioso hirsutior, foliis subrotundis *Pluk.* 80. 2. cum hac planta eadem videtur.

Bur-

* Bursa pastoria *J. B.* 2. 936. pastoris 1. 2. & 3. *C. B.* 108. ex sententia *J. Bauhini* & *Raji*; nobis 3. & 4. una videntur planta, a 1. & 2. *C. B.* distinguenda. 1. & 2. secus vias sepesque, in agris 3. & 4. proveniunt.

Ulmus *J. B.* 1. 139. campestris & Theophr. *C. B.* 426. In vallo non procul ab armamentario arbor, in silva Hangestein in virgultis frutex provenit.

* Cerasus major & silvestris, fructu subdulci, nigro colore inficiente *C. B.* 450. silvestris fructu nigro & rubro *J. B.* 1. 220. Ad sepes passim circa pagos vicinos occurrit.

Cerasus fructu albo dulci *Turn.* 626. Cerasa alba dulcia *C. B.* 450. parva alba *J. B.* 1. 228. In silvis passim.

* Calamintha humilior folio rotundiore, it. Calam. humilior folio rotundiore minor & elegantior *Turn.* 194. Hedera terrestris *Riv.* Irr. M. terrestris vulgaris *C. B.* 306. Chamæcissos sive Hedera terrestris *J. B.* 3. App. 885. Passim ad sepes major, minor & elegantior, quæ potius varietas quam species diversa, locis ruderatis & humidioribus circa arbores antiquas invenitur. Aliam quondam Calaminthæ speciem in monte Dino reperi æstate, sed qualisnam esset, cum tum Catalogi conficiendi cogitatio nondum subiisset animum, non perquisivi; posthac vero obviam facta non est.

Viola inodora *Riv.* Irr. P. martia inodora silvestris *C. B.* 199. cærulea martia inodora silvatica, in cacumine semen ferens *J. B.* 3. 543. In pratis & silvarum locis herbosis.

Spergula annua, ſemine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto *Mor.* In colle veneris ſolo arenoſo hactenus quotannis floruit, verum quoniam collis ille nuper arari & arboribus conſeri cœpit, ob mutatum ſenſim ſolum, nemo miretur, ſi eam poſthac ibi non amplius offendat. Poſtea etiam vidimus auf der Haardt/prope Tiliam ad vineam Heuchelheimenſem, loco illo, quo Alſinella provenit. Hanc plantam explanavimus & a dubitatione liberavimus in *Eph. Nat. Cur. Cent.* 5. & 6. ubi oſtenditur, penitus diverſam eam eſſe a Spergula marina *J. B.* contra ſententiam *Magnoli* & *Raji.*

* Senecio minor vulgaris *C. B.* 131. vulgaris ſive Erigeron *J. B.* 2. 1041. In hortis & agris.

Cameraria arvenſis & minor *Eph. N. C. Cent.* 5. & 6. *App.* Portulaca arvenſis *C. B.* 288. exigua ſive arvenſis Camerario *J. B.* 3. 678. Alſineformis paludoſa tricarpos, floſculis albis inapertis *Pluk.* 7. 5. In agris circa argillaceas fodinas, & aliquando ad arbores in ſilvis.

MAJO FLORENT.

* Bellis ſilveſtris minor *C. B.* 261. minor ſilveſtris ſpontanea *J. B.* 3. 111. In pratis & hortis, ad margines ſepium omni tempore.

Myoſotis hirſuta montana & ſilvatica: ſcorpioides latifolia hirſuta *Merr.* In ſilva Hangeſtein; variat aliquando flore albo.

Ceraſtium hirſutum flore magno: Myoſotis arvenſis ſubhirſuta, flore majore *Turn.* 245. Caryophyllus arvenſis hirſutus flore majore *C. B.* 210.

Auri-

Auricula muris pulchro flore albo *J. B.* 3. 360. In lateribus acclivibus viarum sabulosarum.

Veronica humilis erecta montana, flore parvo cæruleo. Ad vineam Heuchelheimensem inter Alsinellam caryophylloiden.

Sambucus racemosa rubra *C. B.* 456. racemosa acinis rubris *J. B.* 1. 551. In dem Hangestein und Buchberg.

Myosotis hirsuta arvensis, minor: scorpioides hirta minor *Merr.* Pin. Echium scorpioides minus flosculis luteis *C. B.* 254. Pr. 119. In agris inter Napum, & in marginibus agrorum der Haardt.

Valerianella arvensis præcox humilis, semine compresso *Mor.* Umb. 53. *Turn.* 132. Valeriana campestris inodora major *C. B.* 165. Locusta *J. B.* 3. 323. *Riv.* Irr. M. In agris. Variat foliis laciniatis seu dentatis.

Valeriana minor *Riv.* Irr. M. palustris minor *C. B.* 164. minor pratensis vel aquatica *J. B.* 3. Part. 2. 211. ubi figura ad præcedentem, silvestrem nempe magnam aquaticam pertinet. In pratis udis versus pagum Wissec. Valerianæ hujus flores diversi sunt; alii enim seminiferi, qui magis congesti & in capitulum Scabiosæ æmulum compacti, alii in aliis plantis laxiores & steriles sunt, ita ut stamina & apices a stilis & seminibus tota planta removeantur. Ii flores, qui stamina & apices obtinent, majores sunt, embryone autem donati, minores.

Alsinella foliis caryophylleis: Alsine tetrapetalos caryophylloides, quibusdam Holosteum minimum

mum *Raj.* H. 1825. verna glabra *Ind. Monsp.* montana capillaceo folio *C. B.* 251. *Pluk.* 75. 1. Auff der Haardt in sterilioribus & glareosis ad Tiliam prope vineam, quæ spectat ad pagum Heuchelheim.

Cerastium hirsutum majus, flore parvo: Myosotis arvensis hirsuta, parvo flore *Turn.* 245. Auricula muris quorundam flore parvo, vasculo tenui longo *J. B.* 3. 359. Alsine hirsuta magno flore *C. B.* 251. Perperam hic flore magno vocat, notante fratre & autopsia confirmante. In pratis & silvis passim; in montanis prope lanuginosum est.

Geranium Cicutæ folio minus & supinum *C. B.* 319. moschatum folio ad Myrrhidem accedente minus *J. B.* 3. 479. In latere acclivi der Schoor & in agris inter Napum.

Viola inodora major *Riv.* Irr. P. In pratis & silvis.

Viola bicolor *Riv.* Irr. P. bicolor arvensis *C. B.* 200. bicolor, frugum & hortorum vitium Trago *J. B.* 3. 548. In agris.

Gramen vernum spica brevi laxa *Raj.* H. 1268. pratense spica flavescente *C. B.* 3. anthoxanthon spicatum *J. B.* 2. 466. Ad vias & in pratis arenosis, juxta Lanum, alibique locis gramineis siccioribus.

* Prunus silvestris *C. B.* 444. *J. B.* 1. 193. In sepibus ubique.

Pirus silvestris *C. B.* 439. Piraster seu Pirus silvestris *J. B.* 1. 57. In silvis & circa pagos.

Linagrostis panicula ampliore *Turn.* 664. Gramen pratense tomentosum, panicula sparsa *C. B.* 4.

Gra-

Gnaphalium Tragi seu Juncus bombycinus *J. B.* 2. 514 In pratis palustribus & spongiosis prope Daubentrdnck / & versus pagum Wissec.

Cardamine pratensis magno flore purpurascente & albo *Turn.* 224. Nasturtium pratense magno flore *C. B.* 104. Iberis Fuchsii sive Nasturtium pratense silvestre *J. B.* 2. 889. In pratis copiose.

* Bugula *Riv.* Irr. M. Consolida media pratensis cærulea *C. B.* 260. media, quibusdam Bugula *J. B.* 3. 430. Ad sepes & in pratis.

Bugula purpurea: Consolida media pratensis purpurea *C. B* 260. Auf der Haardt.

Lamium folio caulem ambiente majus & minus *C. B.* 231. Galeopsis folio caulem ambiente *Riv.* Irr. M. seu Urtica iners folio caulem ambiente *J. B.* 3. 853. Inter Napum.

Galeobdolon: Lamium flore luteo *Riv.* Irr. M. folio oblongo luteum *C. B.* 231. Galeopsis seu Urtica iners flore luteo *J. B.* 3. 323. *Turn.* 185. In dem Hangestein; repetitur foliis non maculatis, & maculis albis & nigris variegatis.

* Abies tenuiore folio, fructu deorsum inflexo *Turn.* 585. conis deorsum spectantibus *Raj.* H. 1396. Picea major prima, sive Abies rubra *C. B.* 493. Latinorum, sive Ἐλάτη ἄῤῥην Abies mas Theophr. *J. B.* 1. 238. Ante silvam Gissensem juxta viam Steinbachensem in latere dextro.

Ranunculus aquaticus, folio rotundo & capillaceo *C. B.* 180. aquatilis albus tenuifolius *J. B.* 3. 781. In paludibus pone molendinum, pyrii pulveris confectioni quondam dicatum, copiose.

* Fragaria vulgaris *C. B.* 326. ferens fraga rubra *J. B.* 2. 394. In silvis omnibus, und auf der Haardt.

Fragaria fructu albo *C. B.* 326. ferens fraga alba *J. B.* 2. 394. In valli latere orientali.

* Saxifraga rotundifolia alba *C. B.* 309. alba radice granulosa *J. B.* 3. 706. Auff der Haardt / & alibi in pratis & pascuis sicci oribus.

Saxifraga verna annua humilior *Turn.* 252. Tridactylides tectorum flore albo *J. B.* 3. 762. Sedum tridactylides tectorum *C. B.* 285. In collibus circa Wetzlariam.

Cyperoides montanum spicis floriferis seminiferis (e rarioribus granis triquetris constantibus) interspersis: Gramen caryophyllatum montanum spica varia *C. B.* 4. Pr. 9. Jn dem Hangestein.

* Dens leonis latiore folio *C. B.* 126. Hedypnois sive Dens leonis Fuchsii *J. B.* 2. 1035. In hortis & pratis.

Dens leonis minimus *C. B.* 126. *Scheff.* Viis aridis pone collem veneris.

Equisetum palustre longioribus setis *C. B.* 15. majus aquaticum *J. B.* 3. 728. In fossis & stagnis ad Lanum.

Myosuros *J. B.* 3. 512. Holosteo affinis, Cauda muris *C. B.* 190. Ranunculus gramineo folio, flore caudato, seminibus in capitulum spicatum congestis *Turn* 293. In agris abunde.

Alsine pratensis gramineo folio ampliore *Turn.* 243. Caryophyllus arvensis glaber flore majore *C. B.* 210. Gramen Fuchsii sive leucanthemon

J.

J. B. 3. 362. In dumetis & sepibus hortorum, it. in saltu Hangestein.

Cerefolium silvestre *Riv.* Irr. P. Chærophyllum silvestre perenne Cicutæ folio *Turn.* 314. Myrrhis silvestris seminibus lævibus *C. B.* 160. Cicutaria vulgaris *J. B.* 3. 181. In hortis & ad sepes hortorum.

Gramen montanum avenaceum locustis rubris *C. B.* 16. Pr. 20. locustis rubris *J. B.* 2. 434. In der Lindermarck und Hangestein.

Napus silvestris *C. B.* 95. *J. B.* 2. 842. In agris.

Hesperis Allium redolens *Mor.* 2. 252. Alliaria *C. B.* 110. *J. B.* 2. 883. Ad sepes.

Dentaria heptaphyllos baccifera *C. B.* 322. Coralloides minor bulbifera *J. B.* 2. 902. In silva Hangestein. Siliquæ delapsis floribus exarescunt & decidunt, verum bulbi parvi purpurei, e squamis aliquot compacti, intra foliorum alas augmentum capiunt & plantæ propagationi inserviunt.

Xylosteum *Dod. Riv.* Irr. M. Chamæcerasus dumetorum fructu gemino rubro *C. B.* 451. Periclymenum rectum, fructu rubro *J. B.* 2. 106. In sepibus & silva Hangestein. *Chamæcerasi* nomen huic generi cum *C. Bauhino* imponit *Turnefortius*, verum cum id homonymum sit Cerasi vulgaris, *Xylostei* nomen a *Dodonæo*, *Camerario* & *Rivino* impositum ei convenientius relinquitur; *Xylosteum* ergo *Turnefortii* aliud sibi nomen quærat.

Asperula, sive Rubeola montana *C. B.* 334. Rubiis accedens, Asperula quibusdam sive Hepatica stellaris *J. B.* 3. 718. Aparine latifolia humilior mon-

montana *Turn.* 114. Rubia montana odora *Herm.* H. L. B. In silva Hangestein & Fageto.

Ranunculus pratensis erectus acris *C. B.* 178. rectus non repens, flore simplici luteo *J. B.* 3. 416. In pratis. In folii medio, notante *C. Bauhino*, sæpe, immo plerumque apud nos macula punicea reperitur.

Populago *Turn.* 273. Caltha palustris *J. B.* 3. 470. palustris flore simplici *C. B.* 276. In pratis humidioribus.

Ranunculus pratensis erectus dulcis *C. B.* 179. Circa segetes.

Ranunculus nemorosus vel silvaticus, folio rotundo *C. B.* 178. rotundifolius vernus vel silvaticus *J. B.* 3. 857. In pratis, non in nemoribus apud nos viget.

Ranunculus aquaticus omnino tenuifolius *J. B.* 3. 781. aquaticus capillaceus *C. B.* 180. it. Millefolium aquaticum foliis Abrotani, Ranunculi flore & capitulo *Ejusd.* 141. In fossis & aquis stagnantibus.

Acetosa arvensis lanceolata *C. B.* 114. lanceolata minima *Munt.* 223. descr. 189. ic. Oxalis parva auriculata repens *J. B.* 2. 992. Locis aridioribus & arenosis copiose provenit, alternante plantarum floriferarum & seminiferarum cohorte.

Orchis morio mas foliis maculatis *C. B.* 81. major tota purpurea, maculoso folio *J. B.* 2. 973. In vertice silvæ Hangestein/ auff der Haardt/ & in collibus circa Opperodt.

Orchis major tota purpurea, non maculata *J. B.*

In

In prato silvæ Hangestein & circa Opperodt; varietas potius præcedentis, quam diversa species videtur.

*Orchis minor purpurea & aliorum colorum cum alis virentibus *J. B.* 2. 761. morio femina *C. B.* 82. In pratis siccioribus.

Gramen pratense minus seu vulgatissimum *Raj.* H. 1284. pratense paniculatum minus *C. B.* 2. paniculatum minus, album & rubrum *J. B.* 2. 465. In agris, pratis & ad vias.

Veronica pratensis latifolia *Riv.* Irr. M. Chamædrys spuria minor rotundifolia *C. B.* 249. spuria latifolia *J. B.* 3. 296. In hortis & ad margines sepium.

Veronica latifolia minor *Riv.* Irr. M. Inter Napum.

Veronica pratensis serpillifolia *C. B.* 247. femina quibusdam, aliis Betonica Pauli, serpillifolia *J. B.* 3. 285. erecta silvestris *Riv.* Irr. M. In agris & pratis minor est, quæ faciem habet figuris plerorumque Auctorum respondentem, in silvis vero & sepibus major fit, talisque est, cujus figuram exhibet *D. Rivinus.*

Veronica flosculis cauliculis adhærentibus *Mor.* 2. 322. Alsine Veronicæ foliis, flosculis cauliculis adhærentibus *C. B.* 250. serrato folio hirsutiori, floribus & loculis cauliculis adhærentibus *J. B.* 3. 367. Inter Napum.

Malus silvestris acido fructu *Turnef.* 634. silvestris *J. B.* 1. 26. Mala silvestria quæ alba & rubra, majora & minora *C. B.* 433. In silvis & circa pagos.

Malus silvestris dulci fructu, Cis Lanum e regione pagorum Launspach & Wismar.

* Geranium Robertianum murale *J. B.* 3. 480. Robertianum 1. *C. B.* 319. Auf der Haardt/ in sepibus, & copiose in collibus saxosis circa Grossen Buseck.

Gramen hirsutum elatius, panicula juncea compacta *Raj.* H. 129. In pratis humidioribus ante silvulam Philosophicam. Ad *Juncos* pertinet, & non nisi varietas videtur Junci villosi capitulis Psyllii *Turn.* seu Graminis hirsuti capitulis Psyllii *C. B.* loco diversitatem apparentem debens.

Veronica erecta Acini folio glabro, floribus cæruleis, segmento inferiore albido & angusto. Inter Secale circa pagum Rœdgen.

Buglossum arvense annuum Lithospermi folio *Turn.* 134. Lithospermum arvense radice rubra *C. B.* 258. nigrum quibusdam, flore albo, semine Echii *J. B.* 3. 592. Echioides flore albo *Riv* Irr. M. Inter Napum abunde. Echioidi florem irregularem tribuit *D. Rivinus*, verum præsens planta flore est penitus regulari, ubicunque eam contempleris.

Carpinus *Dod.* 6. 4. 19. Ostrya Ulmo similis, fructu in umbilicis foliaceis *C.B.*427. Fagus sepium, vulgo Ostrys Theophr. *J. B.* 1. 146. In silvis omnibus occurrit, sed humilior ob excisum cacumen, si adolescere permittatur in arborem Piri magnitudine excrescit, prout in silva Schiffenbergensi videre est.

* Quercus vulgaris brevibus ac longis pediculis

J.

J. B. 1. 70. latifolia mas, quæ brevi pediculo est C. B. 419. it. cum longo pediculo *Ejusd.* 420. In silvis omnibus.

Fagus *C. B.* 419. Latinorum, Oxya Græcorum *J. B.* 1. 117. In silvis etiam omnibus obvia est.

Myosotis hirsuta arvensis major: Echium scorpioides arvense *C. B.* 254. scorpioides solisequum flore minore *J. B.* 3. 589. In marginibus agrorum Haardtensium.

Acer campestre & minus *C B.* 431. vulgare minori folio *J. B.* 1. 166. In sepibus & in silva Hangestein.

* Polypodium *J. B.* 3. 746. vulgare *C. B.* 359. In scopulis silvæ Hangestein / inter saxa Fageti, & in muris passim.

Cyperoides silvarum tenuius spicatum *Turn.* 530. Gramen cyperoides silvarum tenuius spicatum *Lob.* Ill. St. 60. In silva Hangestein / Fageto, & silva Schiffenbergensi.

* Menianthes palustre triphyllum latifolium & angustifolium *Turn.* 117. Trifolium palustre *C. B.* 327. *J. B.* 2. 389. In pratis udis circa Waldbrunn & ante pagum Leigestern.

Alnus vulgaris *J. B.* 1. 151. rotundifolia glutinosa viridis *C. B.* 428. An der Lahn und Grundelbach im Gifferwaldt.

* Plantago angustifolia major *C. B.* 189. lanceolata *J. B.* 3. 505. Ad vias.

* Sanguisorba minor *J. B.* 3. P. 2. 113. Pimpinella sanguisorba minor hirsuta & 8. seu lævis *C. B.* 160. Ad radicem der Haardt / in colle leporino ante

silvam Lindanam & circa Grossen Buseck ad montium radices.

* Lilium convallium album *C. B.* 304. convallium vulgo *J. B.* 3. 531. In der Lindermarck/ Hangestein und Stelzenmorgen.

* Lilium convallium magnum *J. B.* 3. 531. convallium Alpinum *C. B.* 304. In dem Hangestein.

Christophoriana fructu nigro *Sterb.* 380. Aconitum racemosum *J. B.* 3. 660. racemosum, an Actæa Plinio *C. B.* 183. In silva Hangestein/ occidentem versus.

Rubus Alpinus humilis *J. B.* 2. 61. Chamærubus saxatilis *C. B.* 479. In silva Lindana.

Rapistrum flore luteo *C. B.* 95. *J. B.* 2. 844. In agris; & Septembri iterum.

* Chelidonium majus vulgare *C. B.* 144. Chelidonia *J. B.* 3. 482. Ad sepes omnes.

* Arum *J. B.* 2. 783. *Riv.* Irr. M. vulgare non maculatum, & maculatum, maculis candidis vel nigris *C. B.* 195. In silvis Hangestein & Stelzenmorgen/ item ad Fagetum & margines agrorum, qui post silvam Stelzenmorgen siti sunt, in dumetis. Flores hujus herbæ structuram habent singularem, & ab egregio Botanico *Val. Cordo* in Hist. auri asininæ aut leporinæ eleganter comparantur; stilus (qui veri stili partes obire non videtur, vel si omnino pistillum sit, ab embryonibus tamen removetur & supra hos locatur, cum iis alias insidere soleat,) clavæformis est, ad cujus basin baccarum embryones hærent, hinc apices sequuntur congregati, tetragoni, per maturitatem bifariam se aperi-

rientes & farinam flavam fundentes, & paullo supra apices in stili prope medio staminum aliquot series locantur, (quæ omnes partes a *Turnefortio* Tab. 69. satis distincte & accurate notatæ sunt,) ita ut stamina & apices non cohæreant, sed a se invicem removeantur, quod singulare est in omni plantarum genere. Male sentit de Ari flore *Malpighius*, & multum etiam circa eum errat *D. Rivinus* in Ord. Plant. Fl. Irr. Mon. Ita enim *Malpighius* stamina & apices tantum pro vero flore habet, quam sententiam etiam assumit *D. Rivinus* & se lubenter cum eruditis hac in re sentire velle declarat, tamen ut cum vulgo loquatur & captui tyronum se accommodet, pro flore etiam habet calicem, ut vocat, mirabilis structuræ, præsertim quod hic, perfectior quasi, in sensus magis incurrat, præ imperfecto & obscuro eo, quod sub vagina latet, & quandoque colore purpureo, ut in Dracontio seu Aro palustri superbiat. Posse etiam Ari florem duplicem statui, majorem alium & magis conspicuum, alium minorem, quem fructus proxime sequatur, cum Juglans, Avellana, Castanea, Fagus, Quercus & similia duplici florum genere luxurientur, ubi neminem negaturum putat, nucamenta julosve veros flores esse, & sufficere pro iis demonstrandis vel solum Ricinum. Ego vero & neminem, ni forte inconsideratum *Knautium* illum, flores negaturum spero julos & nucamenta, ubi vero duplex in his sit flos, me ignorare fateor videtur que *D. Rivinus* male perianthia & pistilla pro floribus interpretari. Ad hæc si perfectius & elegantius eligendum est, quid attinet in gratiam tyronum &

idiotarum calicem speciosum dicere, cum flori non calici conveniat, esse speciosum, coloratum, textura & consistentia tenuiore præditum.

* Polygonatum latifolium vulgare *C. B.* 303. vulgo Sigillum Salomonis *J. B.* 3. 529. In silva Hangestein.

Stellaria aquatica *C. B.* 141. Alsine aquis innatans, foliis longiusculis *J. B.* 3. 786. In fossis pratorum.

Lunaria major siliqua longiore *J. B.* 2. 882. Viola lunaria major, siliqua oblonga *C. B.* 203. Inter prærupta silvæ Hangestein / quæ occidentem spectant, exiguo terræ spatio quasi alligatur, nec me alibi vidisse recordor.

Alysson incanum luteum, Serpilli folio majus & minus *Turn.* 217. Thlaspi Alysson dictum campestre majus & minus *C. B.* 107. minus quibusdam, aliis Alysson minus *J. B.* 2. 928. In monte Weydenberg / sed copiosius in agris ad radicem montis Diaboli sitis.

* Fumaria *Riv.* Irr. T. vulgaris *J. B.* 3. 201. officinarum & Dioscoridis *C. B.* 143. In agris & hortis.

Alsine aquatica folio Gratiolæ, stellato flore; forte Alsine longifolia uliginosis proveniens locis *J. B.* 3. 365. aquatica media *C. B.* 251. Um den Waldbrunn / & alibi locis udis.

Spergula Plantaginis folio: Alsine Plantaginis folio *J. B.* 3. 364. In sepibus passim.

Spergula multicaulis: Alsine minor multicaulis *C. B.* 250. minima *J. B.* 3. 364. Inter Napum & in agris requietis.

Spergula caryophylleides tenuifolia: Alsine caryo-

ryophylloides tenui folio, flore albo punctato *Pluk.* 7. 3. Forte Alsine pusilla pulchro flore folio tenuissimo, seu Saxifraga caryophylloides pusilla flore albo pulchello *Raj.* H. 1033. Quæ enim synonyma *Plukenetius* affert, minus quadrant. Auf der Haardt; in agris dodrantalis, in arenosis & sterilioribus sæpe vix palmaris est.

Spergula purpurea *J. B.* 3, 722. Alsine Spergulæ facie minor, sive Spergula minor flosculo subcæruleo *C. B.* 251. Pr. 119. In arenosis & ericetis; item in agris requietis.

Allium silvestre latifolium *C. B.* 74. ursinum bifolium vernum silvaticum *J. B.* 2. 565. In dumetis ad viam Steinbachensem, loco quo Sanicula provenit.

Orchis latifolia hiante cucullo major *Turn.* 432. Tab. 147. A. 6. 7. 8. galea & alis fere cinereis *J. B.* 2. 755. Cynosorchis latifolia hiante cucullo major *C. B.* 80. Auff der Haardt pone viam Gleibergensem in dumetis.

* Pinus silvestris *C. B.* 491. silvestris vulgaris Genevensis & Taeda *J. B.* 1. 253. Juxta Badenburg & ante silvam Gissensem.

* Juniperus vulgaris fruticosa *C. B.* 488. vulgaris baccis parvis purpureis *J. B.* 1. 293. In silvis omnibus.

* Fraxinus excelsior *C. B.* 416. vulgatior *J. B.* 1. 174. In silva Hangestein.

* Cytiso-Genista scoparia vulgaris, flore luteo *Turn.* 649. Genista angulosa & scoparia *C. B.* 395. angulosa trifolia *J. B.* 1. 388. Auff der Haardt, und bey Badenburg. Fra-

Fragaria sterilis *C. B.* 327. non fragifera vel non vesca *J.B.* 2. 395. sterilis seu minime vesca, hirsuta, minime incana, *Mor.* Hist. 2. 186. In pratis sterilioribus.

Caryophyllata aquatica nutante flore *C. B.* 321. aquatica flore rubro striato *I. B.* 2. 398. In dem Stelßenmorgen.

* Elichrysum montanum flore rotundiore, subpurpureo, suaverubente & candido, it. Elichrys. montanum longiore folio & flore purpureo & albo *Turn.* 453. Gnaphalium montanum flore rotundiore *C. B.* 263. it. Gnaphalium montanum longiore folio & flore *Ejusd.* Ib. Pilosella major & minor quibusdam, aliis Gnaphalii genus *J.B.* 3. 162. Hispidula *Schr.* L. 4. Cl. 1. In pascuis & silvarum locis arenosis ambæ sibi permixtæ crescunt, quæ non specie, sed sexu tantum differunt; quæ enim flores habet longiores, stilifera est & seminifera, altera vera floribus rotundioribus donata florifera tantum est, cui aut nulla, aut cassa & inania semina succedunt.

Percepier Anglorum *J. B.* 3. P. 2. 74. Chærophyllo nonnihil similis *C. B.* 152. In agris.

Sisymbrium Cardamine seu Nasturtium aquaticum flore majore elatius *J. B.* 2. 885. Nasturtium aquaticum majus & amarum *C. B.* 104. In aquosis um den Waldbrunnen.

Orchis palmata pratensis maculata *C. B.* 85. Palmata *Riv.* Irr. H. speciosiore thyrso, folio maculato *J. B.* 2. 774. In pratis udis versus pagum Wissec.

Cameraria aquatica & major *Eph. N. C. Cent.* 5. & 6. *App.* Alsine palustris Portulacæ aquaticæ similis *Raj.* H. 1035. aquatica surrectior *J. B.* 3. 786. palustris serpillifolia *Ger. Em.* Am den Wald-Brunnen

Pedicularis minor. Silvarum locis udis.

* Herba Paris *J. B.* 3. 613. *Fabr.* p. 28. n. 12. Solanum quadrifolium bacciferum *C. B.* 167. In silva Lindana & Hangestein.

Vicia sepium *Riv.* Irr. T. sepium perennis *J. B.* 2. 313. maxima dumetorum *C. B.* 345. In sepibus, præcipue auff der Haardt / in silvis Hangestein & Schiffenberg. Flore albo aliquando reperi in saltu Hangestein.

Orobus radice tuberosa *Riv.* Irr. T. silvestris angustifolius Asphodeli radice *C. B.* 351. quorundam radice bulbosa, flore albo *J. B.* 2. 326. In silvis plerisque flore apud nos dilute purpureo conspicitur.

Knawel incanum flore majore perenne *Raj.* H. 213. Alchimilla gramineo folio, majori flore *Tarn.* 598. Forte Polygonum cocciferum *C. B.* 281. Polonicum cocciferum *J. B.* 3. 378. In colle veneris, & alibi locis gramineis arenosis; sed minus frequens.

Cyperoides spicatum minus, spica divulsa seu interrupta: Gramen cyperoides spicatum minus, spica divulsa seu interrupta *Raj.* H. 1297. cyperoides gracile alterum, glomeratis torulis spatio distantibus *Lob.* 61. Ad fossas.

Cyperoides polystachyon spadiceum: Gramini cyperoidi ex monte Ballon simile, spica totali e plu-

pluribus ſpicis compoſita *Raj.* H. 1297. *Pluk.* 34. 7. In pratis & ſilvis udis.

Cyperoides monoſtachyon paluſtre majus, ſpica compacta: Gramen cyperoides paluſtre majus, ſpica compacta *C. B.* 6. paluſtre cyperoides triquetrum, ſpica integra *J. B.* 2. 497. In foſſis ubique.

Cyperoides nemoroſum ſpicis parvis aſperis: Gramen nemoroſum ſpicis parvis aſperis *C. B.* 7. parvum tenuifolium cum ſpica aculeata *J. B.* 2. 510. cyperoides ſpicatum minimum, ſpica divulſa aculeata *Raj.* H. 1298. In ſilva Schiffenbergenſi & Stelzenmorgen; item in pratis & locis gramineis ad ſepes.

Cyperoides latifolium, ſpica rufa; ſive caule triangulo *Turn.* 529. Gramen cyperoides latifolium ſpica rufa: ſive caule triangulo *C. B.* 6. cyperoides cum paniculis nigris *J. B.* 2. 494. In foſſis paſſim.

Cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis e rarioribus & tumidioribus veſicis compoſitis *Turn.* 530. Gramen cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis e rarioribus & tumidioribus granis compoſitis *Raj.* Meth. 186. *Pluk.* 91. 7. In pratis.

Cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis oblongis, e pediculis longioribus pendulis *Turn.* 530. Gramen cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis oblongis, e longioribus pediculis pendulis *Raj.* M. 196. Forte Gramen cyperoides foliis caryophylleis vulgatiſſimum *Ejusd.* H. 1293. Graminis nigro-lutei verni varietas minor *J. B.* 2. 494. In ſilva Lindana.

Cyperoides anguſtifolium, ſpica ſpadiceo-viridi minus *Turn.* 529. Gramen cyperoides anguſtifolium,

lium, spica spadiceo-viridi minus *C. B.* 6. Pr. 13. In pratis & silvis udis.

Cyperoides latifolium, spica spadiceo-viridi majus *Turn.* 529. Gramen cyperoides latifolium, spica spadiceo-viridi majus *C. B.* 6. Pr. 13. In fossa pratorum transversa versus pagum Wissec, non procul a luco Philosophico; & Junio.

Cyperoides polystachyon lanuginosum, angustioribus & longioribus spicis: Gramen cyperoides polystachyon lanuginosum *Raj.* Syn. H. 1294. & M. 186. pro quo *Pluken.* 34. 6. diversum & spicis habitioribus atque brevioribus donatum minus bene exhibere videtur. Ad sepes hortorum prope Daubentränck/ in fossis ante silvam Gissensem retro agros des Tripps & copiosius in pratis ad radicem der Haardt sitis. Humore & pluviis admodum delectatur, ita ut, si hæ deficiant, raro aut nunquam reperiatur; quamvis omnia Cyperoide humore alias gaudeant.

Cyperoides vesicarium majus. In fossis vulgatissimum est.

Cyperoides vesicarium minus. In pratis udis ante lucum Philosophicum.

Cyperoides spicis brevibus congestis, folio molli: Gramen cyperoides spicis brevibus congestis, folio molli *Raj.* M. 186. cyperoides foliis mollibus tenuibus, spicis brevibus coatcervatis tribusquatuorve in summitate caulis *Ej.* H. App. 1910. cyperoides tenuifolium, spicis ad summum caulem sessilibus, globulorum æmulis *Pluk.* 91. 8. Ad fodinas argillaceas.

Cy-

Cyperoides paluſtre aculeatum, capitulo breviore *Turn.* 529. Gramen paluſtre aculeatum Germanicum vel minus *C. B.* 7. paluſtre echinatum *J. B.* 2. 497. In pratis udis circa Waldbrunn.

Cyperoides minus ſpadiceum, oligoſtachyon: Gramen caryophyllatæ foliis ſpica ſquamata *C. B.* 3. In finibus Gruningenſibus loco ſicco herbido.

* Carum *Riv.* Irr. P. Carvi Cæs. *Turn.* 306. Caros *J. B.* 3. P. 2. 69. Cuminum pratenſe, Carvi offic. *C. B.* 158. In pratis ſiccioribus.

Ranunculus arvenſis echinatus *C. B.* 179. *J. B.* 3. App. 859. Inter ſegetes.

Siſymbrium Erucæ folio glabro, flore luteo *Turn.* 226. Eruca lutea latifolia, ſive Barbarea *C. B.* 98. Barbarea *J. B.* 2. 868. In agris.

* Sanicula *Riv.* Irr. P. officinarum *C. B.* 319. mas Fuchſii ſive Diapenſia *J. B.* 3. 639. In ſilva Schiffenbergenſi & Fageto ad viam Steinbachenſem in dumetis.

Hippuris coralloides *Ger. Em. Raj.* H. 130. *Pluk.* 29. 4. lacuſtris foliis manſu arenoſis *Gesn.* Coll. Loco paludoſo ſub aqua in paſcuo ſicco a ſiniſtro latere pagi Annerodt, ſi eo tendas.

* Osmunda foliis lunatis *Turn.* 547. Lunaria racemoſa minor vel vulgaris *C. B.* 354. botrytis *J. B.* 3. 709. In collibus ſiccis Luci novi, Philoſophici dicti, reperitur plantula hæc brevioris ævi inventuque difficilior.

Rapunculus ſpicatus *C. B.* 92. ſpicatus ſive comoſus, albus & cæruleus *J. B.* 2. 809. corniculatus ſpica longiore *Riv.* Irr. M. In ſilvis flore plerumque

pur-

purpureo-violaceo, rarius in his oris albo provenit. Botanici omnes vasculum huic generi tricapsulare tribuunt, ego vero in hac specie spontanea non nisi bicapsulare adverti; flores etiam ab omnibus monopetali dicuntur, licet ad basin usque ita dividantur, ut non immerito pro pentapetalis haberi debeant.

Rubus repens fructu cæsio *C. B.* 479. minor fructu cæruleo *J. B.* 2. 59. In sepibus & dumetis.

Lithospermum minus repens latifolium *C. B.* 258. majus Dodonæi flore purpureo, semine Anchusæ *J. B.* 3. 592. descr. 692. ic. Anchusa repens Lithospermi facie, floribus cæruleis secundum folia prorumpentibus *Pluk.* 76. 2. In cacumine silvæ Hangestein.

* Asclepias vulgi, Apocynum Diosc. *Col.* 2. 37. albo flore *C. B.* 303. sive Vincetoxicum multis, floribus albicantibus *J. B.* 2. 138. in silva Hangestein. Asclepiadis genus, cum non nisi succo lacteo, quo caret, ab Apocyno differat, merito expungitur & Apocyno infertur.

Gramen miliaceum vulgare *Park.* silvaticum panicula miliacea sparsa *C. B.* 8. In silva Lindana & Hangestein.

Ranunculus pratensis repens hirsutus *C. B.* 179. repens flore luteo simplici *J. B.* 3 419. In agris requietis, & ad vias hortorum, marginesque fossarum; it. in silva Hangestein.

Sorbus aucuparia *J. B.* 1. 62. silvestris foliis domesticæ similis *C. B.* 415. In silva Schiffenbergensi & in Lindano nemore.

Cydonia angustifolia vulgaris *Turn.* 633. Malus cotonea silvestris *J. B.* 1. 35. *C. B.* 435. In monte pago Grossen Busseck imminente.

Cratægus folio laciniato *Turn.* 633. Mespilus Apii folio silvestris non spinosa, sive Sorbus torminalis *C. B.* 454. Sorbus torminalis & Cratægus Theophr. *J. B.* 1. 63. In posteriore parte silvæ Lindanæ, & sparsim in silva Hangestein.

Mespilus Apii folio silvestris spinosa, sive Oxyacantha *C. B.* 454. *Turn.* 641. Oxyacantha vulgaris, sive Spinus albus *J. B.* 1. 49. In sepibus & silvis omnibus.

* Cochlearia folio cubitali *Turn.* 215. Raphanus rusticanus *C. B.* 96. silvestris seu Armoracia multis *J. B.* 2. 851. In hortis & agris etiam multis sponte quasi provenit.

* Myrtillus *Matth.* Vitis Idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante *C. B.* 470. Idæa angulosa *J. B.* 1. 520. In nemore Lindano & silva Hangestein/ sed rarius.

Padus Theophr. *Lugd.* Cerasus racemosa silvestris, fructu non eduli *C. B.* 451. racemosa quibusdam, aliis Padus, *J. B.* 1. 228. In silva Hangestein occidentem versus, & circa Badenburg.

* Frangula *Dod.* Alnus nigra baccifera *C. B.* 428. *J. B.* 1. 560. In sepibus hinter dem Waldbrunnen/ auff der Haardt/ & in silva Hangestein.

* Berberis dumetorum *C. B.* 454. vulgo, quæ & Oxacantha putata *J. B.* 1. 52. In sepibus prope Badenburg/ & in hortis multis.

Evonymus vulgaris granis rubentibus *C. B.* 428.

mul-

multis, aliis Tetragonia *J. B.* 1. 201. In sepibus.

* Spina cervina *Gesn.* Rhamnus catharticus *C. B.* 478. *J. B.* 1. 55. In sepibus.

Gramen triticeum pratense, spica cylindracea crassiore. In pratis omnibus.

Gramen aquaticum geniculatum spicatum *C. B.* 3. cum parva cauda muris, radice non nodosa, repens *J. B.* 2. 472 spicatum aquaticum, spica cylindracea brevi *Turn.* 520. In fossis exsiccatis.

* Ophioglosson *J. B.* 3. 708. Ophioglossum vulgatum *C. B.* 354. In pascuis siccis inter silvam Hangestein & Badenburg.

* Acetosa pratensis *C. B.* 114. vulgaris sive Rumex campferinus *Munt.* 221. desc. 174. ic. Oxalis vulgaris folio longo *J. B.* 2. 989. 990. In pratis omnibus.

Chenopodium folio triangulo *Turn.* 506. Lapathum unctuosum folio triangulo *C. B.* 115. unctuosum sive Bonus Henricus *Munt.* 207. descr. 83. ic. Bonus Henricus *J. B.* 2. 965. Blitum Bonus Henricus dictum *Raj.* Hist. Ad sepes hortorum, & silvarum locis, quibus armenta recubare solent.

* Alchimilla vulgaris *C. B.* 319. Pes leonis seu Alchimilla *J. B.* 2. 398. In silva Gissensi.

* Aparine *J. B.* 3. 713. vulgaris *C. B.* 334. In sepibus omnibus.

Cruciata hirsuta *C. B.* 335. Gallium latifolium, Cruciata quibusdam flore luteo *J. B.* 3. 717. Ad sepes.

Myosotis glabra pratensis: Echium scorpioides

palustre *C. B.* 254. scorpioides solisequum aliud flore majore cæruleo & albo *J. B.* 3. 589. In pratis ubique. Variat aliquando flore albo.

* Tormentilla *J. B.* 2. 598. silvestris *C. B.* 326. In silvis & pascuis siccioribus ubique.

Ranunculus rectus, folis pallidioribus, hirsutus *J. B.* 3. 417. In agris requietis.

Ranunculus pratensis radice verticilli modo rotunda *C. B.* 179. tuberosus major *J. B.* 3. 417. Auf der Haardt in saxosis vix duarum aut trium unciarum reperitur, at in hortorum areis cubitum sæpe excedit, in pratis mediæ altitudinis reperitur.

Ranunculus aquaticus hederaceus, flore albo parvo *Turn.* 286. aquaticus hederaceus albus (non luteus) C. B. 180. *Raj.* H. 586. hederaceus rivulorum se extendens, atra macula notatus *J. B.* 3. 782. In ductibus fontium prope Daubentränck/ & post silvam Hangestein.

Unifolium *Dod.* 2. 2. 8. p. 205. sive Ophris unifolia *J. B.* 3. 534. Lilium convallium minus *C. B.* 304. Smilax unifolia humillima *Turn.* 654. In silvis omnibus.

Papaver erraticum minus *C. B.* 171. Inter segetes.

Trifolium parvum hirsutum, flore parvo dilute purpureo in glomerulis oblongis, semine magno *Raj.* H. 945. parvum hirsutum, floribus parvis dilute purpureis in glomerulis mollioribus & oblongis, semine magno *Ejusd.* Syn. 194. Auff der Haardt/ loco quo lapides cæduntur versus Tiliam, ad viam Heuchelheimensem; & Junio.

yLch-

Lychnis silvestris sive aquatica purpurea simplex *C. B.* 204. Ocimoides purpureum multis *J. B.* 3. 343. In saltu Hangestein.

Lychnis pratensis flore laciniato simplici *Mor.* 2. 537. Caryophyllus pratensis flore laciniato simplici, sive Flos cuculi *C. B.* 210. Flos cuculi, Odontidis quibusdam *J. B.* 3. 347. In pratis omnibus.

Lychnis silvestris viscosa rubra angustifolia *C. B.* 205. silvestris angustifolia, viscosa præcox rubra, foliis caryophyllaceis *Mor.* H. 2. 536. Odontidi sive Flori cuculi affinis, Lychnis silvestris 1. Cl. *J. B.* 3. 348. Auff dem Weddenberg/ & in scopulis silvæ Hangestein.

Lychnis montana viscosa alba latifolia *C. B.* 205. silvestris seu montana latifolia viscosa, florum petalis supra albis, subtus virentibus, interdiu se continentibus *Mor.* H. 2. 535. Polemonium petræum Gesn. *J. B.* 3. 351. Auff dem Weddenberg/ Koller-kopff/ scopulis silvæ Hangestein/, & alibi in collibus siccis.

Alsine montana latifolia flore laciniato *C. B.* 251. Auff der Wißmarer Bach.

Geranium Robertianum alterum *C. B.* 319. Ad viam Leigesternensem pone hortos extremos observavit *D. Ruppius*, perquam sedulus & eruditus Botanicus, qui mihi non paucas plantas pro augendo hoc Catalogo communicavit.

Geranium columbinum majus, flore minore cæruleo *Raj.* H. 1059. folio subrotundo multum serrato, sive columbinum *J. B.* 3. 474. folio Malvæ

rotundo *C. B.* 318. Ad vias & ſepes; Octobri iterum floret.

Geranium columbinum flore rubro. In agris, ad ſepes & margines hortorum; & Septembri iterum.

Orchis militaris pratenſis humilior *Turn.* 432. parvis floribus multis punctis notatis, an Cluſio Orch. Pann. 4? *J. B.* 2. 765. Cynoſorchis militaris pratenſis humilior *C. B.* 81. In pratis verſus pagum Wißmar/ & in paſcuis ſiccioribus.

Orchis palmata pratenſis latifolia longis calcaribus *C. B.* 85. Palmata non maculata *J. B.* 2. 774. In prato Schiffenbergenſi.

Orchis palmata non maculata, labello integro aut leviter diviſo. An Orchis palmata pratenſis anguſtifolia major *C. B.* 85. Pr. 30. Ibidem, & in pratis Leigeſternenſibus.

Palma Chriſti candidis floribus *H. Eyſt.* In pratis udis circa Waldbrunn.

Gramen pratenſe paniculatum medium *C. B.* 2. pratenſe minus *J. B.* 2. 542. In pratis.

Gramen pratenſe paniculatum maximum *Raj.* Syn. & M. 179. pratenſe paniculatum majus latiore folio, *πόα* Theophr. *C. B.* 2. In pratis, ad dumeta, in ſilvis, & inter ſegetes.

Gramen avenaceum glabrum, panicula purpuro-argentea ſplendente, minus & annuum: Gramen paniculatum locuſtis parvis, purpuro-argenteis, annuum *Raj.* H. 1256. M. 181 paniculatum minimum molle *Bot. Monſp.* App *Turn.* 522. avenaceum paniculatum Alpinum, foliis capillaceis brevibus, locuſtis purpuro-argenteis, ſplendentibus & ariſtatis

J. Scheuchz. p. 23. T. 4. In paſcuis ſiccioribus & agris requietis.

Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non ariſtatis *Raj.* H. 1288. *Pluk.* 34. 1. In paſcuis ſiccioribus, tum etiam ſolo diverſo, in pratis udis. Hoc gramen vere avenaceum non eſt.

Juncus anguſtifolius villoſus, floribus albis paniculatis *Turn.* 247 Gramini luzulæ affine flore albo *J. B.* 2. 491. An ſit Gramen nemoroſum hirſutum anguſtifolium minus, paniculis albis *C. B?* 7. quo cum id conjungit *J. Bauhinus*, dubitat *Rajus* in Hiſt. 1292. Figura Graminis hirſuti latifolii minoris juncea panicula *C. B.* Pr. 15. huic tam apte reſpondet, ut idem nobis videatur. In ſilvula Philoſophica, & copioſe in nemore Lindano.

Feſtuca avenacea hirſuta, paniculis minus ſparſis *Raj.* H. 1289. Gramen avenaceum locuſtis villoſis, anguſtis, candicantibus & ariſtatis *Turn.* 526. Gramini murali Dalechampii ſimile, ſi non idem *J. B.* 2. 438. In pratis & viis gramineis. Feſtuca pratenſis lanuginoſa *C. B.* 10. Pr. 19. ab hac non videtur diverſa.

Feſtuca avenacea dumetorum, panicula ſparſa *Raj.* M. 180. H. 1289. An Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis *C. B?* 9. *J. B?* 2. 79. In pratis, vallo, ad ſepes viaſque.

Cyperoides polyſtachyon, ſpicis particularibus brevioribus, mollibus: Gramen cyperoides ſpicis pluribus brevibus mollibus in ſummo caule congeſtis *Raj.* M. 185. cyperoides ſpica e pluribus ſpicis mollibus compoſita *Ej.* H. 1296. cyperoides

palustre majus, spica divisa *C. B.* 6. cyperoides ex monte Ballon spica divulsa *J. B.* 2. 496. Ad fossas, vias pratorum, & in silva Gissensi.

Chamæmelum inodorum *C. B.* 135. inodorum sive Cotula non fœtida *J. B.* 3. 120. In agris; & Octobri rursus.

Gramen cyperoides elegans, spica composita *Raj.* Cat. Plant. A. *Pluk.* 34. 4. Locis udis ante silvam Lindanam reperit *D. Ruppius.*

Acer montanum candidum *C. B.* 430. majus, multis falso Platanus *J. B.* 1. 168. In silva Lindana & monte Dino.

Acer platanoides *Munt.* Hist. 55. montanum Orientalis Platani foliis atrovirentibus *Pluk* 252. 1. Aceris majoris varietas *J. B.* 1. 168. In saltu Hangestein.

* Rubus vulgaris, sive Rubus fructu nigro *C. B.* 479. major fructu nigro *J. B.* 2. 57. In dumetis & silvarum locis umbrosis. Rubi omnes mihi herbæ potius quam arbores esse videntur; neque enim substantia lignosa constant, nec gemmas proprie producunt, sed fungosa habent sarmenta, quæ ubi bimatum sensere, exarescere, singulis vero annis novis a radice stolonibus donari videntur.

Bugula montana *Riv.* Irr. M. cærulea Alpina *Pluk.* 18. 3. silvestris villosa, flore cæruleo & suaverubente *Turn.* 209. Consolida media Genevensis *J. B.* 3. 432. Ad radicem montium circa pagum Grossen-Buseck.

Thlaspi arvense siliquis latis *C. B.* 105. cum siliquis latis *J. B.* 2. 923. In agris.

Na-

Nasturtium silvestre Osyridis folio *C. B.* 105. Thlaspi angustifolium Fuchsii, Nasturtium silvestre *J. B.* 2. 914. Ad vias.

Filix non ramosa, pinnulis tenuissimis & tenuissime dentatis *C. B.* 358. cui eadem est, Filix saxatilis omnium minima elegantissima *Cat. H. R. P.* & *Plук.* 89. 3. quamvis ibi pro nova exhibeatur. In muro ad portam Septemtrionalem, & in silva Badenburgensi.

Filix saxatilis non ramosa minima *Raj.* Hist. 146. & Cat. Ext. *Pluk.* 89. 1. Filicula saxatilis, pinnulis brevioribus acutis *Turn.* 542. In aggestis lapidibus inter agros versus pagum Opperodt.

* Muraria semper virens vulgaris: Ruta muraria *C. B.* 356 *J. B.* 3. 753. In muris passim.

Muraria semper virens procerior, radicibus magis cirrosis: Ruta muraria procerior Germanica *Turn.* 541. Adiantum novum Germanicum Rutæ murariæ facie *Breyn.* Eph. N. C. & Cent. 1. 189. Inter saxa collium circa Grossen-Buseck. Muraria a loco; Rutæ vero nomen ad homoymiam evitandam omittendum censemus.

Scandix *Riv.* Irr. P. semine rostrato vulgaris *C. B.* 152. Pecten veneris *J. B.* 3. P. 2. 71. Inter segetes circa Schiffenbergam.

Caucalis folio Cerefolii *Riv.* Irr. P. Chærophyllum silvestre, seminibus brevibus hirsutis *Turn* 314. Myrrhis silvestris seminibus asperis *C. B.* 160. annua semine striato aspero brevi *Mor.* U. 44 Cicutariæ quodammodo similis vel Chærophyllo accedens *J. B.* 3. 181. Ad rudera & muros arcis Fetzburg.

Ranunculus aquatilis albus fluitans, Peucedani foliis *H. L. B.* aquaticus Peucedani foliis fluitans, caule rotundo cavo, floribus ex alis foliorum longis petiolis innitentibus, medio luteis odoris *Pluk.* Ranunculo sive Polyanthemo aquatili albo affine, Millefolium maratriphyllon fluitans *J. B.* 3. 782. Millefolium aquaticum foliis Fœniculi, Ranunculi flore & capitulo *C. B.* 151. In Lano copiose.

Ranunculus longifolius palustris minor *C. B.* 180. longifolius, aliis Flammula *J. B* 3. App. 864. Ab hoc non differt, judicio *J Bauhini*, Ranunculus palustris serratus *C B.* 180. cum in eadem planta folia varient, & integra cum serratis reperiantur. Uterque in silvis & pratis udis reperitur.

Quinquefolium folio argenteo *C. B.* 325. Pentaphyllum rectum, foliis profunde sectis, subtus argenteis, flore luteo *J. B.* 2. 398 Auff der Haardt/ & ad vias marginesque sepium & agrorum sicciorum.

Caryophyllus silvestris humilis flore unico *C. B.* 209. minor repens nostras *Raj.* H. 988. Betonica coronaria sive Caryophyllea repens, rubra & alba *J B.* 3. 328. In aridis & sabulosis. Caryophylli vox impropria est, significat enim nucis folium, nihilominus non tam ob hanc rationem (alias enim multa nomina, quibus plantæ non adeo bene designantur, cum Rei herbariæ damno immutanda essent) quam quod homonymum sit Caryophylli aromatici, ejus loco aliud, *Tunica* nimirum, adhiberi poterit, vel aromatico Caryophyllo aliud & magis conveniens, *Clavi* nempe, quo omnibus nationibus venit, imponi debet.

Tir-

Triorchis lutea folio glabro *C. B.* 84. In pratis post silvam Lindanam ante pagum Steinberg.

Orchis palmata rubella, cum longis calcaribus rubellis *J. B.* 2. 778. palmata minor, calcaribus oblongis *C. B.* 85. & palmata angustifolia minor odoratissima *Ejusd.* 86. & Pr. 30. ex sententia fratris, quem sequitur *Turnefortius* p. 435. In prato Schiffenbergensi, & circa fontem Waldbrunn dictum.

Ophris bifolia *C. B.* 87. Bifolium majus, sive Ophris major quibusdam *J. B.* 3. 533. In silva Schiffenbergensi & Badenburgensi. Anthropomorphon vocant *Turnefortius* & *Knautius*, atque distinctionem inde petunt, licet multæ Orchides similia labella obtineant.

Geranium Cicutæ folio majus inodorum *C. B* C. Bas. 90. Cicutæ folio moschatum: & inodorum *Ej.* Pin. 319. annuum Cicutæ folio inodorum *Mor.* H. O. 2. 512. In agris.

Hypericum minus supinum, vel supinum glabrum *C. B.* 279. minimum supinum *J. B.* 3. 384. In agris requietis, silva Gissensi, & pascuis siccioribus in Auctumnum usque floret.

Linum silvestre catharticum Ger. *Raj.* H. 1076. pratense flosculis exiguis *C. B.* 214. Alsine verna glabra flosculis albis, vel potius Linum minimum *J. B.* 3. 455. In pratis montosis & locis gramineis.

Papaver erraticum, capitulo longiore hispido *Turn.* 238. Argemone capitulo longiore *C. B.* 172. capitulo longiore spinoso *J. B.* 3. 396. In vallo, & in agris ad viam Wetzlariensem; item auff der Haardt.

Ve-

* Veronica aquatica major, folio subrotundo *Mor*. 2. 323. *Turn*. 145. Beccabunga *Riv*. Irr. M. Anagallis aquatica major folio subrotundo *C.B*. 252. aquatica, folio rotundiore, major *J. B*. 3. 971. Ad fontes circa Schiffenbergam, & in fudulorum rivulo.

Veronica aquarica minor, folio subrotundo *Turn*. 145. Anagallis aquatica minor folio subrotundo *C. B*. 252. aquatica flore cæruleo, folio rotundiore, minor *J. B*. 3. 790. Beccabunga minor *Riv*. Irr. M. Ad fontes, sed minus quam prior frequens. *D. Rivinus* distinguit has species & Beccabungas vocat, non alia de caussa, quam quod officinis hoc nomine innotuerint; quæ ratio cum nulla sit & in Methodo botanica non attendenda veniat, officinis suum nomen relinquamus, cum Botanicis vero species suo generi tribuamus.

Veronica palustris angustifolia *Riv*. Irr. M. aquatica angustiore folio *Turn*. 145. Anagallis aquatica angustifolia scutellata *C. B*. 252. Pr. 119. aquatica angustifolia *J. B*. 3. 791. In fossis & locis udis.

Helleborine flore albo, vel Damasonium montanum latifolium *C. B*. 187. Damasonium *Riv* Irr. H. Alpinum, sive Elleborine floribus albis *J. B*. 3. 516. In silva Lindana, & in posteriore parte silvæ Gleiburgensis.

Sisymbrium annuum Absinthii minoris folio *Turn*. 226. Nasturtium silvestre tenuissime divisum *C. B*. 105. Seriphium Germanicum sive Sophia quibusdam *J. B*. 2. 886. Ad vias.

Cardamine subhirsuta, minore flore: Sisymbrium Cardamine hirsutum minus, flore albo *J. B*. 2. 888.

Na-

Nasturtium aquaticum minus *C. B.* 104. Ad radicem montis Dini, & in silva Gleiburgensi.

Cardamine annua exiguo flore *Turn.* 224. Sysimbrii Cardamines species quædam insipida *J. B.* 2. 886. Nasturtium aquaticum erectum folio longiore *C. B.* 104. silvaticum myriophyllon *C. Alt.* Sium minimum *Alp.* 331. In saltu Hangestein/ & in Fageto.

Myrrhis *Riv.* Irr. P. annua semine striato lævi *Mor.* U. 44. & 67. *Turn.* 315. Chærophyllum silvestre *C. B* 152. Anthriscus Plinii quibusdam semine longo Cicutariæ aut Chærephylli *J. B* 3. P. 2. 70. Ad sepes.

Genista-spartium minus Germanicum *Turn* 645. Genista spinosa minor Germanica *C. B* 395 aculeata foliosa *J B.* 1. 399. Genistella spinosa *Riv.* Irr. T. Auff dem Weddenberg/ in pascuis siccis versus pagum Kroffdorff/ & in confinio Gruningensis territorii.

Cyperoides polystachyon flavicans, spicis brevibus prope summitatem caulis *Turn.* 530. Gramen cyperoides polystachyon flavicans, spicis brevibus prope summitatem caulis *Raj.* H. 1294. *Pluk.* 34. 5. In silvis & pratis.

Cyperoides angustifolium, spicis sessilibus in foliorum alis *Turn.* 530. Gramen cyperoides angustifolium, spicis parvis sessilibus in foliorum alis *Raj.* H. 1295. *Pluk.* 34. 3. Forte Gramen cyperoides minimum Bœlii tenuifolium, parvis per caulem distinctis torulis *Lob.* 54. In silva Schiffenbergensi & in Fageto.

Po-

Polygala vulgaris *C. B.* 215. Polygalon multis *J. B.* 3. 386. In pratis ficcioribus & silvis flore cæruleo, in pascuis ficcioribus flore purpurascente, in silva Badenburgensi & alibi flore albo reperitur.

Trifolium *Riv.* Irr. T. pratense purpureum *C. B.* 327. purpureum vulgare *J. B.* 2. 374. pratense flore monopetalo *Turn.* 404. In pratis.

Scirpus montanus capitulo breviore *Turn.* 528. Juncus parvus montanus, cum capitulis parvis luteis *J. B.* 2. 523. parvus palustris, cum parvis capitulis Equiseti *Raj.* H. 1306. *Pluk.* 40. 6. In pratis udis ante lucum Philosophicum & post silvam Gissensem.

Trifolium pratense purpureum majus *Raj.* H. 944. In pratis ad pagum Grossen-Buseck.

Trifolium lupulinum alterum minus *Raj.* H. 949. luteum flore lupulino minus *J. B.* 2. 38. In pratis.

Tithymalus subrotundis foliis majoribus crenatis *H. L. B.* 600. helioscopius *C. B.* 291. *J. B.* 3. 669. In hortis.

Potamogeton foliis crispis, sive Lactuca ranarum *C. B.* 193. Fontinalis crispa *J. B.* 3. 778. Passim in fossis & aquis stagnantibus.

* Chamæmelum vulgare, Leucanthemum Diosc. *C. B.* 135. vulgare amarum *J. B.* 3. 116. Inter segetes copiose.

Cyperoides minimum, seminibus reflexis puliciformibus: Gramen cyperoides minimum, seminibus reflexis puliciformibus *Raj.* H. 1298. M. 185. *Pluk.* 34. 10. In pratis spongiosis & putridis circa fontem Waldbrunn.

Equi-

Equisetum palustre brevioribus setis *C. B.* 15. Ad Lani ripam, & in pratis ad radicem Haardt septentrionem versus.

Virga sanguinea *Dod.* 6. 2. 23. Cornus femina *C. B.* 447. femina putata, Virga sanguinea *J. B.* 1. 214. In sepibus, silva Hangestein / & nemore Lindano.

* Iris palustris lutea, sive Acorus adulterinus *J. B.* 2. 732. Acorus adulterinus *C. B.* 34. In fossis abunde.

Festuca avenacea sterilis humilior *C. B.* 10. In agris & eorum marginibus.

Opulus *Ruell.* 281. *Turn* 607. Sambucus aquatica *J. B.* 1. 552. aquatica flore simplici *C. B.* 456. In hortorum sepibus.

Spergula *J. B.* 3. 722. Alsine Spergula dicta major *C. B.* 251. In agris requietis.

Gramen anthoxanthon majus. In nemore Lindan.

Gramen pratense paniculatum molle *C. B.* 2. Pr. 5. lanatum Dalechampii Lugd. *J. B.* 2. 466. In pratis.

Gramen tremulum *J. B.* 2. 469. tremulum majus *C. B.* 2. tremulum vulgare minus *Raj.* M. 179. In pratis.

Gramen aquaticum cum longissima panicula, *J. B.* 2. 490. aquaticum fluitans multiplici spica, Ἄγρωστις ποτάμιος *C. B.* 3. In fossis & pratis udis.

Scirpus Equiseti capitulo majori *Turn.* 528. Juncus capitulis Equiseti major *C. B.* 12 capitulis longis seu clavatus *J. B.* 2. 523. Passim in fossis & pratis udis.

Jun-

Juncus lævis vulgaris, panicula compactiore *Raj*. H. 1304. M. 183. Juncus *J. B.* 2. 520. lævis panicula non sparsa *C. B.* 12. In silva Stelzenmorgen.

Pentaphylloides palustre rubrum *Turn.* 298. Quinquefolium palustre rubrum *C. B.* 326. Pentaphyllon vel potius Heptaphyllon flore rubro *J. B.* 2. 398. In pratis udis ad lucum Philosophicum.

Festuca avenacea sterilis elatior *C. B.* 9. Aegilops Matthiolo forte *J. B.* 2. 439. Gramen avenaceum panicula sparsa, locustis majoribus & aristatis *Turn.* 52^. In dumetis & sepibus.

Crista galli *Riv.* Irr. M. galli mas *J. B.* 3. 436. Pedicularis pratensis lutea, vel Crista galli *C. B.* 163. In pratis.

Crista galli femina *J. B.* 3. 436. Hæc a priori diversa omnino species est; Ibidem.

Cerastium hirsutum minus, flore parvo: Myosotis hirsuta minor *Turn.* 245. Alsine hirsuta minor *C. B.* 251. In agris arenosis & pascuis ficcioribus.

Radicula palustris *J. B.* 2. 866. Raphanus aquaticus alter *C. B.* Ed. prim. 97. Pr 38. aquaticus Rapistri folio *Ej.* Ed. sec. 97. In fossis. Ad Sisymbrium refert *Turnefortius* & p. 226. Sisymbrium aquaticum Raphani folio, siliqua breviori nominat, verum cum siliquæ admodum curtæ sint, ad siliculosas Tetrapetalas aptius referri, & *Radiculæ* nomen ei tribui, atque siliculis teretibus, seminibus minutissimis fœtis, ab aliis distingui potest.

Iberis petræa foliis Bursæ pastoris: Nasturtium petreum foliis Bursæ pastoris *C. B.* 104. Bursa pastoris parva, folio glabro spisso *J. B.* 2. 937.

Cis-

Circa arenaceas fodinas ad viam Schiffenbergensem. Nasturtium petræum annuum *Pluk.* 206. 4. de quo quærit, an cum Nasturtio petræo *Tab.* idem sit, ab hoc diversum videtur, caules enim nostri non ramosi sunt & folia ad radicem plura habent, quibus caret figura Plukenetiana.

Alsine pratensis gramineo folio angustiore *Turn.* 243. Caryophyllus arvensis glaber flore minore *C. B.* 210. Gramini Fuchsii leucanthemo affinis & similis planta *J. B.* 3. 361. In agris.

Alsinella muscoso flore repens: Alsine pusilla graminea flore tetrapetalo *Turn.* 243. saxifraga graminifolia, flosculis tetrapetalis herbidis & muscosis *Pluk.* 74. 2. Saxifraga graminea pusilla, flore parvo tetrapetalo *Raj.* H. 1026. Auff der Haardt/ in agris requietis ante silvam Lindanam, & in silva Stelßenmorgen.

Orchis morio foliis sessilibus maculatis *C. B.* 82. Cynosorchis Delphinia maculosis foliis, flore purpuro-violaceo *J. B.* 2. 760. Palmata major *Riv.* Irr. H. it. Orchis foliis sessilibus maculatis *Ejusd.* ib. ex sententia *D. Ruppii*, qui in silva Lindana eam reperit.

JUNIO FLORENT.

* Thaspi vulgatius *J. B.* 2. 921. arvense Vaccariæ incano folio majus *C. B.* 106. Ad vias, in monte Selicernii, sed præcipue inter rudera arcis Fetzburgensis.

Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice succisa, majus *C. B.* 127. minus præmorsa radice,

ſive Fuchſii *J. B.* 2. 1031. In pratis & locis hortorum gramineis.

Gramen triticeum arvenſe, ſpica cylindracea anguſtiore. Inter ſegetes.

Helianthemum vulgare flore luteo *J. B.* 2. 15. Chamæciſtus vulgaris flore luteo *C. B.* 465. In ericetis & paſcuis ſiccioribus.

Leucanthemum vulgare *Turn.* 492. Bellis ſilveſtris caule folioſo major *C. B.* 261. major *J. B.* 3. 114. In pratis.

Aegilops minor, panicula anguſta, locuſtis parvis, foliis junceis. In colle venereo, auff der Haardt/ & circa Schiffenbergam.

Solanum ſcandens, ſeu Dulcamara *C. B.* 167. Glycypicros ſive Amara dulcis *J. B.* 2. 109. Dulcamara ſeu Solanum rubrum *Sterb.* p. 354. T. 35. B. In ſepibus & dumetis.

* Aquilegia ſilveſtris *C. B.* 144. flore ſimplici *J. B.* 3. 484. Auff der Haardt pone viam Gleibergenſem, circa arcem Schiffenberg, & in ſilva Lindana.

Orchis palmata flore viridi *C. B.* 86. Pr. 30. Palmatæ cujuſdam icon *J. B.* 2. 776. In pratis ſiccis verſus Dreis inter Orchidem militarem.

* Gallium luteum *C. B.* 335. Gallion verum *J. B.* 3. 720. In ſepibus & pratis.

Gallium album vulgare *Turn.* 115. album *J. B.* 3. 721. Mollugo montana anguſtifolia, vel Gallium album latifolium *C. B.* 334. In ſepibus & paſcuis ſiccis.

Gallium paluſtre album *C. B.* 335. Cruciata paluſtris

lustris alba *Turn.* 115. In fossis & pratis humidis.

* Veronica *Riv.* Irr. M: mas supina & vulgatissima *C. B.* 246. vulgatior folio rotundiore *J. B.* 3. 281. In silvis.

* Alkekengi offic. *Turn.* 151. Solanum vesicarium *C. B.* 166. halicacabum vulgare *J. B.* 3. 609. vesicarium vulgi *Fabr.* p. 28. n. 8. In dumetis an der Haardt / præcipue juxta viam Heuchelheimensem.

* Pilosella major repens hirsuta *C. B.* 262. majori flore seu vulgaris repens *J. B.* 2. 1039. Dens leonis qui Pilosella officinarum *Turn.* 469. Locis arenosis aridioribus & in pascuis siccioribus.

Pilosella major repens minus hirsuta *C. B.* 262. minor, folio angustiore minus piloso repens *J. B.* 2. 1040. Dens leonis qui Pilosella folio minus villoso *Turn.* 469. Auff der Haardt / in Pinastreto novo ante silvam Gisseusem, & in agris vicinis.

Myosotis glabra palustris & major. In fossis. Variat aliquando flore albo & carneo.

* Doronicum radice scorpii *C. B.* 184. In silvæ Hangestein præruptis unico tantum in l co, montis videlicet parte quæ meridiem spectat & prato, quod in latere occidentali ad viam publicam situm est, imminet, provenit copiose, nec usquam alibi conspicitur.

* Plantago latifolia incana *C. B.* 189. major hirsuta, media a nonnullis cognominata *J. B.* 3. 504. Viis gramineis & ad sepes hortorum elatiorum, locis præsertim sabulosis.

Myrrhis annua semine striato lævi, tuberosa nodosa, coniophyllon *Mor.* U. 44. & 67. *Turn.* 315. cicutaria *Pluk.* 296. 2. fœtens *Riv.* Irr. P. Cicutaria bulbosa *C. B.* 161. odorata bulbosa *J. B.* 3. P. 2. 183. In sepibus.

*Symphytum magnum *J. B.* 3. 593. Symph. Consolida major *C. B.* 259. Ad fossas & sepes, pratorum præcipue.

* Pentaphylloides argenteum alatum, seu Potentilla *Turn.* 298. Potentilla *C. B.* 321. seu Argentina *J. B.* 2. 398. Auff dem Gänßacker/ & circa pagum Wissec.

Sedum palustre subhirsutum purpureum *C. B.* 285. purpureum pratense *J. B.* 3. 692. In pascuo sicco pone silvam Hangestein.


* Veronica aquatica major, folio oblongo *Mor.* 2. 323. *Turn.* 145. Anagallis aquatica major, folio oblongo *C. B.* 252. aquatica flore cæruleo, folio oblongo, major *J. B.* 3. 791. In fossis & rivulis prope Grossen-Buseck.

Veronica aquatica minor, folio oblongo *Turn.* 145. Anagallis aquatica minor, folio oblongo *C. B.* 252. aquatica flore purpurascente, folio oblongo, minor *J. B.* 3. 791. Ibidem.

Pedicularis *Riv.* Irr. M. pratensis purpurea *C. B.* 163. quibusdam Crista galli flore rubro & albo *J. B.* 3. 437. In pradis udis.

Melampyrum luteum latifolium *C. B.* 234. silvaticum *Riv.* Irr. M. silvaticum flore luteo, sive Satureja lutea silvestris *J. B.* 3. 441. In silvis. Variat aliquando flore rubello.

Tri-


TAB. I.
F
D
E
B
C
A
Lichenastrum
Peziza.
Erinaceus
A
B
C
Mnion.
A
B
C
D
Lichen
Hypnon.

Trifolium flore albo *Riv.* Irr. T. pratense album *Tab.* Ed. Bauh. L. 2. C. 27. p. 224. In salicetis ad Lanum.

Orchis alba calcari longo *J. B.* 2. 771. alba bifolia minor calcari oblongo *C. B.* 83. In saltu Hangestein/ silva Schiffenbergensi & Lindana.

Orchis spica laxa. In silvæ Hangestein editioribus, sub dumetis & frutetis.

Orchis odore hirci minor *C. B.* 82. Tragorchis minor flore fuliginoso *J. B.* 2. 764. In pratis siccioribus Heuchelheimensibus trans Lanum e regione Alneti.

Orchis palmata pratensis maxima *C. B* 85. Palmata sive Cynosorchis macrocaulos galericulata C. Gemmæ *J. B.* 2. 777. In depressiore & uda silvæ Hangestein parte, & in prato Schiffenbergensi.

Orchis palmata montana maxima *C. B.* 86. Pr. 31. In monte Lolleriano.

Orchis palmata palustris altera *C. B.* 86. Palmata Serapias palustris leptophylla, violacea, maculata & non maculata *J. B.* 2. 776. In pratis udis post silvam Badenburgensem, & ad fontem Waldbrunn dictum.

Palmata angustifolia maculata *Riv.* Irr. H. angustifolia maculata purpurea *J. B.* 2. 777. In silvæ Hangestein parte depressa, & in Lindano nemore.

Nidus avis *H. Eyst.* Orchis abortiva fusca *C. B.* 86. Orobanchæ affinis Nidus avis *J. B.* 2. 782. In posteriore parte silvæ Badenburgensis, in Capite Lolleriano, in Fageto & silva Schiffenbergensi locis opacis sub arboribus & dumetis, ubi ob coloris ob-

obſcuritatem & loci umbram aſpectu triſtis fit planta & ſingularem de ſe faciem præbet.

Gramen ſparteum juncifolium *C. B.* 5. Spartum parvum Lobelio *J. B.* 2. 513. In paſcuis ſiccis, & pratis etiam udis circa Waldbrunn.

Cyperoides ſpicatum minus, ſpica divulſa, radice comoſa: Gramen cyperoides ſpicis minoribus minusque compactis *C. B.* 6. Pr. 13. *J. B.* 2. 497. Juxta ſepes hortorum Haardtenſium.

Cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis erectis ſeſſilibus, e ſeminibus confertis compoſitis: Gramen cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis erectis ſeſſilibus &c. *Raj.* S. & M. 186. In pratis udis ante ſilvas Herrenwaldt & Stelßenmorgen.

Cyperoides exiguum ſeminibus bullatis ſubhirſutis: Gramen cyperoides exiguum, ſeminibus bullatis *Raj.* Obſ 444. *Pluk.* 91. 2. An Cyperoides veſicarium humile, locuſtis rarioribus *Turn*? Noſtri vero confertiores ſunt. In pratis ad radicem der Haardt pone viam Gleibergenſem.

Cyperus gramineus *J. B.* 2. 504 Gramen cyperoides miliaceum *C. B.* 6. Ad foſſas.

* Tilia vulgaris platyphyllos *J. B.* 1. 133. femina folio majore *C. B.* 426. Ad vineam prope pagum Heuchelheim.

Gramen hirſutum capitulo globoſo *C. B.* 7. In dem Herrnwaldt.

Gramen avenaceum glabrum, panicula purpuro-argentea ſplendente *Dood. Raj* H. App. 1909. Syn. & M. 179. n. 4. it. 180. n. 9. & 181. n. 6. Auff der Haardt/ und in dem Gieſſer-Waldt.

Gra-

Gramen ſpicatum folio aſpero *C. B.* 3. Pr. 9. aſperum *J. B.* 2 467. paniculatum, ſpicis craſſioribus & brevioribus *Turn.* 521. In pratis, & ad horum margines prope foſſas.

Gramen capillaceum locuſtellis pennatis non ariſtatis *Raj.* H. 1288. M. 178. *Pluk.* 34. 2. ubi Gramen junceum 1. & 2. *C. B.* cum hoc confundit, 3. quod cum *ſuo* & *Raji* Gramine jungere debebat, omittit. Vocatur autem 3. *C. Bauhino* Gramen foliolis junceis brevibus minus p. 5. *J. Bauh.* 2. 463. Gr. tenue durinſculum & pæne junceum. In pratis udis & ſpongioſis circa Waldbrunn / & ſolo etiam diverſo in paſcuis ſiccis.

Gramen foliolis junceis brevibus majus, radice nigra *C. B.* 5. Pr. 11. tenuifolium glabrum *J. B.* 2. 462. loliaceum minus capillaceo folio, ſpica Brizæ longiſſima *Turn.* 517. In paſcuis ſiccioribus, præcipue auff der Haardt.

Gramen paniculatum minus, Gramini murorum ſpica longiſſima Ger. Em. ſimile, paniculis anguſtis brevioribus unam partem ſpectantibus *Raj* M. 181. paniculatum bromoides minus, paniculis ariſtatis, unam partem ſpectantibus *Ejuſd.* H. 1287. *Pluk.* 33. 10. In agris requietis ante ſilvam Lindanam. Feſtucæ ſpecies eſt.

Knawel *Tr.* Polygonum anguſtiſſimo & acuto vel gramineo folio, minus repens *C. B.* 281. tertium Dodon. ſive tenuifolium *J. B.* 3. 377. Alchimilla ſupina, gramineo folio, minore flore *Turn.* 508. In agris copioſe.

· Knawel majus: Polygonum gramineo folio,

 ma-

majus, erectum *C. B.* 281. Alchimilla erecta, gramineo folio, minore flore *Turnef.* 508. Ad Lani ripam præruptam.

*Herniaria *J. B.* 3.378. Polygonum minus, sive Millegrana major *C. B.* 281. Auff der Haardt. Circa plantæ hujus flores & semina adeo diversæ sunt recentiorum Botanicorum sententiæ, (quas vid. in *Raji* Meth. Em. p. 24.) ut non immerito observationes adeo accuratorum Auctorum in diversis plantis factas fuisse existimare aliquis queat. Nos in Herniaria hac vulgari glabra cum *Turnefortio* stamina quinque cum totidem apicibus luteis, & calicem quinquefidum, expansum, qui in vasculum quasi oblongum canaliculatum flore delapso assurgit, observavimus, semina cum *Hermanno* singulis floribus singula succedere, parva, per maturitatem pulla aut nigra, splendentia, ovato-acuminata, peculiari insuper tenui involucro membranaceo tecta, quod an per maturitatem horizontaliter, ut id affirmat *Volckamerus*, rumpatur, in tanta exiguitate judicare non potuimus, immo potius semina, si unquam abscedunt, nam in planta bene matura & reposita etiam diutissime hærent, cum ipsis calicibus & membranulis decidere, nec sponte e vasculis exire videntur. Ceterum videtur nobis *Prestonus* apud *Rajum* loco allegato Radiolæ nostræ characterem attribuisse & confudisse cum Herniaria, planta vulgaris notitiæ, quod de peritia ejus Botanica magnum testimonium dare non potest.

*Sedum parvum acre flore luteo *J. B.* 3.694. Sempervivum minus vermiculatum acre *C. B.* 283. In muris & locis sicclioribus arenosis. Gra-

Gramen pratense cristatum, sive Gramen spica cristata, læve *C. B.* 3. Pr. 8. cristatum *J. B.* 2. 468. spicatum, glumis cristatis *Turn.* 519. In pratis viget elegans hoc Gramen.

* Cynoglossum vulgare *J. B.* 3. 598. majus vulgare *C. B.* 257. Ad arcem Schiffenberg & circa pagos.

* Sambucus vulgaris *J B.* 1. 544. fructu in umbella nigro *C B.* 456. In sepibus.

* Rubus idæus spinosus *C. B.* 479 idæus spinosus fructu rubro *J. B.* 2. 59. In silva Hangestein & monte Dino.

* Bryonia aspera sive alba baccis rubris *C. B.* 297. Vitis alba sive Bryonia *J. B.* 2. 143. In sepibus ubique. Altera mas est, cui flores majores longioribus pediculis insidentes, altera femina, cui flores minores cum brevioribus pediculis: illi stilo & embryone carent, staminibus vero & apicibus gaudent, hi stilo tantum & baccis donantur, staminibus autem & apicibus destituuntur

Equisetum nudum lævius nostras *Raj.* H. Suppl. 103. Ad fossas.

Equisetum pratense longissimis setis *C. B.* 16. In pratis udis ante pagum Grossen-Buseck.

Equisetum silvaticum tenuissimis setis *C. B.* 16. sive Hippuris tenuissima non aspera *J. B.* 3. 730. minus, omnium tenuifolium *Lob.* 149. In Fageto, silva Schiffenbergensi & Hangestein.

* Bistorta major rugosioribus foliis *J. B.* 3. 538. major radice minus intorta *C. B.* 192. In pratis silvarum udis.

Gramen capillatum *J. B.* 2. 462. segetum altissimum

ſimum panicula ſparſa *C. B. 3.* In pratis & inter ſegetes.

Gramen capillatum minus. Locis aridis. Forte prioris tantum varietas eſt, differentiam ſolo macriori debens.

Gramen avenaceum pratenſe elatius, panicula flaveſcente, locuſtis parvis *Raj.* H. 1284. In pratis.

Gramen paniculatum elatius, ſpicis oblongis muticis ſquamoſis *Raj.* H. 1286. & *M.* 180. In pratis.

* Roſa ſilveſtris vulgaris, flore odorato incarnato *C. B.* 483. ſilveſtris alba cum rubore, folio glabro *J. B.* 2. 43. In ſepibus & ſilvis.

Ranunculus paluſtris Apii folio lævis *C. B.* 180. paluſtris flore minimo *J. B.* 3. App. 858. In foſſis.


* Malva ſilveſtris folio rotundo *C. B.* 314. vulgaris flore minore, folio rotundo *J. B.* 2. 949. ſilveſtris perennis procumbens, flore minore albo, folio rotundo *Mor.* H. 2. 521. Ad ſepes.


Podagraria *Riv.* Irr. P. Angelica ſilveſtris minor ſive erratica *C. B.* 155. ſilveſtris repens *J. B.* 3. P. 2. 145. Ad rivulorum margines.

Caryophyllus ſimplex ſupinus latifolius *C. B.* 208. Betonica coronaria ſive Caryophyllus minor, folio viridi nigricante repens, flore argenteis punctis notato *J. B.* 3. 329. Auff der Haardt / und im Gieſſer-Waldt.

Vicia folio anguſtiore flore purpuro-violaceo. Forte Vicia anguſtifolia purpuro-violacea, ſiliqua lata glabra *B. Monſp.* Ad radicem montis pago Groſſen-Buſeck imminentis in dumetis.

Vi-





Hipparis.



Lycopodium. Gramen avenaceum.

Vicia folio angustiore flore rubro. An Vicia vulgaris acutiore folio, semine parvo nigro *C. B.* 345. Inter segetes.

Vicia folio subrotundo brevi, obtuse mucronato, pediculo brevi insidente, flore Viciæ sepium seu dumetorum vulgaris *Raj.* H. Suppl. 449. & Syn. 188. In udis Fageti.

Hyoseris latifolia vel mascula *Tab.* 1. 472. Hieracium minus folio subrotundo *C. B.* 127. In agris arenosis inter silvam Gissensem & Stelzenmorgen.

* Urtica major vulgaris *J. B.* 3. 445. urens maxima *C. B.* 232. Ad sepes.

Urtica silvatica non urens: Urtica vulgaris minime urens Horti M. Duc. Hetr. *Mentz.* In silva Schiffenbergensi.

Persicaria Salicis folio, Potamogeton angustifolium dicta *Raj.* H. 184 Potamogeton Salicis folio *C. B.* 193. sive Fontalis Persicariæ folio *J. B.* 3. 777. In piscina Schiffenbergensi inferiore, & in fossa oppidana.

Epilobium glabrum majus, purpureo flore: Chamænerion glabrum majus *Turn.* 303. Lysimachia siliquosa glabra major *C. B.* 245. lævis *J. B.* 2. 907. In silva Hangestein.

* Tragopogon pratense luteum majus *C. B.* 274. flore luteo *J. B.* 2. 1058. In pratis siccioribus.

Jacea nigra pratensis latifolia *C. B.* 271. nigra vulgaris, capitata & squamata *J. B.* 3. 27. In pratis omnibus.

* Brunella *Riv.* Irr. M. major folio non dissecto *C. B.* 260. Prunella flore minore vulgaris *J. B.* 3. 428.

In

In pratis omnibus. In pratis ſiccis Heuchelheimenſibus ad Lanum e regione Alneti, & alias in ſilvis etiam flore candido aliquando reperi, foliis tamen integris, non laciniatis, qualia Brunellæ folio laciniato tribuit *C. Bauhinus*. *Turnefortius* hanc & alias herbas, ſi floris colore varient, pro diſtinctis ſpeciebus recenſere ſolet, ſed citra neceſſitatem.

Veronica ſupina Teucrii folio *Turn.* 145. Chamædrys ſpuria, foliis pediculis oblongis inſidentibus *Raj.* H. 850. Chamædry ſpuriæ affinis rotundifolia ſcutellata *C. B.* 249. In ſilva Wiſmarienſi reperitur rarior hæc Veronicæ ſpecies.

Trifolium repens *Riv.* Irr. T. pratenſe album *C. B.* 327. pratenſe album a Fuchſio depictum ſive mas *J. B.* 2. 379. In pratis & viis.

Trifolium phæum fuſcum luxerians, quaternis, quinis & ſenis foliis *Mor.* 2. 135. Quadrifolium hortenſe album *C. B.* 327. Trifoliis affine Quadrifolium phæum Lob. *J. B.* 2. 380. Ibidem aliquando.

Lotus corniculata glabra minor *J. B.* 2. 356. πολυκέρατος lutea minor, foliis & ſiliquis glabris brevioribus & craſſioribus *Mor.* H. 2. 177. ſive Melilotus pentaphyllos minor glabra *C. B.* 332. Ad vias.

Lotus corniculata hirſuta minor *J. B.* 2. 356. πολυκέρατος lutea minor, foliis & ſiliquis hirſutis longioribus & tenuioribus *Mor.* Hiſt. 2. 177. Ibidem.

Luteola *Ger.* herba Salicis folio *C. B.* 100. Lutea Plinii quibusdam. *J. B.* 3. 465. Auff der Haardt

und

und bey Schiffenberg / an des Bergs Mittag-Seite.

Geranium columbinum majus dissectis foliis *Ger. Em.* malacoides laciniatum sive columbinum alterum *Park.* In hortis agrisve inter Napum.

Martagon *Matth.* Lilium floribus reflexis montanum *C. B.* 77. flore nutante ferrugineo majus & minus *J. B.* 2. 692. In monte qui pago Grossen-Buseck imminet & in Lindano nemore.

Martagon hirsutum: Lilium floribus reflexis alterum, lanugine hirsutum *C. B.* 78. In silva Lindana. *Martagon* floribus reflexis (& an etiam vasculis?) differt a Lilio vulgari, a quo idcirco genere distingui potest.

Gramen avenaceum panicula acerosa, semine papposo. In pratis & vallo.

Sisymbrium palustre repens, Nasturtii folio *Turn.* 226. Eruca quibusdam silvestris repens, flosculo luteo *J. B.* 2. 866. silvestris minor luteo parvoque flore *C. B.* 98. it. Er. palustris & Nasturtii folio, siliqua oblonga *Ejusd.* ib. Ad aquas.

* Erysimum vulgare *C. B.* 100. Tragi flosculis luteis, juxta muros proveniens *J. B.* 2. 863. Passim ad vias.

* Hyoscyamus vulgaris vel niger *C. B.* 169. vulgaris *J. B.* 3. 627. niger *Sterb.* p. 342. T. 34. B. Ad vias passim.

* Melilotus *Riv.* Irr. T. officinarum Germaniæ *C. B.* 331. Trifolium odoratum sive Melilotus vulgaris flore luteo *J. B.* 2. 370. In agris avenaceis, præcipue ante silvam Lindanam.

La-

Lathyrus silvestris luteus foliis Viciæ *C. B.* 344. luteus silvestris dumetorum *J. B.* 2. 304. pratensis *Riv.* Irr. T. In dumetis & pratis.

* Pirola *Riv.* Irr. P. *J. B.* 3. 535. rotundifolia major *C. B.* 191. In silva Gissensi, Badenburgensi & Lindana.

* Pirola minor *Riv.* Irr. P. Ibidem. Magis quam prior vulgaris, verum tum hæc, tum illa, in monte Stoppelberg prope Wetzlariam, longe copiosius provenit.

* Ligustrum *J. B.* 1. 528. Germanicum *C. B.* 475. In sepibus.

Potamogeton foliis pennatis *Turn.* 253. Millefolium aquaticum pennatum spicatum *C. B.* 141. Pr. 73. pennatum aquaticum *J. B.* 3. 783. In Lano & fossis.

Cracca *Riv.* Irr. T. Vicia multiflora *C. B.* 345. multiflora perennis nemorensis sive dumetorum *J. B.* 2. 314. In dumetis & ad margines fossasque pratorum.

Sonchus lævis laciniatus latifolius *C. B.* 124. minus laciniosus mitior sive minus spinosus *J. B.* 2. 1014. In hortis.

Hieracium Dentis leonis folio obtuso majus *C. B.* 127. macrocaulon junceum sive minus primum Dod. *J. B.* 2. 1031. In pratis & hortorum locis gramineis.

Hieracium asperum flore magno Dentis leonis *C. B.* 127. caule aphyllo hirsutum *J. B.* 2. 1038. Ad vias gramineas. Caulis egreditur ex una radice unicus, qua de caussa *Rajus* & *Turnefortius* Denti leonis

leonis annumerant, verum toto habitu ad Hieracium propius, quam ad Dentem leonis accedit.

Pulmonaria Gallica sive aurea *Tab.* Hieracium murorum folio pilosissimo *C. B.* 129. Pilosella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo *J. B.* 2. 1033. In Fageto & silva Lindana.

Pulmonaria Gallica tenuifolia *Tab.* Ibid. A priore diversa videtur.

Hieracium luteum glabrum seu minus hirsutum *J. B.* 2. 1024. Cichorium pratense luteum lævius *C. B.* 126. Auff der Haardt an denen Ackern.

Hieracium fruticosum latifolium hirsutum *C. B.* 129. Hieracii Sabaudi varietas 1. Erinus quibusdam Matthioli dicta *J. B.* 2. 1030. In dumetis ad pagum Rœdgen. Pulmonariæ Gallicæ species est.

Pilosella montana hispida parvo flore *C. B.* 261. Auff dem Wall und auff den Ackern des Tripps. *Turnefortius* Inst. p. 471. Pilosellam hanc & majorem erectam *C. B.* ad Hieracia, quo & *Pulmonarias Gallicas* locat, refert, atque hanc quidem vocat Hieracium montanum angustifolium, Pilosellas vulgares repentes autem ad *Dentem leonis* transfert, adeoque *Pilosellæ* genus expungit cum *Pulmonariæ Gallicæ* genere. Verum præstat seminibus, foliis, modo crescendi & facie externa differentes plantas distinctè tradere. *Pulmonariæ* illæ *Gallicæ*, ad differentiam *vulgaris Pulmonariæ*, *Lactariæ* vel potius *Costæ* nominari possent.

Lampsana *J. B.* 2. 1028. Soncho affinis Lampsana domestica *C. B.* 124. In silva Hangestein/ in hortis & ad vias.

Car-

Carduus paluſtris *C. B.* 377. Pr. 156. Cirſium pratenſe polycephalon vulgare *Turn.* 448. In dumetis ſilvæ Steltzenmorgen.

* Cyanus *J. B.* 3. 21. ſegetum *C. B.* 273. Inter ſegetes.

Rapunculus Scabioſæ capitulo cæruleo *C. B.* 92. Scabioſa globularis quam ovinam vocant *J. B.* 3. 12. Im Gieſſer-Wald und auff der Haardt.

Valeriana ſilveſtris major montana *C. B.* 164. folio anguſtiore *Riv.* Irr. M. In montibus ad pagum Groſſen-Buſeck.

Echioides *Riv.* Irr. M. Echium Fuchſii ſive Borrago ſilveſtris *J. B.* 3. 581. Bugloſſum ſilveſtre minus & Bugl. ſilveſtre aſperius *C. B.* 256. In agris.

Echium *Riv.* Irr. M. vulgare *C. B.* 254. *J. B.* 3. 586. Circa margines agrorum. In monte, pago Groſſen-Buſeck adjacente, omnibus partibus duplo minus vidi, floribus magis dilute cæruleis, caule & foliis minus hiſpidis & fere mollibus. Prius & vulgare flore ſubcinereo in vallo urbis notavi, cum flore alias cæruleo paſſim reperiatur.

* Viola tricolor *Riv.* Irr. P. tricolor hortenſis repens, an φλὸξ καὶ φλόγιον Theoph. *C. B.* 199. Jacea tricolor ſive Trinitatis flos *J. B.* 3. 546. In hortis, & agris aliquando, præcipue auff der Haardt.

Serpyllum anguſtifolium hirſutum *C. B.* 220. anguſto lanuginoſoque folio *J. B.* 3. P. 2. 270. montanum hirſutum *Riv.* Irr. M. Circa Schiffenbergam.

Stachys Alpina Betonicæ folio, flore purpureo: Galeopsis Alpina Betonicæ folio, flore variegato *Turn*. 185. Pseudostachys Alpina *C. B*. 236. Pr. 113. In monte Dino.

Galeopsis procerior, fœtida spicata *Turn*. 185. seu Urtica iners magna fœtidissima *J. B*. 3. App. 853. Lamium maximum silvaticum fœtidum *C. B*. 231. Stachys silvatica *Riv*. Irr. M. Im Schiffenberger-Waldt und Steltzenmorgen.

* Caryophyllata vulgaris *C. B*. 321. vulgaris flore parvo luteo *J. B*. 2. 398. Ad sepes, in silva Hangestein & capite Lolleriano.

* Quinquefolium majus repens *C. B*. 325. Pentaphyllum sive Quinquefolium vulgare repens *J. B*. 2. 397. Ad vias.

Aconitum folio Platani, flore luteo pallescente *J. B*. 3. 652. lycoctonum albis pallidive floribus *C. B*. 183. it. luteum *Ej*. Ib. lycoctonum humilius, foliis durioribus, floribus pallidis *Cat. Alt*. Napellus luteus *Riv*. Irr. P. Auff dem Lollar Kopff.

Butomus flore roseo & albo *Turn*. 271. Juncus floridus *J. B*. 2. 524. floridus major *C. B*. 12. In fossis ad rivum Willec, & ad Lanum fluvium.

Veronica spicata *Riv*. Irr. M. spicata longifolia *Turn*. 143. spicata recta, profunde serrata, quam Lysimachiam cæruleam quidam vocant *J. B*. 3. 284. Lysimachia spicata cærulea *C. B*. 246. In pratis.

* Ulmaria *J. B*. 3. 488. Barba capræ floribus compactis *C. B*. 164. In sepibus & marginibus pratorum. Quæ alii (*Rajus* & *Turnefortius*) pro siliquis habent, mihi potius semina nuda esse viden-

dentur, cum breviora sint & per maturitatem non aperiantur, unicumve intus semen contineant arctius membranæ adhærens, ut non nisi pressione separari queat.

* Nummularia major lutea *C. B.* 309. sive Centimorbia *J. B.* 3. 370. Lysimachia humi fusa folio rotundiore, flore luteo *Turn.* 141. Ad fossas, in pratis, & silvis.

* Linaria *Riv.* Irr. M. lutea vulgaris *J. B.* 3. 456. vulgaris lutea flore majore *C. B.* 212. Ad sepes, in muris & locis ruderatis.

Melampyrum purpurascente coma *C. B.* 234. arvense *Riv.* Irr. M. multis sive Triticum vaccinum *J. B.* 3. 439. In agris.

Melampyrum cristatum *Riv.* Irr. M. cristatum flore albo & purpureo *J. B.* 3. 440. luteum angustifolium *C. B.* 234. luteum Linariæ folio *Ejusd.* Pr. 112. In silva Steltzenmorgen / & in dumetis herbidis prope pagum Lollar. *J. Bauhinus* flores vel purpureos, vel albos cum rictu luteo, *C. Bauhinus* pallide luteos dicit, quales apud nos plerumque observantur.

Turritis vulgatior *J. B.* 2. 836. Brassica silvestris hispida non ramosa *C. B.* 112. In silva Hangestein / & circa Schiffenbergam.

* Papaver erraticum rubrum campestre *J. B.* 3. 395. erraticum majus: ῥοιὰς Diosc. Th. Pl. *C. B.* 171. Inter segetes.

Lathyrus angustifolius siliqua hirsuta *C. B.* 344. siliqua hirsuta *J. B.* 2. 305. In agris Schiffenbergensibus.

Vicia sepium folio rotundiore acuto *C. B.* 345. In silvis.

Lens

Lens *Tab.* Ed.Bauh. L. 2. p. 206. Forte Orobus ſemine obtuſo triangulo *C. B* 346. Juxta lucum carnificis reperit *D. Ruppius* & pro Legumine minus cognito habuit.

Niſſolia vulgaris *Turn.* 556. Catanance leguminoſa *Raj.* M. 105. leguminoſa quorundam *J. B.* 2. 309. Lathyrus ſilveſtris minor *C. B.* 344. anguſtifolius erectus, folio ſingulari ſine capreolis D. Nisſole *H. R. Monſp.* foliis gramineis, floribus coccineis *Raj.* Syll. 160. Inter ſegetes Schiſſenbergenſes.

Juncus lævis vulgaris, panicula ſparſa noſtras *Raj.* Syn. H. 1304. M. 183. panicula arundinacea *J. B.* 2. 520. lævis panicula ſparſa major *C. B.* 12. In foſſis.

Hypopitys lutea: Orobanche hypopitys lutea March. Br. *Mentz.* T. 3. F. 2. In ſilva Lindana & monte Dino.

Trifolium folio longiore, flore purpureo *Riv.* Irr. T. montanum purpureum majus *C. B.* 328. majus Cl. 2. non album, ſed rubrum *J. B.* 2. 375. Ad collium & montium radices.

Trifolium arvenſe humile ſpicatum ſive Lagopus *C. B.* 328, Lagopus *Riv.* Irr. T. trifolius quorundam *J. B.* 2. 377. In agris. Numeroſa eſt familia *Trifoliorum*, nec flore, nec ſiliquis, nec calicibus convenientium. Trifolium enim pratenſe purpureum *C. B.* Trifolium pratenſe purpureum majus *Raj.* & Trifolium folio longiore, flore purpureo *Riv.* aliaque forte purpurea, quæ nondum examinavi, flore ſunt monopetalo, Trifolium vero parvum hirſutum, flore parvo dilute purpureo in glomerulis oblongis,


ſemine magno *Raj.* itemque Trifolium montanum album *C. B.* Trifolium pratenſe album *Ejuſd.* fragiferum, lupulinum & lagopoides flores ex communi ſententia habent tetrapetalos, (quos pentapetalos potius & in quibuſdam etiam dipetalos eſſe facile eſſet probatu.) Vaſcula purpureis ſunt brevia, monoſperma, ut & fragifero, lupulino & lagopoidi, albis contra longiora, articulata & in ſiliquam polyſpermam producta. Calices hirſuti & ſurrecti purpureis, villoſi & molliores lagopoidi, læves & reflexi albis & lupulinis, veſiculares in fragifero. Idcirco *Lupulinum* & *Lagopum D. Rivinus* genere diſtinguit ab aliis, & *Trifolio* perianthium ſtrigoſius, *Lagopo* villoſum, *Lupulino* floſculos non deciduos tribuit & his invicem differe ſtatuit. Ut floris monopetali in purpuro differentiam non memorem, Trifolia alba, quæ ipſe *Trifolii* ſpecies facit, calices obtinent læves, nec reliquis *Trifoliis* flores decidunt, adeoque cum *Lupulino* conveniunt. *D. Knaut.* Meth. Pl p. 85. Trifolium monopetalum *Trifolioides* nominat, & non ſolum peculiare genus ei aſſignat, ſed & ab aliis Trifoliis & eorum claſſe ſejungit; exiſtimat enim omne *Trifolium* eſſe plantam flore tetrapetalo difformi, unicapſularem & monoſpermam, & licet pratenſe purpureum capſulam producat monoſpermam, flore tamen monopetalo id a *Trifoliis* differre: *Turnefortium* etiam reprehendit, quod *Trifolii* flores, quos in monopetalos & polypetalos quidem diſtinguat, a ſe invicem non ſeparet, cum flores monopetali & tetrapetali ad unum genus non pertineant, nec folia

TAB. III.





Ægilops.






Dichotophyllon.

Festuca.



Percepier.




Knawel.



Polygonifolia.



Iva.




Filcaria.










Podagraria. Sherardia. Echioides.



Myosotis.





Tetrahit.

terna eidem pediculo insidentia notam genericam constituant. *Turnefortio* equidem, si regulas a se fundamenti loco positas (quarum præcipua: non a petalorum numero, nec florum regularitate vel irregularitate, sed eorundem figura & facie diversa generum notas characteristicas desumendas esse) sequi velit, flores monopetalos & polypetalos, itemque uniformes & difformes uno & eodem genere tradere licet, quando vero (licet contra suam Methodum) illi classi notam facit a flore Polypetalo Papilionaceo, monopetalos sane ibi non minus recensere poterat, cum ipse in Isagoge agnoverit, plantas, quæ pluribus partibus & tota facie sibi similes sunt, ad idem genus referendas esse, licet in una vel altera parte discrepent. Ulterius progreditur *Knautius* & Trifolium fragiferum genere etiam diversum facit, ob calices in vesiculas turgidas, hirsutas, deorsum flexas & bicornes extumescentes, quod genus *Triphyllum* aut *Trifoliatum* vesicarium inepte vocat: Trifolia porro polysperma sejungit & *Triphylloide* vocare audet; quo videlicet & pristinæ denominationis & convenientiæ aliquam servarent speciem. Enimvero Trifolium montanum album *C. B* reliquis albis simillimum, capsulas habet breves, monospermas & non articulatas, & ex purpureis Trifolium parvum hirsutum, flore parvo &c. *Raj.* flores non monopetalos, sed accuratius inspectam, dipetalos habet. Licet itaque Trifolia alia flores habeant monopetalos, alia dipetalos, alia tetra-aut pentapetalos, atque ex his nonnulla calices reflexos acquirant, quorundam

vero calices læves, plerorumque autem ſtrigoſiores ſint, Lagopi porro molles viſantur, licet ulterius lupulina in eo a reliquis differre videantur, quod vexillum latiuſculum & magis quam in aliis explicatum obtineant, licet denique vaſcula nunc mono- nunc polyſperma ſint, licet inquam, hæ omnes differentiæ ita ſeſe habeant, immo potius quoniam eæ ita præſto ſunt, videtur nobis conſultius, ut Trifoliorum tribus immota & indivulſa relinquatur, veteorque ut *Rivinus*, *Knautius*, & ſi qui ſunt alii, hac in re plebejorum, tantum abeſt, ut doctiorum aſſenſum aſſequantur. Nobis ſane viri in Botanica verſatiſſimi, *Rajus*, *Turnefortius*, non ſine ratione Trifoliorum genus integrum & immotum reliquiſſe videntur. Ceteroquin *Knautius* alios, qui herbas has toto habitu (non ſolis foliis, ut ipſe ait, quod nemo ex prudentioribus Botanicis ſtatuit) ſibi accedentes & totius generis humani conſenſu cohærentes conjungunt, reprehendere nequit, ſed ſua Methodo facit omnia incongrue, quando ex iisdem ſpeciebus nova genera inſtituit, nec a ſua Methodo, quaſi ea vel præ aliis, vel, ſi pote, ſola genuina & vera eſſet, ad alias argumentari ipſi licet; argumenta enim, quæ a ſuis principiis petit, a nemine acceptabuntur, quin potius principia iſta, quæ non imaginaria eſſe, ſed ex natura rerum deſumi debent, a multis particularibus obſervationibus contrariis evertentur.

Caryophyllus ſilveſtris prolifer *C. B.* 209. Betonica coronaria ſquamoſa ſilveſtris *J. B.* 3. 335. Auff der Haardt.

Lych-

Lychnis segetum major *C. B.* 204. Pseudomelanthium *J. B.* 3. 341. Inter segetes.

* Hypericum vulgare *C. B.* 279. vulgare sive Perforata caule rotundo, foliis glabris *J. B.* 3. 381. Ad vias & sepes.

Geranium columbinum dissectis foliis, pediculis florum longissimis *Raj. H.* 1059. columbinum foliis magis dissectis, pediculis longissimis, flore magno *Merr.* In dumetis circa agros Schiffenbergenses & Haardtenses.

Gramen avenaceum acerosa panicula, locustis minoribus, semine non papposo. In pratis an silvis viderim oblitus sum.

Rosa pumila spinosissima, foliis Pimpinellæ glabris, flore albo *J. B.* 2. 40. campestris spinosissima, flore albo odoro *C. B.* 483. In silva Wiseccensi.

Rosa silvestris pomifera major *C. B.* 484. pomo spinoso, folio hirsuto *J. B.* 2. 38. Inter sepes & dumeta, præcipue auff der Haardt.

Gramen secalinum & Secale silvestre *Johnson.* ap. Ger. spicatum vulgare secalinum *Turn.* 517. hordeaceum minus & vulgare *C. B.* 9. frumentaceum 6. Jung. *Cat Alt.* Hordeum murinum *J. B.* 2. 431. Ad vias & circa muros.

Rosa silvestris foliis odoratis *C. B.* 483. foliis odoratis Eglentina dicta *J. B.* 2. 41. Ad agrorum margines auff der Haardt.

* Filix non ramosa dentata *C. B.* 358. vulgo mas dicta, sive non ramosa *J. B.* 3. 737. In silvis.

Dryopteris Tr. *Ger. Em.* Filix ramosa minor *J. B.* 3. 741. saxatilis ramosa, nigris maculis pun-

ctata *C. B.* 358. In silva Badenburgensi & Hangestein. Ita synonyma tradit *Rajus* in Historia: *C. Bauhinus* in Pin p. 358. Dryopteridi *Tragi* Filicem suam quernam anteponit & sub Filice non ramosa recenset: *L. Plukenetius* Ph. T. 179. F. 4. Filicem quernam *C. B.* Filicem arboream seu Dryopteridem Tragi *H. Lugd.* Filicis genus parvum alterum in montibus *Cæsalp.* exhibet, qua si veram Dryopteridem *Tragi* designare voluit, errat, cum ea monente *Rajo* in Suppl. & teste experientia vere ramosa & ab icone Plukenetiana longe diversa sit. Forsan Filix querna *C. B.* cum Dryopteride *Tr.* minus bene juncta & synonyma falsa habet, quod jam cognovit *J. Bauhinus* Hist. T. 3. p. 741. existimans sub Filice non ramosa quinta sive querna fratrem plures & diversas confundere plantas, & sane figuræ Botanicorum partim veram Dryopteridem, partim, ut icon *Tabern.* & *Verzascha*, Filicis maris speciem designant. Filix ramosa minor pinnulis dentatis *C. B.* forte etiam eadem cum Dryopteride *Tr.* fuerit, ut *J. Bauhinus* etiam suo tempore agnovit, quem sequitur *Turnefortius* Inst. p 536.

Filix dentata pumila. In latere occidentali silvæ Hangestein.

Filix tenerior & mollior, frequentioribus pinnarum in ambitu serraturis *Cat. Alt.* tenuissime & profunde denticulata Montbelgardica *J. B.* 3. 739. descr. In opacis silvarum Hangestein/ Schiffenberg. & Fageti.

Filix mas non ramosa, pinnulis angustis rarioribus, profunde dentatis *Ger. Em, Pluk.* T. 180. F. 4. mol-

mollis seu glabra, vulgari mari non ramosæ accedens *J. B.* 3. 738. descr. non icone, ceu quæ cum præcedente commutata est. Im Stelgenmorgen und Buchberg.

Filix pumila, pinnulis angustioribus, rarioribus, profunde dentatis. Ibidem.

Filix pumila tenerior & mollior, frequentioribus pinnarum in ambitu serraturis. Ibidem

Scirpus palustris altissimus *Turn.* 528. Juncus maximus, sive Scirpus major *C. B.* 12. Juncus maximus holoschœnos *J. B.* 2. 522. In rivo Wissec, fossis inde ductis, & ad Lanum.

* Trichomanes sive Polytrichum *J. B.* 3. 754. sive Polytrichum officinarum *C. B.* 356. In scopulis silvæ Hangestein.

Potamogeton perfoliatum *Raj.* H. 188. foliis latis splendentibus *C. B.* 193. alterum *J. B.* 3. 778. In Lano & rivulis.

Muraria folia dimittens corniculata: Filix saxatilis corniculata *C. B.* 358. saxatilis Tr. *J. B.* 3. 755. Filicula saxatilis corniculata *Turn.* 542. In saxis supra pagum Steinberg & Watzenborn reperitur elegans hæc plantula.

Hippuris fœtida: Equisetum fœtidum sub aqua repens *C. B.* 16. Pr. 25. *J. B.* 3. 731. In paludibus ab effossione argillæ residuis, & in piscinis ad viam Steinbachensem, inque lacubus pratorum udorum prope Daubentränck.

* Lenticula palustris vulgaris *C. B.* 362. Lens palustris *J.* 3. 784. Ad fontes, paludes, & in fossa oppidana.

Lenticula palustris major *Comm.* In piscinis Schiffenbergensibus; it. in aquæ receptaculo Daubentränck dicto.

Lenticula aquatica trisulca *C. B.* 362. *J. B.* 3. 786. In fossis passim copiose fluitat.

Chenopodium folio sinuato candicante *Turn.* 506. Atriplex silvestris *J. B.* 2. 972. silvestris folio sinuato candicante *C. B.* 119. In hortis, agris requietis, & ad vias.

Chenopodium foetidum *Turn.* 506. Atriplex foetida *J. B.* 2. 974. *C. B.* 119. Auff der Schoor an den ersten Gärten von der Neustadt nach dem Wall-Thor.

Chondrilla Sonchi folio, flore luteo-pallescente *Turn.* 475. Sonchus lævis laciniatus muralis parvis floribus *C. B.* 124. Lactuca silvestris murorum flore luteo *J. B.* 2. 1004. In umbrosis Fageti & Hangestein.

Hieracium fruticosum angustifolium majus *C. B.* 129. rectum rigidum, quibusdam Sabaudum *J. B.* 2. 1030. In vervactis, ad sepes, & in vallo. Costæ species est.

Potamogeton aquis immersum, folio pellucido, lato, oblongo, acuto *Raj.* H. 188. In piscina ad viam Steinbachensem.

Chysanthemum segetum, facie Bellidis silvestris, foliis glaucis, minus sectis *Herm.* H. L. B. folio minus secto glauco *J. B.* 3. 105. Bellis lutea foliis profunde incisis major *C. B.* 262. In agris hordeaceis.

* Malva silvestris folio sinuato *C. B.* 314. vulgaris flore majore, folio sinuato *J. B.* 2. 949. silvestris

vestris procerior seu elatior rectave, flore majore subrubente aut purpureo, venis saturate purpureis picto, folio sinuato *Mor*. H. 2. 521. Ad viam Wisseccensem & circa arcem Schiffenberg.

Verbascum nigrum flore ex luteo purpurascente *C. B.* 240. nigrum flore parvo, apicibus purpureis *J. B.* 3. App. 873. foliis viridibus perenne, floribus luteis racematim provenientibus, staminulis purpurascentibus *Mor*. H. 2. 486. Auff der Haardt & circa pagos.

Campanula radice esculenta flore cæruleo *H. L. B.* Rapunculus esculentus *C. B.* 92. vulgaris campanulatus *J. B.* 2. 795. Ad sepes, in marginibus agrorum, & in pascuis siccis.

Campanula angustifolia cærulea & alba *J. B.* 2. 803. Rapunculus persicifolius magno flore *C. B.* 93. In silva Hangestein/ & circa Schiffenberg.

Turrita major Plateau *Clus* H. 126. Glastifolia cichoroïdes & Turritis 2. Cl. *J. B.* 2 836. Brassica silvestris foliis circa radicem cichoraceis *C. B.* 112. & Brassica silvestris ramosa glabra *Ejusd.* (ex sententia J. *Bauhini* & *Raji*) Leucojum Hesperidis folio *Turn.* 221. Ad vias aliquando.

Alysson segetum, foliis auriculatis acutis *Turn.* 217. Myagrum sativum *C. B.* 109. dictum Camelina *J. B.* 2. 892. Inter Linum.

Vicia angustifolia *Riv.* Irr. T. semine rotundo nigro *C B.* 345. vulgaris silvestris, semine parvo & nigro frugum *J. B.* 2. 312. Inter segetes.

Vicia silvestris lutea, siliqua hirsuta, nondum descripta *C. B.* 345. luteo flore silvestris *J. B.* 2. 313. Inter segetes Schiffenbergenses. Crac-

Cracca minor *Riv.* Irr. T. Vicia segetum cum siliquis plurimis hirsutis *C. B.* 345. parva sive Cracca minor, cum multis siliquis hirsutis *J. B.* 2. 315. Ad agrorum margines & inter segetes nimis frequens. Datur etiam Cracca cum siliquis pluribus glabris, quæ in agris Schiffenbergensibus nobis obviam facta est.

Orobus folio Viciæ *Riv.* Irr. T. silvaticus Viciæ foliis *C. B.* 352. silvaticus Viciæ foliis, siliquis propendentibus, floribus purpurascentibus *Mor.* 2. 78. Astragalus major Fuchsii *J. B.* 2. 334. In capite seu silva Lolleriana.

Astragalus *Riv.* Irr. T. luteus perennis procumbens vulgaris silvestris *Mor.* 2. 107. Glycyrrhiza silvestris floribus luteo-pallescentibus *C. B.* 352. Fœnum Græcum silvestre sive Glycyrrhiza silvestris quibusdam *J. B.* 2. 330. In silva Gissensi & Wisseccensi.

* Lapathum acutum crispum *J. B.* 2. 988. folio acuto crispo *C. B.* 115. longifolium crispum *Munt.* p. 210. descr. 104. ic. Ad sepes & margines fossarum.

* Lapathum acutum seu Oxylapathum *J. B.* 2. 983. *Munt.* p. 209. descr. 88. ic. folio acuto plano *C. B.* 115. In silva Stelßenmorgen / & ad Lanum.

Lapathum acutum minimum *J. B.* 2. 985. minimum *C. B.* 115. Ad ripas Lani.

Lapathum vulgare folio obtuso *J. B.* 2. 984. folio minus acuto *C. B.* 115. vulgare album folio subrotundo, sive Hippolapathum silvestre album *Munt.* p. 205. descr. 68. ic. Forte Lapathum silvestre fo-

TAB. IV.












Acinos. Galeobdolon. Anemone Ranunculo









Sagitta.




Anemonoides.









Myosuros. Adonis

folio ſubrotundo, ſeminis invòlucris dentatis *Mor.* Hiſt. 2. 580. noſtri enim calices interiores etiam dentati & inciſi ſunt. In ſalicetis ad Laui litora & prope pagos.

Lapathum aquaticum minus *C. B.* 16. *J. B.* 2. 987. Ibidem.

Convolvulus minor arvenſis *C. B.* 294. Helxine ciſſampelos multis, ſive Convolvulus minor *J. B.* 2. 157. Ad margines viarum & in agris.

* Caprifolium Germanicum *Turn.* 608. Periclymenum *Riv.* Irr. M. non perfoliatum Germanicum *C. B.* 302. non perfoliatum *J. B.* 2. 104. In ſaltu Hangeſtein & nemore Lindano.

Caprifolium perfoliatum, fóliis ſinuoſis & variegatis *Turn* 608. Periclymenum perfoliatum, folio variegato D. Mareſanc. *H. L. B. App* 692. foliis ſinuoſis variegatis & hirſutis *Raj.* H. App. 1918. hirſutum foliis quernis, ex albo, viridi & luteo eleganter adumbratis *Pluk.* 213. 1. Hoc Caprifolium a vulgatiſſimo Germanico minime differre, ſed ſolius naturæ, in vulgari foliis quernis ludentis, opus eſſe exiſtimat *D. Ruppius*, qui id ſe & hic Giſſæ, & in hortis Batavis contuliſſe nobis retulit. De fructu non poſſum hic non monere, quod, cum huic æque ac Xyloſteo baccas unicapſulares monoſpermas contra alios audacter aſſignet *Knautius*, mihi ſemper & Xyloſtei & Caprifolii baccæ polypyrenæ cum *Rajo* obſervatæ ſint.

Galeopſis paluſtris Betonicæ folio, flore variegato *Tûrn.* 185. anguſtifolia fœtida *J. B.* 3. App. 854. Stachys paluſtris *Riv.* Irr. M. paluſtris fœtida

C.

C. B. 236, Sideritis radice strumosa Anglo-Britannica *Lob.* 109. In fossis & inter segetes.

Genista tinctoria Germanica *C. B.* 395. Genistella *Riv.* Irr. T. Tinctorius flos *J. B.* 1. 391. In silva Gissensi abunde.

Lychnis silvestris, quæ Been album vulgo *C. B.* 205. Been album officinarum *J. B.* 3.356. In agris ad radicem montis Weddenberg/ & circa arcem Fetzberg.

* Acorus verus sive Calamus aromaticus officinarum *C. B.* 34 Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum *J. B.* 2. 734. In piscinis carnificis, ad pagum Grossen-Busseck & prope Badenburg.

Juncago *Turn.* 266. Gramen triglochin *J. B.* & Hyacynthi parvi facie Gramen triglochin *Ejusd.* 2. 508. junceum spicatum seu triglochin *C. B.* 6. In pratis & ad fossas versus pagum Wissec, non procul a via, qua a pago ad silvam Philosophicam itur.

Juncus acutus panicula sparsa *C. B.* 11. Circa Schiffenbergam.

Juncus foliis articulosis, floribus umbellatis *Turn.* 247. foliaceus capsulis triangulis *J. B.* 2. 521. Gramen junceum folio articulato aquaticum *C. B.* 5. Pr. 12. Circa Waldbrunn/ & in pratis udis versus Rœdgen. Utriculi paleacei, qui in hoc observantur, excrescentiæ sunt ab insecto quopiam productæ.

Juncus nemorosus folio articuloso *Turn.* 247. Gramen junceum folio articulato silvaticum *C. B.* 5. Ad fossas & vias pratorum humidas.

Jun-

Juncus foliaceus humilior, paleaceis caliculis: Gramen juncoides minimum Anglo-Britannicum, Holostio Matthioli congener, aut Bufonis Gramini Flandrico *Lob.* 70. Forte Gramen holosteum Alpinum minimum *C. B.* 7. Pr. 14. Ad vias humidas gramineas.

Gramen segetum panicula arundinacea *C. B.* 3. agrorum Lob. *J. B.* 2. 461. Inter segetes. Hoc Gramen *Turnefortius* male idem existimat cum capillato *J. Bauhini.*

Gramen dulce udorum *Lob.* 10. caninum supinum paniculatum dulce *C. B.* 1. Pr. 1. exile tenuifolium canario simile, sive Gramen dulce *Park.* 1174. An Gr. paniculatum aquaticum minus *Raj*? H. 1281. Gr. miliaceum fluitans suavis saporis *Merr?* 53. Ubique fere tum in pratis, tum ad fossarum & agrorum margines occurrit, & sapore dulci, non radicis tantum, ut *Lobelius* observavit, sed ipsorum foliorum sese manifestat.

Aegilops major, caule & foliis arundinaceis, locustis hirsutis: Gramen avenaceum, panicula sparsa, locustis minoribus & aristatis *Turn.* 526. Gr. Gros Montbelg. *J. B.* 2. 438. frumentaceum 2. Jung. *Fl. Alt.* Festuca graminea glumis hirsutis *C. B.* 9. Inter Secale.

Lapathum vulgare rubrum retuso folio, sive Hippolapathum silvestre rubrum *Munt.* p. 205. descr. 75. ic. Passim.

Lapathum aquaticum folio cubitali *C. B.* 116. maximum aquaticum sive Hydrolapathum *J. B.* 2. 986. Inter Salices ad Lanum auff dem Sande.

Per-

Persicaria mitis *J. B.* 3. 779. mitis maculosa & non maculosa *C. B.* 101. In agris ante silvam Gissensem.

Pentapterophyllon aquaticum floribus ad foliorum nodos: Millefolium aquaticum flosculis ad foliorum nodos *C. B.* 141. aquaticum minus *J. B.* 3. 783. Potamogeton flosculis ad foliorum nodos *Turn.* 233. In aquæ ductibus & fossis minoribus pratorum udorum circa fontem Waldbrust dictum. Pro aquarum altitudine mire variat, ita ut in stagnis ad Lanum profundioribus tres quatuorve cubitos æquet, & in fossis minoribus dodrantem non multum superet, plerumque vero cubitale est.

Allium campestre juncifolium capitatum purpurascens majus *C. B.* 74. Cepa juncifolia minor purpurascens *Turn.* 383. In agris requietis & ad hortorum margines; item inter segetes.

Potamogeton foliis oblongis alternis, leviter undulatis: Forte Potamogeton Alpinum Plantaginis folio *Turn.* 233. Fontinalis lucens major *J. B.* 3. 777. In fossa transversa pratorum prope lucum Philosophicum, ubi Gramen cyperoides spica spadiceo-viridi majus *C. B.* provenit, reperitur.

* Nymphæa lutea major *C B.* 193. lutea *J. B.* 3. 771. In rivo Wissec & fossa oppidana.

Potamogeton rotundifolium *C. B.* 193. rotundiore folio *J. B.* 3. 776. Ibidem.

Potamogeton ramosum caule compresso, folio Graminis canini *Merr.* 97. caule compresso, folio Graminis canini *Raj.* H. 189. Forte Potamogeton ramosum angustifolium *C. B.* 193. Pr. 101. In stagnis Lani.

Po-


TAB. V.



Hepatica.



Ficaria.



Yuca.





A C
B D

Centunculus.

Potamogeton maritimum grandiusculis capitulis, folio capillaceo nostras *Pluk.* 216. 5. pusillum maritimum, folio gramineo *Raj.* H. 190. In rivo Wissec reperisse voluit *D. Ruppius*; nos dubitamus an planta maritima possit fieri aquarum dulcium alumna.

Plantago angustifolia minor *C. B.* 189. Plantaginis lanceolatæ species minima *J. B.* 3. 505. In pascuis siccis.

* Plantago latifolia sinuata *C. B.* 189. major folio glabro, non laciniato utplurimum *J. B.* 3. 502. Ad vias ubique.

Leucanthemum Tanaceti folio: Bellis Tanaceti folio quorundam *Raj.* H. 352. Tanacetum inodorum flore majore *C. B.* 132. Matricaria Tanaceti folio, flore majore, semine umbilicato *Turn.* 493. In vertice silvæ Hangestein/ & in nemore Lindano. Hæc species diversa est ab altera minore, contra sententiam *Raji* & *J. Bauhini*, fratrem ea de caussa immerito reprehendentis. Synonyma vero quæ *C. Bauhinus* minori tribuit, ad majus & 2. transferenda videntur omnia, præter *Clusii* nomen.

Carduus nutans *J. B.* 556. Cirsium majus singulari capitulo magno, vel incanum varie dissectum *C. B.* 377. Ad vias & sepes.

Carduus vinearum repens folio Sonchi *C. B* 377. it. Card. in Avena proveniens *Ejusd.* Ib serpens lævicaulis *J. B.* 3. 59. Cirsium arvense Sonchi folio, radice repente, flore purpurascente *Turn.* 448. Ad vias, sepes, & in agris.

Hypericum villosum erectum, caule rotundo

Turn. 255. Hyp. Androſæmum dictum *J. B.* 3. 382. Androſæmum hirſutum *C. B.* 280. In ſilva Steigenmorgen.

Gramen typhoides aſperum 1. *C.B.* 4. cum caudâ muris minus *J. B.* 2. 471, ſpicatum, ſpica cylindracea tenuiore, longa *Turn.* 520. In agris Schiffenbergenſibus.

Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum *C. B.* 3. majus aquaticum Lob. *J. B.* 2. 481. deſcr. non ic. Ad foſſas & ripam Lani copioſe.

Hieracium Dentis leonis folio hirſutie aſperum minus *C. B.* Pr. 63. Hier. Dentis leonis folio hirſutie aſperum magis laciniatum *Ejuſd.* Pin. 127. Ad molendinum parvum. Ab hoc differt omnino Hieracium alterum ſaxatile montanum *Col.* P. 1. C. 91. qui ei ſemen longum & anguſtum, radicem magis oblongam magiſque fibroſam appingit; & cauliculos pedales ſcribit. Cum igitur hoc cum Hieracio Dentis leonis folio hirſutie aſpero minus laciniato conjungat *C. Bauhinus* in Pinace, & Hieracium Dentis leonis folio hirſutie aſperum magis laciniatum pro primo in Prodromo, quod Hieracium Dentis leonis folio hirſutie aſperum minus ibi vocat, deſcribi dicat, nomina in Pinace tranſpoſita, & Hieracium *Col.* cum Hieracio Dentis leonis folio hirſutie aſpero magis laciniato *C. B.* conjungendum. Hieracium autem Dentis leonis folio hirſutie aſperum minus laciniatum *Ejuſd.* Pin. cum Hieracio Dentis leonis folio hirſutie aſpero minori *Ej.* Pr. idem videtur.

Jacea nigra anguſtifolia, vel Lithoſpermi arvenſis foli-

foliis *C. B.* 271. Pr. 127. pratenſis anguſtifolia incana, floribus incarnatis, *Cat. Alt.* Auff der Haardt.

* Tilia folio minore *J. B.* 1. 137. femina folio minore *C. B.* 426. Ad portas; paſſim in & extra urbem, in ſilva Lindana & Hangeſtein.

Sclarea pratenſis foliis ſerratis, flore cæruleo *Turn.* 179. Horminum pratenſe *Riv.* Irr M. pratenſe foliis ſerratis *C. B.* 238. Gallitrichum ſilveſtre vulgo, ſive ſilveſtris Sclarea flore purpureo cæruleove magno *J. B.* 3. 311. Ad Biberam circa molas.

JULIO FLORENT.

Salicaria vulgaris purpurea, foliis oblongis *Turn.* 253. Lyſimachia ſpicata purpurea, forte Plinii *C. B.* 246. purpurea, quibuſdam ſpicata *J. B.* 2. 902. In foſſis.

Oenanthe *Riv.* Irr. P. aquatica *C. B.* 162. ſive Filipendula aquatica *J. B.* 3. P. 2. 191. In foſſis.

Phellandryum *Riv.* Irr. P. *Turn.* 306. vel Cicutaria aquatica quorundam *J. B.* 3. P. 2. 183. Cicutaria paluſtris tenuifolia *C. B.* 161. In foſſis.

Sium Erucæ folio *C. B.* 154. Cicutaria *Riv.* Irr. P. Cicuta aquatica Geſneri *J. B.* 3. 175. aquatica *Wepff.* In foſſis ad margines pratorum. Hæc planta vera Sii ſpecies eſt, nec ratio *D. Rivini*, eam majoris tantum ſecuritatis gratia diſtinguentis, attendenda eſt, cum hac de cauſſa non diverſo, ſed virulenti tantum & lethalis Sii nomine appellanda veniret. Eſt autem penitus diverſa tum a Phellandryo, tum ab Oenanthe Cicutæ facie ſucco viroſo cro-

cante *Lob.* cum quibus plantis confundunt eam & *Wepfferus* in Eph. Germ. D. 2 A. 6. & *Rajus* eum sequens in Historia & Supplemento ad dictam Historiam.

* Cicuta *J. B.* 3. P. 2. 175. *Riv.* Irr. P. major. *C. B.* 160. Passim ad sepes.

Gramen typhoides asperum 2. *C. B.* 4. spicatum, spica cylindracea crassiore *Turn.* 521. In pratis & locis gramineis.

Raphanistrum flore albo striato, siliqua articulata striata minore *Mor.* H. O. 2. 266. Rapistrum flore albo siliqua articulata *C. B.* 95. flore albo striato, Sinapi agreste album Trag. *J. B.* 2. 851. Inter segetes æstivas circa Rœdgen & Drohen.

* Borrago *Tr* flore cæruleo & albo *J. B.* 3. 574. Buglossum latifolium, Borrago *C. B.* 256. Ad vias quandoque, quo quisquiliæ & purgamenta hortorum rejiciuntur.

Rapistrum arvense folio auriculato acuto *Turn.* 211. Myagro similis siliqua rotunda *C. B.* 109. Pr. 52. affinis herba capitulis rotundis *J. B.* 2. 895. Hujus aliquando unicam plantam ad ripam Lani inter pontem & diversorium Pulvermühl æstate reperit *D. Ruppius*.

* Valeriana *Riv.* Irr. M. silvestris magna aquatica *J. B.* 3. P. 2. 210. silvestris major *C. B.* 164. In dumetis & locis humidis.

* Rorella *Tab.* Ros solis folio rotundo *C. B.* 257. solis foliis circinnatæ rotunditatis *J. B.* 3. 361. In pratis udis ad silvam Philosophicam, & circa Waldbrunn.

Filix

Filix montana ramosa minor, anguste denticulata *Lhwyd.* apud Raj. H. Suppl. 94. Alpina Myrrhidis facie Cambro-Britannica *Pluk* 89. 4. In monte Dino & silva Schiffenbergensi.

Filix mas non ramosa, pinnulis latis auriculatis spinosis *Ger. Em. Pluk.* 179 6. Ibidem.

Filix saxatilis caule tenui fragili *Raj.* H. 152. *Pluk.* 180. 5. Adiantum album folio Filicis *J. B.* 3. 741. Filicula fontana major, seu Adiantum album Filicis folio *C. B.* 358. In silva Schiffenbergensi.

Filix mas ramosa pinnulis dentatis *Ger. Em.* 1129. *Pluk.* 181. 2. *Raj.* H. 150. Ibidem.

Filix exotica prælongis & angustis ramulis, denticulata *Pluk.* 181. 3. Ibidem, & in saltu Hangestein.

Gramen avenaceum dumetorum spicatum *Raj.* H. 1261. loliaceum corniculatum, spicis villosis *Turn.* 516. In sepibus & dumetis. Spicas villosas non habet, ut *Turnefortius* vult.

Gramen serotinum arvense, panicula contractiore, pyramidali *Raj.* M. 178. serotinum arvense, spica laxa pyramidali *Ejusd.* Hist. 1288. paniculis albissimis *Mentz.* Panicum serotinum arvense, spica pyramidata *Turn.* 515. In agris & eorum marginibus; & in dumetis der Haardt/ ubi multo elatius, quam *Rajus*, observavi semper.

Cassida palustris vulgatior, flore cæruleo *Turn.* 182. Scutellaria *Riv.* Irr. M. Lysimachia cærulea galericulata, vel Gratiola cærulea *C. B.* 246. Tertionaria aliis Lysimachia galericulata *J. B.* 3. 435. Ad margines pratorum Urselum.

Gramen spica Brizæ majus *C. B.* 9. Pr. 18. *J. B.* 2.

 477.

477. loliaceum altiſſimum, ſpica Brizæ perlonga, ariſtis brevibus donata *Turn.* 517. Circa Schiffenbergam, & ad radicem capitis Lolleriani.

Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpica *C. B.* 9. frumentaceum 5. Jung. *Fl. Alt.* Phœnix Lolio ſimilis *J. B.* 2. 436. Ad vias paſſim copioſe

Gramen arundinaceum montanum, panicula longa, anguſta. An Gramen arundinaceum ſpicatum *C. B?* 6. In monte ſtipularum prope Wetzlariam.

Gramen pratenſe paniculatum majus, anguſtiore folio *C. B.* 2. Pr. 5. In ſilva Stelzenmorgen.

Potamogeton minimum capillaceo folio *C. B.* 193. Pr. 101. An Potamog. puſillum folio gramineo, caule rotundo *Merr?* 97. In foſſis late ſibi implexum cernitur.

Potamogeton gramineum ramoſum *C. B.* 193. Pr. 101. In foſſis & rivo Wiſſec.

Potamogeton fluviatile, Sargazo ſimile lucens, foliis margine dentatis *Pluk.* 216. 4. Fluvialis Piſana foliis denticulatis *J. B.* 3. 779. Fucus fluviatilis, aculeatus, undulatus *Turn.* 569. In Lano prope Inſulam ſuperiorem verſus Badenburg.

* Helenium vulgare *C. B.* 276. ſive Enula campana *J. B.* 3. 108. After omnium maximus Helenium dictus *Turn.* 483. In pratis & hortis gramineis circa villam Haynaenſem, quæ ultra pagum Rodheim ſita eſt.

Carduus lanceatus latifolius *C. B.* 385. lanceolatus ſive ſilveſtris Dod. *J. B.* 3. 58. Ad vias & margines agrorum.

Che-

Chenopodium Betæ folio *Turn.* 506. Blitum polyspermon *C. B.* 118. erectius seu 3. Tr. *J. B.* 2. 967. In hortis & agris.

Sonchus asper laciniatus *C. B.* 124. laciniatus spinosus *J. B.* 2. 1016. In agris hordeaceis & avenaceis.

Sonchus asper non laciniatus *C. B.* 123. minus laciniosus asperior sive spinosior *J. B.* 2. 1014. In hortis.

Chondrilla cichoroides. In agris pinguibus montis Weddenberg/ & inter fruteta ibidem ad agrorum margines. Plantam hanc pro nova descripsimus in *Eph. N. Cur.* Cent. 5. & 6. verum postea advertimus Chondrillæ vulgaris & junceæ nomine duas diversas plantas describi; ita enim *Tabern.* L. 1. p. 469. nostram exhibet & descriptione & figura, *Lobelius* autem & *J. Bauhinus* figuris suis herbam proponunt, quæ flores tantum in summitate gerit, & folia inferiora profundius laciniata habet, & *J. Bauhinus*, auctor in describendis plantis valde accuratus, T. 1. p. 1021. flores extremis ramulis lactucaceis pares hærere scribit, lateralium, quos nostra præcipue obtinet, nullam mentionem facit; *Rajus* tamen H. p. 223. descriptioni *J. Bauhini* parenthesin addit (ad ramulorum latera.) Quid alii & curiosissimus *Columna* afferant, non novi; Phytobasanos enim ad manus non est.

Trifolium folio longiore flore albo *Riv.* Irr T. montanum album *C. B.* 328. majus albo flore, incanum Clus. *J. B.* 2. 380. In Alneto & circa Schiffenbergam.

Campanula minor rotundifolia vulgaris *C.B.*93. parva Anguillaræ Cantabrica *J. B.* 2. 796. In pascuis siccis.

Campanula nemorosa angustifolia, parvo flore *Turn.* 111. Rapunculus nemorosus angustifolius, parvo flore *C. B.* 93. In collibus circa Rœdgen.

Campanula nemorosa angustifolia, magno flore, major *Turn.* 111. Rapunculus nemorosus angustifolius, magno flore, major *C. B.* 93. Ad radicem capitis Lolleriani.

Campanula hirsuta, folio angusto tenuiter serrato, floribus parvis spicatis *Pluk.* 153. 3. Circa Schiffenbergam.

Stellaria minor & repens: Lenticula palustris bifolia, fructu tetragono *C.B.* 362. Locis humidis quibus per hiemem aquæ stagnarunt. Exigua herba est & Musci instar perquiri debet.

Hypericum pulchrum Tr. *J. B.* 3. 383. minus erectum *C. B.* 279. In nemore Lindano.

Seseli pratense *Riv.* Irr. P. pratense, Silaus forte Plin. *C. B.* 162. Silaum quibusdam flore luteolo *J. B.* 3. P. 2. 170. Angelica pratensis Apii folio *Turn.* 313. In pratis.

Portula: Alsine rotundifolia sive Portulaca aquatica *Ger. Em.* Anagallis serpillifolia aquatica *J. B.* 2. 373. Locis udis; ubi per hiemem aquæ stagnarunt. Alsine palustris minor serpillifolia *C. B.* 251. Pr. 118. non videtur cum hac planta eadem, qua cum eam *Rajus* in Historia conjungit.

Trifolium pratense luteum capitulo Lupuli, vel agrarium *C. B.* 328. pratense luteum femina, flore pul-

pulchriore ſive lupulino *J. B.* 2. 381. Lupulinum *Riv.* Irr. T. In agris.

Euphraſia minor. In paſcuis ſiccis.

Pimpinella tenuifolia *Riv.* Irr. P. ſaxifraga tenuifolia *C. B.* 160. Pr. 84. ſaxifraga folio multiſciſſo, pediculo ceu vagina longiſſima caulem amplectente *Raj.* Suppl. 256. In Alneto.

Circæa *Eyſt.* Solanifolia Circæa dicta major *C. B.* 168. Ocimaſtrum verrucarium *J. B.* 2. 977. In Fageto & ſilva Schiffenbergenſi.

Squamaria *Riv.* Irr. M. Orobanche radice dentata major *C. B.* 88. Anblatum Cordi ſive Aphyllon *J.B.* 2. 783. In monte Dino. Orobanche radice dentata altius radicata, foliis & floribus albo-purpureis Pruſſica *Mentz.* T. 3. F. 3. ab hac vulgari non videtur diverſa.

Campanula altiſſima hirſuta aſperior, foliis anguſtis, floribus parvis conglomeratis: Trachelium altiſſimum hirſutum aſperius, foliis anguſtis, floribus parvis *J. B.* 2. 801. In ſilva Lindana. A ſequenti omnino differt, ſecus ac opinatur *Plukenetius*.

Campanula hirſuta, folio anguſto tenuiter ſerrato, floribus parvis ſpicatis *Pluk.* 153. 3. Circa Schiffenberg.

Phalangium parvo flore ramoſum *C. B.* 29 quibuſdam parvo flore ramoſius *J. B.* 2. 635. Prope Niderklee, eodem cum Pulſatilla loco, rariorem apud nos plantam hanc obſervavit Excellent. *D. D. Hertius*, Fautor & Amicus honorandus.

Stachys montana *Riv.* Irr. M. major Germanica *C. B.* 236. Fuchſii *J. B.* 3. 319. Ad molendinum minus, & ad Biberam.

*Cardiaca *J. B.* 3. 320. *Riv.* Irr. P. Marrubium Cardiaca dictum forte 1. Theophr. *C. B.* 230. In sepibus.

Cracca minor siliquis singularibus, flosculis cærulescentibus *Hoffm.* C. H. Alt. Vicia segetum singularibus siliquis glabris *C. B.* 345. minima cum siliquis glabris *Turn.* 397. Viciæ sive Craccæ minimæ species cum siliquis glabris *J. B.* 2. 315. Inter segetes ante silvam Hangestein & circa pagum Annerodt.

Cassida palustris repens & minus ramosa, flore purpurascente; Scutellaria folio non serrato *Riv.* Irr. M. In udis Fageti.

Hieracium Dentis leonis foliis hirsutis, caulibus aphyllis glabris *Eph. N. Cur.* Cent 5. & 6. Locis gramineis.

Filago minor *Turn.* 454. Gnaphalium minus repens *C. B.* 263. minimum *J. B.* 3. 159. & vulgare tenuifolium *Ejusd.* Ibid. ex sententia *Raji.* Locis ficcioribus. Hoc non repit, rarius procumbit, sed erectum est *Raji* nostraque observatione; forte *C. Bauhinus* radicem intelligit.

*Ptarmica vulgaris folio longo serrato, flore albo *J. B.* 3. 147. Dracunculus pratensis serrato folio *C. B.* 98. In pratis.

Millefolium nobile *Tr.* Tanacetum minus album odore camphoræ, sive Achillæa Diosc. *C. B.* 132. Achillæa millefolia odorata *J. B.* 3. 140. Bey Schiffenberg/ und auff der Haardt.

Chamæmelum fœtidum *C. B.* 135. fœtidum sive Cotula fœtida *J. B.* 3. 120. In agris.

Dens leonis major *Scheff.* Ad vias, & in agris.

Carduus tomentosus Acanthi folio vulgaris & flore

flore albo *Turn*. 441. Spina alba tomentosa latifolia silvestris *C.B.* 382. alba silvestris Fuchs. *J.B.* 3. 54. Ad vias & sepes. Flore est purpureo & albo; brevi semina perficit, & postquam ea perfecit, tota planta subito marcescit & interit, unde ab hac præcipue Plautinum illud enatum videtur: *Quasi solstitialis herba paulisper fui, repente exortus sum, repentino occidi.*

Cnicus pratensis Acanthi folio, flore flavescente *Turn.* 450. Carduus pratensis latifolius *C.B.* 376. pratensis. *J.B.* 3. 42. In pratis Urselum vocatis.

Jacea montana incana mollis, capitulis hispidis *C.B.* 27[illegible] Pr. 128. In monte prope Wetslariam, Stoppelberg vocato.

Jacea vulgaris laciniata, flore purpureo *Turn* 443. Scabiosa major squamatis capitulis *C.B.* 269. Centaurium collinum Gesneri flore purpureo *J.B.* 3. 32. Auff der Haardt.

Dipsacus silvestris, aut Virga pastoris major *C.B.* 385. silvestris seu Labrum veneris *J.B.* 3. 74. In dumetis prope Wissec & Schiffenberg.

Plantago latifolia hirsuta minor *C.B.* 189. Locis siccis glareosis.

Plantago latifolia glabra non sinuata. In silvis omnibus.

Helleborine angustifolia palustris sive pratensis *C.B.* 187. Damasonium flore herbaceo, intus nonnihil candicante *J.B.* 3. 517. In inferiore & uda parte prati Schiffenbergensis.

Plantago latifolia glabra minor *C.B.* 189. latifolia minor *J.B.* 3. 505. Locis gramineis.

Cau-

Caucalis humilis ramosior *Riv.* Irr. P. segetum minor, Anthrisco hispido similis *Raj.* H. 468. Circa pagos Rœdgen & Grossen-Busect.

* Perfoliata *Riv.* Irr. P. vulgatissima sive arvensis *C.B* 27[illegible]. simpliciter dicta, annua vulgaris *J.B.* 3 P. 2. 198. Bupleurum perfoliatum, rotundifolium annuum *Turn.* 310. Inter Staphylinum.

Cynapium *Riv* Irr. P. Cicuta minor Petroselino similis *C.B.* 160. Cicutaria Apii folio *J.B.* 3. P. 2. 179. In hortis. Magnitudine variat: inter Staphylinum & in hortis mediæ magnitudinis, locis incultis & saxosis, v. gr. ad margines agrorum ad radicem montis, pago Grossen-Busect imminentis, minus, dodrantem non excedens, in silva Hungestein majus, Cicutam vulgarem magnitudine adæquans, nobis observatum. Ceterum *Cynapii* vox minus congrua est, cum eadem sit cum Apio & Apium tantum caninum denotet; quod auctor vocis *D. Rivinus* ipse innuit & a *Tabernæmontano*, qui testetur pridem ita vocatam hanc herbam, nominis defensionem nullo argumento petit. Quapropter ea omitti & ejus loco *Cicutariæ*, (ita Cicutam aquaticam *Gesn.* vocat *D. Rivinus*) ad Sium pertinentis, nomen usurpari poterit, maxime quod hoc Cynapii *Riv.* Cicutaria vocandi, genus cum Cicutaria *Turnef.* congruere videatur. Idem etiam sentiendum de Hippocastano & Hippomarathro *Riv.* quæ non aliter a Castanea & Fœniculo differunt, quam quod illa græca, hæc latina nomina sint. Et quamvis similia & pejora etiam in Botanicen invecta sint nomina, quæ toleranda magis, quam

pro-

proscribenda nunc sunt, nova tamen ad horum exemplum inferre minime convenit. Tanto minus tale quid expectandum erat a viro, homonymyam tantopere, idque merito, exoso; vid. *D. Rivini* Introd. in Rem herb. p. 11. 13 15. 35. 36.

Rubeola vulgaris, quadrifolia, lævis, floribus purpurascentibus & albis *Turn.* 130 Rubia cynanchica *C. B.* 333. *J. B.* 3. 723. Circa pagos Haussen, Steinbach, Steinberg & Annerodt. Gallium album minus *C. B.* 335. una & eadem cum hac herba est.

* Scordium *C. B.* 247. *J. B.* 3. 292. *Riv.* Irr. M. Chamædrys palustris canescens, seu Scordium off. *Turn.* 205. In fossis pratorum ad silvam Steltzenmorgen e regione molæ Wisseccensis.

* Brunella flore majore *Riv.* Irr. M. cæruleo magno flore *C. B.* 261. Prunella flore magno, folio non laciniato *J. B.* 3. 429. Ad radicem capitis Lolleriani, circa Schiffenberg & Annerodt. *J. Bauhinus* hanc ab ea, quæ folio est laciniato, distinguit, nobis cum *C. Bauhino* varietas tantum videtur.

Iva moschata folio multifido *Riv.* Irr. M. Chamædrys laciniatis foliis *Lob.* Ic. 385. *Turn.* 205. foliis laciniatis, Botryos facie *Herm.* H. L. B. 137. Botrys chamædryoides *C. B.* 138. verticillata *J. B.* 3. 298 Versus Wetzlariam ad pagum Naunheim.

Acinos *Raj.* H. 553. & M. 64. *Riv* Irr. M. multis *J. B.* 3. P. 2. 259. Clinopodium arvense Ocimi facie *C. B.* 225. Auff der Haardt & in agris pagorum vicinorum. Clinopodium minimum unius unciæ *Mentz.* loco tantum, quem ei sicciorem in Pugillo tribuit, ab hac herba verticillata differre videtur.

* Nepeta *Riv.* Irr. M. Cataria major vulgaris *Turn.* 202. Mentha cataria vulgaris & major *C. B.* 228. cataria *J. B.* 3. P. 2. 125. In agris & ad sepes.

* Betonica *Riv.* Irr. M. purpurea *C. B.* 235. vulgaris purpurea *J. B.* 3. 301. In pratis & pascuis siccioribus; & in silvis etiam.

Aegilops minor, panicula angusta, locustis parvis, foliis junceis. In colle veneris, auff der Haardt/ & circa Schiffenbergam in pascuis siccis.

Alisma: Plantaginoides *Kn.* M. Plantago aquatica *J. B.* 3. 787. aquatica latifolia *C. B.* 190. Ranunculus palustris Plantaginis folio ampliore *Turn.* 292. In fossis. Foliis variat latis longisque, longis & angustis, brevibus angustis, brevibus & latis, ut incauto species diversæ videri queant; habemus ideo Plantaginem aquaticam angustifoliam *C. B.* pro varietate potius, quam diversa specie.

Campanula vulgatior foliis Urticæ, vel major & asperior *C. B.* 94. major & asperior folio Urticæ *J. B.* 2 805. In silva Hangestein.

Tithymalus rotundis foliis non crenatis *H. L. B.* 600. Esula folio rotundo *Riv.* Irr. T. Peplus sive Esula rotunda *C. B.* 292. *J. B.* 3. 669. In hortis.

Tithymalus latifolius Cataputia dictus *H. L. B.* 599. Lathyris major *C. B.* 293. sive Cataputia minor *J. B.* 3. 880. Esula major *Riv.* Irr. T. In hortis.

* Anagallis phœniceo flore *C. B.* 252. phœnicea mas *J. B.* 3. 369. In hortis & agris.

Lysimachia lutea major, quæ Diosc. *C. B.* 245. lutea *J. B.* 2. 901. Blattaria spuria altera lutea *Volck.* Ad fossas & ripam Lani.

Cen-

* Centaurium minus *C. B.* 278 minus flore purpureo & albo *J. B.* 3. 353. Locis ficcioribus ante silvam Lindanam, in margine prati, quod in silva Hangestein lapicidinæ subjacet, & passim circa pagos.

Centaurium purpureum minimum *Mor.* 2. 566. In pratis Haardtensibus ad viam Rodheimensem.

* Oxys lutea *J. B.* 2. 388. Trifolium acetosum corniculatum *C. B.* 330. In hortis, & inter segetes aliquando.

* Scrophularia *Riv.* Irr. M. nodosa fœtida *C. B.* 235. vulgaris & major *J. B.* 3. 421. Passim ad rivulos.

Antirrhinum arvense *Riv.* Irr. M. angustifolium silvestre *J. B.* 3. 464. arvense majus *C. B.* 212. In agris.

Linaria arvensis minima *Riv.* Irr. M pumila vulgatior arvensis *Turn.* 169. Antirrhinum arvense minus *C. B.* 212. minimum *J. B.* 3. 465. Inter Staphylinum circa Gleibergam, & ad radicem montis Weddenberg.

Gramen junceum capsulis triangulis minimum *Raj.* H. 1307. Graminis juncei varietas minor *Ger. Em.* Locis udis silvæ Lindanæ. Junci foliosi species est.

Antirrhinum arvense majus flore albo *H. R. P.* minus arvense flore albo *Hoffm.* C. A. Inter segetes æstivas ad pagum Rodheim.

* Papaver vulgare cujus capitula foraminibus hiant, semine incano, ἀγριώτερον Diosc. *C. B.* 170. Ad vias aliquando. *Knautius* in Meth. Pl. p. 166. reprehendit *Rajum* quod Papaveris capita in cellulas

las dividi dixerit, cum folia illa per cavitatum longitudinem excurrentia loco placentarum sint, quibus semina adhærescant, nec cavitatem in cellas distinguant. Sed *Knantius* (quod ipsi fere familiare est) *Rajum* falso allegat, cum *Rajus* scripserit, lamallas illas radiorum operculi numero respondentes fructum in totidem *velut* cellas dividere, non ignaros per totam cavitatem eas non extendi.

Epilobium glabrum majus, albo flore. Inter Circæam in udis Fageti.

Epilobium glabrum minus: Chamænerion glabrum minus *Turn.* 303. Lysimachia siliquosa glabra minor *C. B.* 245. In silva Hangestein.

Epilobium glabrum angustifolium: Chamænerion angustifolium glabrum *Turn.* 303. Lysimachia siliquosa glabra angustifolia *C. B.* 245. In fossis trans Lanum.


Vulneraria rustica *J. B.* 2. 362. *Turn.* 391. Anthyllis *Riv.* Irr. T. leguminosa *Raj.* M. 105. Loto affinis Vulneraria pratensis *C. B.* 332. Circa Schiffenberg & Rœdgen.

Coronilla flore vario *Riv.* Irr. T. herbacea flore vario *Turn.* 650. Securidaca dumetorum major flore vario, siliquis articulatis *C. B.* 349. Melilotus 5. Tr. *J. B.* 2. 349. Inter Langgœns & Butzbach.

Lotus *Riv.* Irr. T. pentaphyllos flore majore luteo splendente *C. B.* 332. πολυκέρατος lutea major flore splendente *Herm.* H. L. B. 384. Loti corniculatæ major species *J. B.* 2. 355. In silvis, ad fossas, & in pratis humidioribus.

Caryophyllus barbatus silvestris *C. B.* 209. Viola bar-

TABVL



Plantaginella.



Cameraria.



Elatine.













Lentibularia.



Odontites.




Lenticula.





Stellaria.




Radicula.




Iberis.



Thlaspi.



Alsinella.



Holosteum.

Turritis.

barbata angustifolia Dalechampii *J. B.* 3. 335. Locis sabulosis aridis ad sepes, & in silva Gissensi.

* Agrimonia offic. *Turn.* 301. seu Eupatorium *J. B.* 2. 398. Eupatorium veterum, sive Agrimonia *C. B.* 321. Passim ad sepes.

Geranium palustre flore sanguineo VII. hæmatodes alterum folio battrachioidis Geranii Clus. *Volck.* Ad fundulorum rivulum & margines pratorum Aa & Urselum. Geranium sanguineum maximo flore *C. B.* 318. ab hoc diversum videtur, cujus differentiam dabimus in Hist. Pl. Gissens.

Helleborine montana angustifolia purpurascens *C. B.* 187. Damasonium purpureum dilutum, sive Elleborine 6. Clus. *J. B.* 3. 516. In Fageto.

* Sambucus humilis sive Ebulus *C. B.* 456. Ebulus sive Sambucus herbacea *J. B.* 1. 546. Circa Schiffenberg & Grossen-Buseck.

* Carduus albis maculis notatus vulgaris *C. B.* 381. marianus sive lacteis maculis notatus *J. B.* 3. 52. In hortis, & ad vias quandoque.

Gramen secalinum majus silvaticum *Bob.* hordeaceum montanum, spica strigosiori, brevius aristatum *J. Schenchz.* Pr. p. 14. T. 1. hordeaceum montanum sive majus *C. B.* 9. In capite Lolleriano.

Gramen typhoides maximum, spica longissima *C. B.* 4. Pr. 10. typhinum sive typhoides maximum *Lob.* 30. cum cauda muris majoris longa, majus *J. B.* 2. 472. spicatum, spica cylindracea longissima *Turn.* 519. In salicetis & inter Secale.

Gramen arundinaceum acerosa gluma *Park* 1273. paniculatum aquaticum, Phalaridis femine *Turn.* 52.

Calamagroſtis aquatica Anglo-Britannica aceroſa gluma *Lob.* 44. Ad Lanum.

Gramen avenaceum, ariſtis ad ſingulas locuſtas ſingulis. In agris Schiffenbergenſibus.

Gramen ſilvaticum, panicula tenui, e locuſtis raris compoſita. In ſilva Lindana.

Gramen paniculis elegantiſſimis, ſive ἱεράγρωστις, majus *C. B.* 2. amoris dictum *J. B.* 2. 470. In agris avenaceis circa Lucum carnificis.

Sparganium ramoſum *C. B.* 15. quibuſdam *J. B.* 541. Ad foſſas.

Sparganium non ramoſum *C. B.* 15. alterum *J. B.* 2. 541. Ibidem.

Sparganium non ramoſum minus. In fodinis argillaceis. De hoc videatur *Rajus* in App. ad Hiſt. 1910. ubi id cum priore immerito commiſcet, a quo diverſa prorſus ſpecies eſt.

Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis *C. B.* 9. *J. R.* 2. 479. In ſilva Hangeſtein.

Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis minor. In ſilva Schiffenbergenſi.

Aegilops major, caule & foliis arundinaceis, locuſtis glabrioribus & anguſtioribus, e fuſco xerampelinis. Circa Schiffenbergam inter Avenam, it. auff der Haardt.

Thalictrum majus ſiliqua anguloſa aut ſtriata *C. B.* 336. nigrius, caule & ſemine ſtriato *J. B.* 3. 486. In pratis non procul a pago Wiſſec, eo loco, quo Juncago provenit; ob ſuperveniens fœniſecium cum floribus obſervari non poteſt.

Geniſta-Spartium majus, brevioribus & longioribus

ribus aculeis *Turn.* 645. Genista spinosa major longioribus aculeis *C. B.* 394. spinosa *Riv.* Irr. T. Genistellæ spinosæ affinis, Nepa quibusdam *J. B.* 1. 400. In silva Gissensi aliquando vidimus.

Helleborine latifolia montana *C. B.* 186. barba rubra *Riv.* Irr. H. Elleborine Dod. *J. B* 3. 516. In Fageto, & in vertice montis, *pago* Grossen-Buseck imminentis.

Cracca minor siliquis gemellis *Riv.* Irr. T. minor *Tab.* 2. 211. Inter segetes.

Epilobium hirsutum majore flore & specioso: Chamænerion villosum magno flore violaceo & pupureo *Turn.* 303. Lysimachia siliquosa hirsuta majore flore purpureo *J. B.* 2. 905. siliquosa hirsuta magno flore *C. B.* 245. Ad fundulorum rivulum.

Epilobium hirsutum minore flore: Chamænerion villosum majus & minus, parvo flore *Turn.* 303. Lysimachia siliquosa hirsuta, flore minore *J. B.* 2. 906. siliquosa hirsuta parvo flore *C. B.* 245. Pr. 116. Ibidem.

Epilobium latifolium glabrum, flore valde specioso: Chamænerion latifolium vulgare *Turn.* 302. Lysimachia Chamænerion dicta latifolia *C. B.* 245. speciosa, quibusdam Onagra dicta, siliquosa *J. B.* 2. 906. In monte Dino, saltu Hangestein/ & in pinastreto juxta lucum Philosophicum. Lysimachias siliquosas *Epilobia* cum *Gesnero* lubentius voco, quam Chamæneria cum *Turnefortio*; cum enim hæ plantæ nec humiles sint, nec cum Nerio conveniant, & si convenirent, vocanda essent Neria & ab his distingui non deberent, Chamænerii sane

vox minus quadrat. Et licet eodem vitio Chamæpitys, Chamædrys, Chamæmelum &c. dicatur, tamen quoniam hæc nomina ita longo usu recepta sunt, immutari nequeunt, nec ad eorum exemplum plura incongrua introduci debent. Is etiam error est *Turnefortii*, (quod & de Umbelliferis aliisque valet) quod calicem hujus generis in fructum abire scribat & differentiam inde petat Inst. p. 300. & 302. Nam primum embryo est, qui in fructum abit, & non potest, ut recte *Rajus* asserit contra eum, calix in aliud, quam fuit ante, abire, & si quando id contingat, rarum id est, v. gr. in Saxifraga, Portulaca & paucis aliis. Deinde in præsenti genere cum perianthia una cum floribus mox decidant, in fructum sane abire nequeunt. Est autem *Epilobii* vox satis elegans; significat enim (quasi ἴον ἐπὶ λόβῳ) violam aut florem speciosum super siliquam nascentem, qualis profecto hic observatur.

Clinopodium *Raj*. H. 558. *Riv*. Irr. M. Clin. Origano simile *C. B.* 224. quorundam Origani facie *J. B.* 3. P. 2. 250. In saltu Hangestein / & in silva Schiffenbergensi.

* Anagallis cæruleo flore *C. B.* 252. cærulea femina *J. B.* 3. 369. In agris pagorum vicinorum.

Sedum minus luteum ramulis reflexis *C. B.* 283. minus luteum, flore se circumflectente *J. B.* 3. 693. In muro Horti Medici.

Gallium montanum latifolium ramosum *Turn.* 215. Mollugo montana latifolia ramosa *C. B.* 334. Rubia silvatica lævis *J. B.* 3. 716. In saltu Hangestein.

Se-

Sedum minus teretifolium album *C. B.* 283. minus folio longiusculo tereti, flore candido *J. B.* 3. 690. In vineis saxosis ad pagum Dorlen.

* Delphinium *Riv.* Irr. P segetum flore cæruleo, albo, rubro & dilutius rubente *Turn.* 426. Consolida regalis arvensis *C. B.* 142. regalis flore minore *J. B.* 3. 210. In agris auff der Haardt und dem Weddenberg/ item ultra pagum Steinberg.

Convolvulus angustissimo folio nostras cum auriculis *Plukn.* 24. 3. arvensis minimus *Dent.* ap. *Raj.* in H. 725. Circa Fetzberg & in prærupta Lani ripa versus Launspach & Wesmar.

Convolvulus major *J. B.* 2. 154. major albus *C. B.* 294. In sepibus & salicetis.

Campanula repens, flore minore cæruleo *J. B.* 2. 804. hortensis Rapunculi radice *C. B.* 94. In posteriore parte silvæ Hangestein.

Campanula pratensis flore conglomerato *C. B.* 94. Trachelium minus multis *J. B.* 2. 800. Circa arcem Schiffenberg, meridiem versus.

Campanula Alpina Echioides pyramidata *Turn.* 109. foliis Echii *C. B.* 94. Pr. 36. In silva Hangestein reperta a *D. Ruppio.*

* Gentiana cruciata *C. B.* 188. minor seu vulgi Cruciata *J. B.* 3. 522. In latere montoso arcis Schiffenbergensis meridiem versus. Erecta tantum nobis visa est; minor & procumbens non provenit apud nos.

* Origanum *Riv.* Irr. M. vulgare spontaneum *J. B.* 3. 236. silvestre, Cunila bubula Pl. *C. B.* 223. In ericetis & dumetis pascuorum siccorum & pago-

rum viginorum; it. auff der Haardt. Origanum silvestre album *C.B.* 223. Circa Fetzberg provenit in umbrosis dumetis, unde non nisi varietas hujus videtur.

* Serpillum *Riv.* Irr. M. vulgare *J. B.* 3. P. 2. 269. vulgare minus *C. B.* 220. Locis aridis ad vias, & in pascuis siccioribus abunde.

*Serpillum flore minore *Riv* Irr. M. Ibidem.

*Serpillum citratum *Riv.* Irr. M. foliis Citri odore *C. B.* 220. Citrei odore *J. B.* 3. P. 2. 270. Ibidem

* Serpillum vulgare citratum minus *H. R. P.* Ibidem.

Alysson segetum procerius, foliis auriculatis acutis, fructu æquali & minori: Myagrum Turcicum *J. B.* 2. 893. silvestre *C. B.* 109. Inter segetes hiemales montis Weddenberg/ ortum versus: nunc etiam a multis pro exprimendo oleo coli cœpit in hortis & agris.

* Serpillum erectum *Riv.* Irr. M. vulgare majus *C. B.* 220. Ad radicem montis pago Grossen-Buseck imminentis.

Menthastrum *Riv.* Irr M. spicatum folio longiore candicante *J. B.* 3. P. 2. 221. Mentha silvestris longiore folio *C. B.* 227. Ad marginem prati Schiffenbergensis.

* Verbena *Riv.* Irr. M. vulgaris *J. B.* 3. 443. communis cæruleo flore *C. B.* 269. Ad vias & in areis pagorum.

Marrubiastrum vulgare *Turn.* 190. Stachys arvensis minima *Riv* Irr. M. Sideritis Alsines Trixaginis folio *C. B.* 233. Pr. 111. humilis lato obtuso folio *Ger. Em.* Inter Hordeum.

La-

Ladanum verticillis paucioribus, flore purpureo: Lad. ſegetum folio latiore *Riv.* Irr. M. ſegetum flore rubro & albo quorundam *J. B.* 3.855. Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra *C. B.* 233. Galeopſis patula ſegetum, flore purpuraſcente & albo *Turn.* 185. Inter ſegetes.

Ladanum verticillis crebrioribus, flore purpureo, caule fulcrato: Caleopſis procerior, caliculis aculeatis, flore purpuraſcente & albo *Turn.* 185. Urtica aculeata foliis ſerratis *C. B.* 232. Cannabis ſilveſtris quorundam, Urticæ inerti affinis *J. B.* 3. App. 854. ſpuria *Riv.* Irr. M. In agris & ſepibus.

Ladanum verticillis crebrioribus, flore flaveſcente, caule fulcrato: Galeopſis altera, caliculis aculeatis, flore flaveſcente *Turn.* 185. Urtica aculeata foliis ſerratis, altera *C. B.* 232. Cannabis ſpuria flore majore *Riv.* Irr. M. In ſepibus & inter ſegetes.

Ballote *Dod.* 144. *Turn.* 185. Marrubium nigrum fœtidum, Ballote Dioſc. *C. B.* 230. nigrum ſive Ballote *J. B.* 3. 318. Marrubiaſtrum *Riv.* Irr. M. Ad vias & in ſepibus.

Lycopus paluſtris glaber *Turn.* 191. Marrubium paluſtre glabrum *C. B.* 230. aquaticum quorundam *J. B.* 3. 318. Pſeudo-Marrubium paluſtre *Riv.* Irr. M. Ad foſſas & rivulos.

Lycopus paluſtris villoſus *Turn.* 191. Marrubium paluſtre hirſutum *C. B* 230, Pr. 110. In rivulis qui a piſcinis Schiffenbergenſibus decurrunt.

* Urtica urens minor *C. B.* 232. minor annua *J. B.* 3. 446. Ad ſepes.

Fagopyrum vulgare ſcandens *Turn.* 511. minus *Volck.* Convolvulus minor ſemine triangulo *C. B.* 295. Helxine ſemine triangulo *J. B.* 2. 157. Duplex eſt: minus in agris, & majus in ſepibus, cujus calicis folia tria exteriora alata ſunt, cum prioris æqualia obſerventur.

* Scabioſa pratenſis hirſuta, quæ officinarum *C. B.* 269. major communior, hirſuta, folio laciniato *J. B.* 3. 2. In dumetis & agris montis Weddenberg/ it. auff der Haidt. Flore apud nos eſt plerumque cœruleſcente, rarius & non niſi ſerius purpureo occurrit.

Dipſacus ſilveſtris capitulo minore, vel Virga paſtoris minor *C. B.* 385. Virga paſtoris *J. B.* 3. 75. Circa Schiffenberg.


Paſtinaca *Riv.* Irr. P. ſilveſtris latifolia *C. B.* 155. Germanica ſilveſtris, quibuſdam Elaphoboſcum *J. B.* 3. P. 2. 149. Ad ſepium margines, & in agris avenaceis.


* Anethum *Riv.* Irr. P. *J. B.* 3. P. 2. 6. hortenſe *C. B.* 147. Ad ſepes & in hortis.

Caucalis *Riv.* Irr. P. ſemine aſpero, floſculis rubentibus *C. B.* 153. Pr. 80. Anthriſcus quorundam, ſemine aſpero, hiſpido *J. B.* 3. P. 2. 83. Daucus annuus minor, floribus rubentibus *Turn.* 308. Ad ſepes.

Angelica tenuifolia *Riv.* Irr. P. Hujus ſynonyma facit *D. Rivinus* Hippomarathrum 2. *Tab.* & Daucum pratenſem Apii folio *C. B.* Pin. p. 150. num. 9. Pr. p. 77. n. 1. ſeu Seſeli pratenſe tenuifolium ſive Daucum pratenſem tenuifolium *Ejuſd.* Pin. p. 162.


n. 13.


TAB. VII
Pentapterophyllon.
Radiola
Spergula


Corydalis


Portula


Unifolium
Hypopitys



n. 13. Pr. p. 85. n. 2. Existimat enim eandem plantam bis relatam. Nobis descriptiones Bauhinianæ Pr. p. 77. & 85. diversarum omnino plantarum videntur. *Tabernæmontanus* Hippomarathrum suum 2. sibi ex Anglia missum scribit, & Hippomarathrum album seu Anglicum & Saxifragiam Anglicam vocat. *C. Bauhinus* in notis ad hunc locum synonyma addit sequentia: Daucus Seseli pratensis facie *C. B.* (qui titulus in Pinace non occurrit) Saxifraga Anglorum *Adv.* Umbellifera Anglorum *Lugd.* Anglicana *Dod.* Anglicana facie Seseli pratensis Monspel. *Lob.* Confusio mira. Ego cum *J. Bauhino* Hippomarathrum 2. *Tab.* eandem plantam existimo cum Saxifraga Anglica facie Seseli pratensis *Ger.* quam *Rajus* describit, & eandem facit cum Seseli pratensi *C. B.* 162. pratensi Monsp. *Ger. Park.* Hippomarathro 1. *Tab.* seu Seseli pratensi vulgari. Angelicam tenuifoliam *Riv.* veram Angelicæ speciem esse non nego, saltem Hippomarathrum 2. *Tab.* Angelicæ speciem esse credere non possum. Seseli pratense tenuifolium *C. B.* posset esse Angelica tenuifolia *Riv.* ni ei semen tribueretur parvum. Dicam quod res est: videtur mihi Angelica tenuifolia esse Carvifolia *Bauhinorum*, cum & figuræ *Loniceri* atque *Tragi* congruant cum icone Riviniana, nec abludat descriptio *J. Bauhini* T. 3. p. 171. Cum vero hæc descriptio quadantenus manca sit, perfectiorem hic exhibere volui: Radix digiti minoris crassitudine profunde descendit, geniculata, non fœtida, sed odore Staphylini: (*J. Bauhinus* sapore viroso Coriandri virentis esse scribit, nobis, nisi

memoria fallit, non ingrata quidem, verum primum saporis Staphylini, postea satis urens & fervida observata;) Inde caules surgunt sesquicubitales & altiores, profunde striati, seu multis alis membranaceis, secundum longitudinem extantibus, donati, quod ei omnino singulare est. Folia non Cari prorsus, sed Cicutæ aut potius Seseli pratensis foliis similia, obscuriora tamen, dilutius autem virentia, quam Cicutæ, cujus, si terantur, odorem exhibent, minus tamen in fœtorem, quam Cicutæ, desinentem. Tota etiam planta externa facie Cicutæ adeo similis est, ut mihi pro Cicutæ specie caule striato primum fuerit habita, præsertim quod semina nondum matura Cynapii *Riv.* seminibus satis similia essent. At ea per maturitatem Angelicæ aquaticæ seminibus proxime accedunt, striæ enim tres dorsum percurrentes eadem ratione disponuntur & aliquantum saltem profundiores sunt. Florum (qui albi) petala surrecta, non plana, qualia Cicutæ, æqualia, reflexa, in mucrones aduncos, ita ut bifida appareant, terminata. Ad umbellas totales nulla, ad partiales folia plurima angusta seu laciniæ, quæ pro radiorum numero augentur, apponuntur. Dicitur Carvifolia *J. B.* 3. 171. *C. B.* 158 Cuminum pratense *Park.* Reliqua synonyma habet Pinax. Viget apud nos in pratis post pagum Wissec, & ad margines pratorum, Urselum vocatorum.

Falcaria *Riv.* Irr. P. Ammi perenne *Mor.* U. 22. *Turn.* 305. Eryngium arvense foliis serræ similibus *C. B.* 386. Crithmum umbelliferum *J. B.* 3. P. 2. 195. Circa Schiffenbergam, in agris orientalibus mon-

montis Weddenberg / & circa Grossen-Buseck.

Carvi foliis tenuissimis, Asphodeli radice *Turn.* 306. Daucus pratensis Millefolii palustris folio *C. B.* 150, pratensis Dalechampii, folio Millefolii *J. B.* 3. P. 2.9. In prato juxta Lucum carnificis, & loco paludoso in silva Herren-Waldt reperit *D. Ruppius.*

Jacobæa montana lanuginosa angustifolia non laciniata *C. B.* 131. Pannonica folio non laciniato *J. B.* 2. 1058. In nemore Lindano *Idem* reperit.

Sium umbellatum repens *Ger. Em.* 258. Loco rivuloso, qui e piscina Schiffenbergensi majore extra silvam sita, oritur.

Sium aromaticum, Sison offic. *Turn.* 308. minus *Riv.* Irr. P. Sison, quod Amomum offic. nostris *C. B.* 154. seu offic. Amomum *J. B.* 3. P. 2. 107. Ad fontem Waldbrunn / atque alibi passim ad aquas puriores. Aliquando ubi aqua non abundat, planta hæc pumila manet, & tamen non minus flores producit, ita ut incauto pro diversa specie facile imponere queat, quod & in vulgari Sio contingit, locis præcipue gramineis & rivulosis udis, prout in hac specie circa fontem, Waldbrunn dictum, in utraque vero juxta viam ante confinia Gruningensia aliquoties observavi.

Sonchus asper subrotundo folio *C. B.* 124. Pr. 60. subrotundo folio nostras, lævissimis spinulis circa foliorum alas exasperatus *Pluk.* 61. 5. Passim in hortis locisque ruderatis

Hieracium Chondrillæ folio glabrum *C. B.* 127. In pratis quæ maturius demetuntur, & ad vias gramineas.

Hi-

Hieracium Chondrillæ folio hirsutum *C. B.* 127. Ad vias.

Filago minor *Dod.* 1. 2. 14. Gnaphalium longifolium humile ramosum, capitulis nigris *Raj.* H. 295. medium *C. B.* 263. In agris & fossis exsiccatis.

Filago elatior, capitulis dense conglobatis: Gnaphalium vulgare majus *C. B.* 263. Germanicum *J. B.* 3. 158. Locis aridis, sed minus quam aliæ species frequens est.

* Eupatorium cannabinum *C. B.* 320. adulterinum *J. B.* 2. 1065. Ad rivulum fundulorum.

* Millefolium vulgare album *C. B.* 140. stratiotes pennatum terrestre *J. B.* 3. 136. Ad vias ubique.

Millefolium Tanaceti foliis flore albo Mor. *Pluk.* 47. 1. An Millefolium montanum purpureum, Tanaceti folio *Dodart?* Mem. Ptarmica Alpina Tanaceti foliis, flore purpureo *Tourn?* 497. Versus pagum Reiß-Kirchen.

* Matricaria vulgaris seu sativa *C. B.* 133. it. Matr. silvestris flore toto luteo *Ejusd.* Ib. Matr. vulgo minus Parthenium *J. B.* 3. 129. In muris & ad vias quandoque; copiosius ad pagum Dorlen.

Carduus acanthoides *J. B.* 3. 56. Circa pagos.

Mentha verticillata folio angustiore *Riv.* Irr. M. Sparsim silvarum locis opacis & humidis.

Gramen murorum radice repente *C. B.* Pin. & Pr. 2. In muris interurbanis. Folia, licet floreat, exarida tamen habet.

* Co-

* Coriandrum *J. B.* 3. P. 2 89. *Riv.* Irr. P. majus *C. B.* 158. In hortis multis ſpontaneum quaſi reperitur. *D. Knaut.* Meth. p. 212. Coriandrum florum petalis bifidis, diverſæ magnitudinis, & fructuum ſtriatorum figura perfecte ſphærica ab omnibus Umbelliferis differre dicit. Errat itaque, pergit, *Turnefortius*, dum Coriandro florum petala partim bifida & inæqualia, partim integra & æqualia attribuit, cum tamen, ita ratiocinatur *Knautius*, diverſa petala ſub uno genere non comprehendantur. Ita videtur *Knautius* intelligere, *Turnefortium* aliis ſpeciebus flores, ex petalis æqualibus, aliis ex inæqualibus conflatos, adſcribere; licet *Turnefortius* duas tantum Coriandri ſpecies in Inſtitut. recenſeat. Noſtra vero obſervatione Coriandrum non in diverſis ſpeciebus, ſed in eadem ſpecie, quin in eadem planta iisdemque umbellis flores obtinet diverſa figura & magnitudine præditos. Aſpiciat plantam ipſam *Knautius*, & reperiet flores exteriores umbellarum partialium ex petalis conſtare majoribus & minoribus, nunc integris, nunc diſſectis, idque modo æqualiter, modo inæqualiter; namque petalum majus & medium in duo ſegmenta majora & æqualia, lateralia in ſegmentum unum majus & alterum minus dividuntur, reliqua duo indiviſa ſunt & ad modum florum interiorum in longiuſculos mucrones inflexos deſinunt. Flores autem interiores revera bifidi non ſunt, ſed tales tantum apparent; petala enim (quæ cordiformia dixit *Turnefortius*, non vero bifida, ut *Knautius* citat) in mucrones longiuſculos, intror-

trorſum flexos, ut petala quaſi duplicata & leviter diviſa videantur, protenduntur, & ex petalis ubique æqualibus conſtant. Idem obſervatur in Sphondylio, cujus flores in iiſdem umbellis æquales & inæquales ſunt, interiores nempe omnes æquales, petalis in mucrones aduncos, ita tamen ut bifida non videantur, terminatis; exteriores vero ex inæqualibus & profunde diviſis petalis conſtruuntur. In Sii vero genere, Sium ſeu Apium paluſtre foliis oblongis *C. B.* flores habet, quorum petala in mucrones breves quidem, ſed tamen ita aduncos, ut bifida appareant, deſinunt, cum in Sio quod Amomum officinis noſtris *C. B.* florum petala plana & integra prorſus ſint, quamvis hæc differentia non tanta ſit, ac in duobus præcedentibus Sphondylii & Coriandri generibus. Conſtet igitur curato obſervatori *Turnefortio* obſervationis ſinceræ laus, *Knautio* vero neceſſe erit Naturam potius accuſare, quod pro ſua voluntate & Methodo florum ſtructuras & figuras non inſtituerit.

Sium *Riv.* Irr. P. ſeu Apium paluſtre foliis oblongis *C. B.* 154. umbelliferum *J. B.* 3. 127. In fundulorum rivulo.

Sedum minimum luteum non acre *J. B.* 3. 695. Sempervivum minus vermiculatum inſipidum *C. B.* 284. Paſſim locis aridis, ſed minus copioſe ac acre.

Nigella arvenſis cornuta *C. B.* 145. Melanthium ſilveſtre ſive arvenſe *J. B.* 3. 209. In agris orientalibus montis Weddenberg / & circa Groſſen-Buſeck.

* Sempervivum majus *Matth.* Sedum majus vulgare

gare C. B. 283. J. B. 3. 687. In hortis, muris, & rusticorum casis.

Belladonna *Clus.* Pann. Solanum furiosum *Fabr.* p. 34. n. 27. *Sterb.* p. 531. T. 34. μελανοκέρασος C. B. 166. manicum multis, sive Belladonna J. B. 3. 611. In Fageto & silva Hangestein; it. in monte Dino.

Sagitta J. B. 3. 789. aquatica minor latifolia C. B. 194. Ranunculus palustris folio sagittato minori *Turn.* 292. Ad ripam Lani inter Arundinem & Gramina arundinacea. Alii flores pediculis longioribus insident in eadem planta, quibus semina non succedunt, & staminibus atque apicibus tantum donantur, alii breviores habent pediculos, & hi fertiles sunt seu semina ferunt, staminibus vero destituuntur.

Sagitta minor angustifolia J. B. 3. 790. aquatica minor angustifolia C. B. 194. In profundis Alneti stagnis.

Clematitis silvestris latifolia C. B. 300. Clematis latifolia dentata J. B. 2. 125. In dumetis der Haardt/ circa pagum Kroffdorff/ copiosissime circa Schiffenbergam.

Tithymalus exiguus erectus *H. L. B.* 602. sive Esula exigua C. B. 291. minimus angustifolius annuus J. B. 3. 664. In agris.

* Cuscuta major C. B. 219. Cassuta sive Cuscuta J. B. 3. 266. In dumetis.

* Verbascum mas latifolium luteum C. B. 239. vulgare flore luteo magno, folio maximo J. B. 3. App. 871. foliis incanis, mas latifolium, floribus luteis arcte caulibus adhærentibus, sine foliis angustis inter

inter flores emanantibus *Mor.* H. 2. 484. Ante silvam Lindanam in colle leporum, & ad sepes viasque, pagorum præcipue.

Hypericum elegantissimum non ramosum, folio lato *J. B.* 3. 383. Ascyrum, sive Hypericum bifolium glabrum, non perforatum *C. B.* 280. In silva Lindana.

Verbascum flore albo parvo *J. B.* 3. A. 873. lychnitis flore albo parvo *C. B.* 240 In vertice montis Weddenberg / auff der Haardt in parte illius posteriore austro-occidentali, & juxta Biberæ molendina.

* Althæa Diosc. & Pl. *C. B.* 315. sive Bismalva *J. B.* 2. 954. Circa pagum Wismar aliquando reperimus; provenit alias copiosius in vicina Wetteravia.

Alcea vulgaris *J. B.* 2. 953. vulgaris major *C. B.* 316. Auff der Haardt / & in lapicidina silvæ Hangestein.

Alcea folio rotundo laciniato *C. B.* 316. Juxta montem Dinum in ruderibus collapsæ fornacis calcariæ reperta a *D. Ruppio.* Potiores ad Malvam & Alceam distinguendam notæ sumi possunt a florum dispositione in summitate caulium, eorumque figura (multis enim sinibus hic excavantur, ut quasi præmorsi videantur) & pistilli, quod in alterutrum latus declinat, locatione, quam a foliis cum *Turnefortio* & *Rajo,* aut calicibus cum *Prestono,* quorum exterior triphyllus est, non minor quam Malvæ, interior in quinque, illius ad instar, segmenta divisus. Quod Althæam concernit, vulgaris non

tan-

tantum foliis mollibus & tomentosis in acutum productis, sed & floribus minus explanatis & petalis, vel segmentis potius, sibi invicem superimpositis a Malva & Alcea differt. Calix duplex est, interior in quinque segmenta majora, exterior, nostra observatione, in decem minora, non quinque, ut *C. Prestonus* apud *Rajum* in Meth. Em. p. 89. asserit, divisus.

Odontides *Riv.* Irr. M. Pedicularis serotina purpurascente flore *Turn.* 172. Euphrasia pratensis rubra *C. B.* 234. parva purpurea *J. B.* 3. 433. In vervactis.

Lentibularia *Riv.* Irr. M. Millefolium palustre galericulatum *Raj.* H. 1322. & M. 92. aquaticum lenticulatum *C. B.* 141. aquaticum flore luteo galericulato *J. B.* 3. 783. In fossis passim, sed præcipue in scrobibus ab effossione argillæ residuis ad silvam Gissensem.

Lathyrus arvensis repens tuberosus *C. B* 344. arvensis *Riv.* Irr. T. Chamæbalanus leguminosa *J. B.* 2. 324. Terræ glandes *Sterb.* p 330. T. 33. D. In agris trans Lanum paullo ante messem.

* Mentha arvensis verticillata hirsuta *J. B.* 3. P. 2. 217. verticillata *Riv.* Irr. M. Calamintha arvensis verticillata *C. B.* 229. In agris & ad fossas.

Scrophularia palustris minus fœtida, caule alato *Cat. Alt.* aquatica major *C. B* 235. maxima, radice fibrosa *J. B* 3. 421. In fundulorum rivulo, & circa Grossen-Buseck; maxima ejus copia est in udis radicis Dini montis, occasum versus.


Digitalis *Riv.* Irr. M. purpurea *J. B.* 2. 812.

purpurea folio aspero *C. B.* 243. In montis Dini cacumine. Atque hæc planta fere sola est, quæ in dicto monte, tantopere apud nostrates multarum rariorum plantarum proventu celebri, tantum reperitur, nec ibi aliud quid, præter Stachydem Alpinam, Calamintham atque Filicis nonnullas species, facile visitur, quod non locis propioribus abunde proveniat, immo mons iste, si partem ejus occidentalem, radicem nempe, juxta quam Bibera prolabitur, ubi plantæ multæ locis umbrosis & humidis gaudentes obviæ sunt, excipias, admodum macer est, nec plantis abundat; condit enim metalli & cupri præsertim venas, fumosque sulphureos emittit, qui uberiorem plantarum proventum impediunt, ut non sit operæ pretium ad eum conscendendum milliaris germanici iter facere, ni quidem propter Rubum Idæum, quem versus summitatem copiose alit, & cujus hoc tempore fructus maturus fit, eo se conferre placeat. Alia tamen res est, quæ curiosiores eo allicere queat. Nam austrum versus adhæret ei alius montis tractus, quem Bibera amnis interluit, (Eberstein vocatur colonis) quo Lapides multi figurati, saxo calcario gryseo innati reperiuntur. Generosus vir *D. Jo. Henr. a Spreckelsen*, quem eo primus adduxi, testatus mihi fuit, similem matricem & contenta, Corallia præsertim, sibi nondum alibi (pervestivagit autem magnam Germaniæ partem, ac præcipue Ducatum Wurtembergicum, unde magnam istiusmodi Lapidum vim congessit, quam multis sumtibus Hamburgum, patriam nempe civitatem, devehi curavit) fuisse

obvi-

pag 191

TAB. VIII.




Serratula.



Xeranthemum.







Crupina.



Conyzella.



Doria.

K



Cervispina.



Valantia

Hyoseris.

Falcata *Riv.* Irr. T. Medica silvestris, floribus e luteo pallescentibus, & e cæruleo virentibus, it. floribus partim luteis, partim violaceis *Turn.* 410. silvestris *J. B.* 2. 383. Trifolium silvestre luteum siliqua cornuta, vel Medica frutescens *C. B.* 330. Circa pagum Langgœns ad sepes, & multo propius inter portam meridionalem & orientalem (zwischen der Landstrasse und Schoor / und sonst nirgend.) *Falcata*, a siliqua falcis instar incurvata dicitur *Rivino*, ac quoniam siliquæ minus intorquentur & paucioribus, quam in Medica, ipsi Cochleata vocata, spiris constant, is inde genus novum constituit. Ceterum non placet *Turnefortii*, ex varietatibus plantarum tot novas species facientis, institutum.

Caryophyllus silvestris prolifer, flore singulari *Turn.* 332. Caryophyllo prolifero affinis, unico ex quolibet capitulo flore *C. B.* 209. In pascuis siccioribus.

Lychnis segetum rubra foliis Perfoliatæ *C. B.* 204. Vaccaria *J. B.* 3. 357. Inter segetes æstivas circa pagos Steinberg & Watzenborn.

Lychnis parva palustris, foliis acutis lanceolatis, flosculis purpureis *Mentz.* annua minima, flore carneo, lineis purpureis distincto *Turn.* 338. Betonicæ sive Tunicæ minimæ similis planta *J. B.* 3. 338. In agris & fossis æstivo calore siccatis. Plantulam hanc *Eph. N. C.* Cent. 5. & 6. explanavimus & a dubitatione liberavimus, ubi Spergulam minimam foliis Knawel flore purpurascente nominavimus, quoniam cauliculorum divisura Alsinis & Sper-

Spergulis proxime accedit; verum postquam flores examinavimus, caryophylleos eos esse deprehendimus, quapropter *Turnefortium* sequuti Lychnidi nunc potius annumerandam censemus.

Lychnis minima foliis Knawel, Spergulæ divisura, flore purpurascente minore & minus striato. In monte Diaboli ad pagum Ruddershausen.

Allium silvestre campestre purpurascens *C.B.* 74. In agris Heuchelheimensibus.

Filago floribus per caulem sparsis: Gnaphalium majus angusto oblongo folio *C. B.* 263. it. Gn. majus angusto oblongo folio alterum *Ejusd.* Ib. rectum *J. B.* 3. 160. In vervactis, sed præcipue in silvis.

Baccharis Monspeliensium *Lugd.* Conyza major vulgaris *C. B.* 265. major Matth. Baccharis quibusdam *J. B.* 2. 1051. Auff der Haardt/& in Lapicidina silvæ Hangestein.

* Caltha vulgaris *C. B.* 275. flore simplici *J. B.* 3. 101. Auff dem Gänßacker anno 1712. floruit, forte e seminibus cum quisquiliis eo delatis.

Abrotanum campestre *C. B.* 136. Artemisia tenuifolia seu leptophyllos, aliis Abrotanum silvestre *J. B.* 3. 194. Ad pagum Nauheim versus Wetzlariam.

Carduus caule crispo *J. B.* 3. 59. spinosissimus angustifolius vulgaris *C. B.* 385. Passim ad vias & sepes.

Dichotophyllon: Equisetum palustre ramosum & aquis immersum, seu Millefolium aquaticum equisetifolium, in aquis pigrioribus *Cat. Cant.* Mil-

lefolium aquaticum cornutum *Panc.* ic. 1086. aquaticum cornutum C. B. J.B. *Raj.* H. 191. Suppl. 122. In ſtagno Edder dicto.

Polygonifolia: Polygoni vel Linifolia per terram ſparſa flore Scorpioidis *J. B.* 3. 379. In Litore arenoſo Lani infra pontem lapideum.

Aparine ſemine lævi *H. R. P.* ſemine læviore *Raj.* H. 484. Inter Avenam in agris lapidoſis montis Weddenberg vocati.

* Staphylinus *Riv.* Irr. P. Paſtina tenuifolia ſilveſtris Dioſc. vel Daucus Off. *C. B.* 151. ſilveſtris ſeu Staphylinus Græcorum *J. B.* 3. P. 2. 62. Daucus vulgaris Cluſ. *Turn.* 307. In agris copioſe.

* Sphondylium *Riv.* Irr. P. vulgare hirſutum *C. B.* 157. quibuſdam ſive Branca urſina Germanica *J. B.* 3. P. 2. 160. In ſepibus prægrande eſt, ut humanam ſtaturam non raro multum ſuperet, in pratis humidis cubitum tantum aut ſeſquicubitum æquat. Floribus albis & rubellis variat, & foliis per limbum auratis quandoque reperitur.

Plantago trinervia folio anguſtiſſimo *C. B.* 189. Pr. 98. anguſtifolia minor, ſpica hirſuta alba, foliis ex atro virentibus, valde piloſis *J. B.* 3. 506. ex recenſione *Turnefortii*, anguſtifolia Alpina *J. B.* 3. 506. ex mente *Raj.* H. 878. Ad vias gramineas, locis arenoſis. Cum poſteriorem Alpinam faciat *J. Bauhinus*, & radicem ei craſſiorem, folia vero quinque nervis diſtincta tribuat, prior potius cum noſtra & *C. Bauhini* planta eadem videtur.

Plantaginella paluſtris *C. B.* 190. Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floſculis albis perexiguis *Plук.*

Pluk. 74. 4. paluſtris exigua, foliis lanceolatis, Plantaginellæ aquaticæ inſtar, floſculis albis vix conſpicuis *Mentz*. Locis humidis, ubi per hiemem aquæ ſtagnarunt, v. gr. ante ſtagnum Edder. & in viis humidis poſt Tilias & Salices, quæ ad arcem Gleiberg & pagum Kroſſdorff ducunt.

Verbaſcum nigrum odoratum *Park*. Ad pagum Atſpach & Groſſen-Buſeck; it. ad ſepes aliquando.

Verbaſcum nigrum pulverulentum, flore luteo parvo *J. B.* 3. App. 872. mas anguſtioribus foliis, floribus pallidis *C. B.* 239. Ad pagum Atſpach.

Linaria arvenſis cærulea *C. B.* 213. Pr. 107. odorata Monſpeſſulana minor cærulea *J. B.* 3. 461. annua minor cærulea recta *Mor.* minor flore cæruleo *Scheff.* Inter Staphylinum paſſim, ſed præcipue auff der Haardt & circa Gleibergam. Linaria graminea floribus congeſtis cæruleis *Raj.* Hiſt. qua cùm Linariam cæruleam calcaribus longis *J. B.* 3. 461. dubitans conjungit, item Linaria cærulea minor D. Peliſſerii *Lob.* Ill. 104. an ab hac differant diſpiciendum.

Lathyrus ſilveſtris major *C. B.* 344. ſilvaticus *Riv.* Irr. T. Lathyri majoris ſpecies, flore rubente & albido minore dumetorum ſive Germanicus *J. B.* 2. 302. In dumetis & ſepibus vinetorum Atſpachenſium.

* Nigella flore majore pleno cæruleo *C. B.* 145. Melanthium capite vel calice & flore majore pleno *J. B.* 3. 208. Inter Staphylinum in agris & hortis.

* Solanum officinarum *C.B.* 166. hortense sive vulgare *J.B.* 3.608. hortense *Sterb.* p. 354. T. 35. Ad sepes viasque cum baccis puniceis & nigricantibus plerumque reperitur.

Sedum minus luteum folio acuto *C.B.* 283. minus flore luteo *J.B.* 3 692. Inter saxa ultra pagum Steinberg/ & ante pagos Steinbach und Haussen.

* Lupulus mas & femina *C.B.* 298. *J.B.* 2. 151. In hortorum sepibus.

* Pimpinella *Riv.* Irr. P. saxifraga major umbella candida *C.B.* 159. Saxifragia hircina major *J.B.* 3. P. 2. 109. Tragoselinum majus umbella candida *Turn.* 309. In pratis.


*Pimpinella saxifraga major, umbella rubente *C.B.* 159. montana flore rubro *Riv.* Irr. P. Tragoselinum majus umbella rubente *Turn.* 509 Ibidem.

* Pimpinella media *Riv.* Irr. P. saxifraga minor *C.B.* 160. Saxifragia hircina minima, Pimpinella crispa Tragi *J.B.* 3. P. 2 113. Tragoselinum minus *Turn.* 309. Ad sepes & locis aridis sabulosis.

* Pimpinella minor *Riv.* Irr P. saxifraga major altera *C.B.* 159. saxifraga minor, foliis Sanguisorbæ *Raj.* H. 445. Saxifragia hircina minor, foliis Sanguisorbæ *J.B.* 3. P. 2. 111. Tragoselinum alterum majus *Turn.* 309. Locis arenosis & in pascuis siccis. In lætiore solo Pimpinellam majorem magnitudine æquat, prompte vero dignoscitur foliis minus profunde dentatis & ad Sanguisorbam magis accedentibus.

Caryophyllus silvestris vulgaris latifolius *C B.* 209. Betonica coronaria sive Caryophyllus silvestris vulgatis.

TAB IX.



Mesembryanthemum. Stratiotes




Camphorata. Chrysanthemoides.









Polygaloides

Solanoides

gatissimus J. B. 3. 334. Circa Schiffenberg. & Grossen-Buseck. Flore aliquando candido reperitur, qui est Caryophyllus silvestris vulgaris angustifolius C. B. 209. montanus albus *Tab.* Reperi porro varietatem an speciem diversam? cui titulum feci:

Caryophyllus montanus apicibus ferrugineis. Ad pagum Atspach.

*Lychnis silvestris quæ Saponaria vulgo *Turn.* 336. Saponaria major lævis C. B. 206. vulgaris J. B. 3. 346. Ad ripam Lani in Salicetis, it. an der Schoor vorm Wallthor. Spontanea cum floribus plenis non raro observatur.

Equisetum palustre minus polystachyon C. B. 16. Pr. 24. Pratorum locis udis inter arces Gleiburg & Fetzburg.

Scabiosa minor vulgaris J. B. 3. 3. capitulo globoso minor C. B. 270. Auff der Haardt/ & ad radicem capitis Lolleriani, ubi altissima occurit, ita ut duos tresve cubitos sæpe superet, cum vulgaris cubitalis & sesquicubitalis plerumque altitudinis sit, quæ Scabiosa capitulo globoso major C. B. 270. quam specie non differre recte statuit J. *Bauhinus.*

Atriplex hortensis alba & rubra J. B. 2. 970. C. B. 119. In hortis. Omnino mirum est, monente & observante jam suo tempore *Trago*, duplicia hic deprehendi semina in eadem planta: majora nempe duabus subrotundis, latis, conniventibus valvulis teguntur, minora vero calice pentaphyllo circumdantur: majoribus, quæ copiosiora sunt, interspergun- tur minora & ad radicem horum locantur, omnia autem rotunda & compressa sunt.

Chenopodium folio oblongo integro. Passim in hortis & locis ruderatis.

Sonchus lævis minor paucioribus laciniis *C. B.* 124. laciniatus non spinosus *J. B.* 2. 1016. Ibidem.

Sonchus repens, multis Hieracium majus *J. B.* 2. 1017. Hieracium majus folio Sonchi, vel Hieracium sonchites *C. B.* 126. it. Hier. Dentis leonis folio acuto 4. sive Hier. majus erectum latifolium caule aspero *Ejusd.* 127. ex sententia *Raji* in Hist. p. 226. In agris avenaceis & hordeaceis.

Hieracium asperum majori flore in agrorum limitibus *J. B.* 2. 1029. Cichorium pratense luteum hirsutie asperum, vel Hieracium hirsutum foliis caulem ambientibus *C. B.* 126. Ad sepes.

Jacobæa vulgaris laciniata *C. B.* 131. vulgaris *J. B.* 2. 1057. Passim ad sepes & vias.

Jacobæa hirsuta viscida, Senecionis folio & facie: Senecio incanus pinguis *C. B.* 131. hirsutus viscidus major odoratus *J. B.* 2. 1042. In litoribus Lani arenosis, & ad vias quandoque.


Conyzoides *Gesn.* Conyza cærulea acris *C. B.* 265. Senecio sive Erygeron cæruleus, aliis Conyza cærulea *J. B.* 2. 1043. Aster arvensis cæruleus acris *Turn* 481. In Lapicidina & alibi locis sterilioribus saxosis; it. in acclivitatibus pinguibus montis Weddenberg.

Typha palustris major *C. B.* 20. *J. B.* 2. 539. In piscina prope Badenburg/ & in fossa secundum hortos auff dem Sande.

* Sideritis flore albo, barba luteola *Riv.* Irr. M. arvensis latifolia glabra *C. B.* 233. glabra arvensis

J.

pag 154



A
B
C
D
E
F
G
H
K
I
L
Ternatea.

A
B
C
Lavatera.

J. B. 3.427. Betonica arvensis annua, flore ex albo flavescente *Turn.* 203. In Vineis Atspachensibus, & inter segetes æstivas circa pagum Rodheim. Sideritidis notas facit *Turnefortius*, labium superius surrectum, inferius vero tripartitum, & addit flores verticillatim disponi in alis foliorum, quæ plerumque cristæ modo incidantur & a ceteris differant. Quæ notæ, foliis exceptis, prorsus huic Verticillatæ conveniunt, florum etiam figura eadem cum illa Sideritide, quam in iconibus suis exhibet *Turnefortius*, atque Betonicæ porro labium superius minus quam hujus explicatum est, unde cur Betonicam vocet ignoro.

Asperula cærulea arvensis *C. B.* 334. Rubia cærulea erectior elatiorve *J. B.* 3. 719. Gallium arvense flore cæruleo *Turn.* 115. In agris circa pagum Wissec & versus Kœnigsbergam reperit *D. Ruppius*, mihi nondum obviam venit, unde an Gallii vel Asperulæ species sit, determinare nequeo.

Allium silvestre bicorne, flore obsoleto *C. B.* 74. bicorne proliferum, flore intus albescente, cum stria purpurascente externe *J. B.* 2. 560. In agris & locis gramineis; it. in vineis Atspachensibus. Hæc Bulbosa sui propagationem per bulbillos præcipue, qui in summis capitulis nascuntur, peragere videtur; idem valet de Allio campestri juncifolio.

Lolium graminеum spicatum caput tentans *J. B.* 2. 437. Gramen loliaceum spica longiore *C. B.* 9. frumentaceũ 4. Jung. *Fl. Alt.* Inter hordeum & avenam.

Alsine aquatica major, caule rigido fragili: Als. aquatica major *C. B.* 251. major repens perennis

J.

J. B. 3. 362. cui eadem est, Alſ. altiſſima nemorum *C. B.* 250. & Alſine maxima ſolanifolia *Mentz.* Alſ. Cochleariæ longæ facie *Merr.* Ad margines pratorum, in litoribus Lani ſabuloſis, & in ſepibus.

Spergula minor foliis Knawel, flore majuſculo albo: Alſine paluſtris Ericæfolia polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello *Plak.* 7. 4. nodoſa Germanica, *C. B.* 251. Pr. 119. Arenaria *J. B.* 3. 723. In pratis udis poſt molendinum Droenſe, & circa pagum Rœdgen, it. in paſcuis, locis humectis, ad pagum Annerodt.

Scorodonia *Riv.* Irr. M. Chamædrys fruticoſa ſilveſtris, Meliſſæ folio *Turn.* 205. Scordium alterum, ſive Salvia ſilveſtris *C. B.* 247. Scordotis ſive Scordium folio Salviæ *J. B.* 3. 293. In monte Dino, ſaltu Hangeſtein/ & nemore Lindano.

Angelica aquatica *Raj.* H. 434. paluſtris *Riv.* Irr. P. ſilveſtris major *C. B.* 155. ſilveſtris magna vulgatior *J. B.* 3. P. 2. 144. Imperatoria pratenſis major *Turn.* 317. Ad foſſas & rivulos.

Echinophora flore magno *Riv.* Irr. P. Caucalis arvenſis echinata magno flore *C. B.* 152. Lappula canaria flore pulchro magno albo *J. B.* 3. P. 2. 79. In agris circa pagum Groſſen-Buſeck; it. circa Schiffenbergam.

Serratula capite hirſuto, ſquamis pennatis: Jacea, cum ſquamis pennatis ſive capite villoſo, elatior & humilior *J. B.* 3. 29. latifolia capite hirſuto *C. B.* 271. In ſilva Lindana.

* Elichryſum ſeu Stœchas citrina anguſtifolia *C. B.* 264. Stœchas citrina tenuifolia Narbonenſis

J.


pag 157

TAB. XI.














Luffa.



Chelone.

J. B. 3. 154. Auff dem Venus-Berg/auff der der Haardt und Weddenberg.

* Absinthium vulgare majus *J. B.* 3. 168. Ponticum, seu Romanum offic. seu Dioscoridis *C. B.* 138. Circa Schiffenbergam.

Elatine *Riv.* Irr. M. folio acuminato in basi auriculato, flore luteo *C. B.* 253. femina folio anguloso *J. B.* 3. 372. Linaria segetum Nummulariæ folio aurito & villoso, flore luteo *Turn.* 169. In agris.

Jacobæa latifolia *J. B.* 2. 1057. Ad pratorum margines, in dumetis & sepibus, sed præcipue in nemore Lindano.

Gramen paniceum spicis nigris *C. B.* 8. Graminis Dentis canini spica divulsa tenuior nigra species *J. B.* 2. 491. In hortis circa pagum Wissec.

Gramen paniceum spica simplici, ἐλυμάγρωστις *C. B.* 8. paniceum spica simplici lævi *Raj.* H. 1261. Panicum silvestre dictum & Dens canis *J. B.* 2. 443. vulgare, spica simplici aspera *Turn.* 515. it. spica simplici & molliori *Ejusd.* Ib. In agris post messem.

Gramen paniceum spica divisa *C. B.* 8. Graminis genus quibusdam, Gallis Dens canis 2. sive Panicum silvestre spica divulsa *J. B.* 2. 443. Panicum vulgare, spica multiplici asperiuscula *Turn.* 515. In palustribus, v. gr. ad rivulum fundulorum, qua eum transit via Grunbergensis, majus, in agris minus occurrit. Spica, inquit *C. Bauhinus* in Pin. subinde singularis, non raro multiplex, eaque modo herbacei, modo atrorubentis coloris est; nobis adhuc semper multiplex observata. *Rajus* in Hist.

recte

recte Gramen paniceum spica aristis longis armata C. B. 8. quod Panicum vulgare, spica multiplici, longis aristis circumvallata *Turn.* 515. vocat, cum hoc idem facit.

* Artemisia vulgaris *J. B.* 3. 184. vulgaris major *C. B.* 137. Ad sepes ubique.

Scirpus foliaceus humilis: Gramen junceum minimum capitulo squamoso *C. B.* 6. Pr. 13. Ante Pinastretulum inter viam Steinbachensem & Annerodtensem situm, in monte Diaboli, & in Coryletis post silvam Hangestein.

Elatine folio subrotundo *C. B.* 252. mas folio subrotundo *J. B.* 3. 372. Linaria segetum Nummulariæ folio villoso *Turn.* 169. In arvis remotioribus.

* Polygonum latifolium *C. B.* 281. sive Centinodia *J. B.* 3. 374. Ad vias. In silvis umbrosis erectum & non ramosum, cum floribus per genicula rarioribus nobis observatum est.

AUGUSTO FLORENT.

* Euphrasia *J. B.* 3. 432. *Riv.* Irr. M. officinarum *C. B.* 233. In pratis copiose.

Filix mas aculeata nostras, alis expansis, muscosa lanugine aspersa *Pluk.* 180. 1. ad ramosam accedens palustris, muscosa lanugine aspersa, pinnulis acutioribus *Mor.* 3. In silva Lindana ad arbores & super harum truncos. An, quærit *Plukenetius*, Filix aculeata major *C. B.*? 558. Pr. 151. Filix Lonchitidi affinis *J. B.*? 3. 739. Forte etiam Filix mas non ramosa, pinnulis latis densis minutim dentatis *Ger. Em.*

Em. 1229. Nos, priusquam nomen & icon *Plukenetii* innotuerant, Filicem profundius dentatam, dentibus aculeatis aut spinosis vocabamus, & similem cum eo dubitationem fovebamus; *C.* tamen *Bauhinus* suæ radicem fibrosam tribuit, quod huic non adeo competit.

Cirsium acaulon flore purpureo *Turn.* 448. Carlina acaulos minore purpureo flore *C. B.* 380. Chamæleon exiguus Tr. *J. B.* 3. 62. Auff der Koller-Heyde.

Lactuca silvestris costa spinosa *C. B.* 123. silvestris sive Endivia multis dicta, folio laciniato, dorso spinoso *J. B.* 2. 1003. Auff der Haardt/ ad sepes & in aggeribus fossarum.

* Cichorium silvestre *J. B.* 2. 1007. silvestre sive officinarum *C. B.* 125. Ad vias sepesque floribus plerumque cæruleis; rarius albis provenit.

Aster montanus luteus, Salicis folio glabro *C. B.* 266. Conyza media Monspeliensis, quibusdam Asteris Attici genus, folio glabro, rigido *J. B.* 2. 1049. In prato silvatico Schiffenbergensi ejusve latere juxta dumeta & arbores.

Buphthalmum Tanaceti minoris foliis *C. B.* 134. Chamæmelum chrysanthemum quorundam *J. B.* 3. 122. Ad sepes & vias aliquando; circa Koenigsbergam abunde.

* Tanacetum vulgare luteum *C. B.* 132. vulgare flore luteo *J. B.* 3. 131. In aggeribus fossarum & circum prata.

* Nigella angustifolia flore majore simplici cæruleo *C. B.* 145. Melanthium capite & flore majore

J.

J. B. 3. 207. Inter Staphylinum in agris elatis ad pagum Rœdgen.

Aster parvus palustris, parvo flore globoso *Turn.* 483. Conyza major flore globoso *C. B.* 266. Conyzæ mediæ minor species, flore vix radiato *J. B.* 2. 1050. In fossis ad agrorum margines, & ad vias humidas, ubi per hiemem aquæ stagnarunt. *Rajus* in Hist. semina non papposa dicit, unde ad Corymbiferas secundum eum referenda foret, licet ipse sub Conyzis adhuc recenseat. Nostra observatione semina quidem in pappum non abeunt, nec pappus etiam seminibus interspergitur, pappi tamen loco multi pili, ceu pappus brevis, seminibus insident & flosculos circumstant, ut hac de caussa in Discoideatum papposarum genere perstare queat.

Conyzella: Conyza thyrsoides floribus minutis ramosa Jung. *Cat. H. Alt.* Canadensis annua acris alba Linariæ foliis *Bocc.* 85. Aster Canadensis annuus flore papposo *H. R. P.* Virga aurea Virginiana annua *Zan.* 205. *Turn.* 484. Ad Lani inferioris litora.

Sphondylium folio angustiore *Riv.* Itr. P. hirsutum foliis angustioribus *C. B.* 157. Pr. 83. In saltu Hangestein.

Cervaria *Riv.* Itr. P. Oreoselinum Apii folio majus *Turn.* 318. Daucus montanus Apii folio major *C. B.* 150. Libanotis altera quorundam, aliis Cervaria nigra *J. B.* 3. P. 2. 165. In confiniis Grüningensibus.

Impatiens *Dod.* 5. 1. 35. *Riv.* Itr. T. Balsamina lutea, sive Noli me tangere *C. B.* 306. Noli me tan-


TAB. XII.
Methonica.
Corispermum
Corraria.
Ficoidea
Jasminoides

tangere *J. B.* 2. 908. In occidentali latere silvæ Hangestem/ septentrionali vero Fageti. Ob fructum angustiorem & siliquosum quasi & semina oblonga a Balsamina, cui fructus turgidior & semina rotunda, genere distinguit *D. Rivinus*, quem sequimur; quando vero Idem vasculum huic herbæ quinquepartitum tribuit, ei consentire non possumus, cum nostra observatione conceptaculum aut siliqua non nisi unicapsularis sit, per maturitatem attactu in quinque partes dissiliens, quod *Turnefortius* Inst. p. 418. in Basaminæ genere, sub quo & hanc plantam locat, tribuit veluti musculis quibusdam, qui contractione sua semina propellant.

Radiola *Eph. Nat. Cur.* Cent. 5. & 6. App. Millegrana minima Ger. *Ray.* H. 1026. Ad Pinastretulum inter viam Annerodtensem & Steinbachensem ante silvam Gissensem

Veronica spicata, foliis Veronicæ officinarum *Eph. N. C.* Cent 6. Obs. 38. Veronica spicata recta major & minor *J. B.* 3. 282. Loco pascuo in margine silvæ Gissensis, versus prata Ulifelum/ ad viam, quæ ad pagum Rœdgen ducit. Plantæ hujus enodationem vide allegato Ephem. Germ. loco; figura autem & reliquæ, quas ibi exhibuimus, non satis accuratæ, multo minus nitidæ sunt, a Chalcographi cujusdam puero dubio procul sculptæ.

Centunculus *Eph. N. Cur.* Cent. 5 & 6. App. Alsine palustris minima, flosculis albis, fructu Coriandri exiguo *Mentz.* Ad Pinastretulum inter viam Annerodtensem & Steinbachensem ante silvam Gissensem, & in arenosis Lani litoribus.

Lappa major montana, capitulis tomentosis, sive Arctium Diosc. *C. B.* 198. Personata altera cum capitulis villosis *J. B.* 3. 571. In silva Hangestein, & in montis Dini latere occidentali. Huic speciei *Rajus* in Hist. capitula minora tribuit, verum nostra majora, quam vulgaris, habet totaque altius assurgit, ita ut humanam altitudinem æquet & superet etiam.

Nasturtium supinum capsulis verrucosis *Raj.* M. 98. silvestre capsulis cristatis *Turn.* 214. Ambrosia campestris repens *C. B.* 138. Coronopus Ruellii, sive Nasturtium verrucosum *J. B.* 2. 919. In litoribus Lani arenosis. Planta hæc duabus insignibus notis ab omnibus sui generis diversa est; nam capsulæ ejus verrucosæ sunt, & flores atque vascula non in summitatibus caulium nullis intermixtis foliis locantur, sed ex adverso foliorum alternorum glomeruli exsurgunt, qui postea delapsis floribus ad vasculorum augmentum in spicas plerumque biunciales abeunt, secus ac non modo in Nasturtio quovis, sed & omnibus aliis Tetrapetalis siliquosis fit. Tamen Nasturtiorum familiæ accenseri debere vascula præcipue testantur, quæ in singulis cellulis singula continere solent semina, & licet compressa magis quam aliorum sint, ala tamen foliacea destituuntur & bifida non sunt, ut Thlaspi vascula.

Trifolium fragiferum Frisicum, folio cordato, flore rubro *Mor.* 2. 144 fragiferum Frisicum *Clus.* *C. B.* 329. caule nudo, glomerulis glabris Cherleri *J. B.* 2. 379. In pratis udis Aa, prope pagum Rœdgen, & in prato Schiffenbergensi. Me-

Melilotus capſulis reni ſimilibus, in capitulum congeſtis *Turn.* 407. minima *Riv.* Irr T. lutea minima hirſuta procumbens, ſpica breviori denſiſſime diſpoſita, ſeminis pericarpio renali nigro *Mor.* 2. 162. Trifolium pratenſe luteum capitulo breviore *C. B.* 328. pratenſe luteum mas, flore minore ſemine multo *J. B.* 2. 380. In agris & hortis.

* Portulaca anguſtifolia ſive ſilveſtris *C. B.* 288. ſilveſtris minor ſive ſpontanea *J. B.* 3. 678. In hortis.

* Gramen ſilvaticum hirſutum, ſpica nutante. In ſilva Hangeſtein. Ad polyſtachia pertinet Gramina.

Ægilops minor panicula rariore, locuſtis majoribus: Hordeum murinum *Tab.* ic. L. 1 p. 529. Forte Feſtuca avenacea ſterilis, ſpicis erectis *Bob.* in Raj. M. 180. avenacea ſterilis pediculis brevioribus & ſpicis erectis *Sher. Mor.* ap. Raj. in Suppl. 611. Ad vias omnes.

Scirpus foliaceus elatior & ſilvaticus. Locis udis & umbroſis ſilvæ Schiffenbergenſis

* Juncus foliatus minimus *J. B.* 2. 235. exiguus montanus mucrone carens *C. B.* 12. Pr. 22. *J. B.* 2. 521. Forte Gramen juncoides tenuiſſimum ſubfuſcis torulis, apiculis carentibus, præditum *Lob.* 68. In monte Diaboli, & in elatis montoſis paſcuis prope pagum Groſſen-Buſeck.

Atriplex vulgaris anguſtifolia cum folliculis *J. B.* 2. 973. anguſto oblongo folio *C. B.* 119. ſpuria folio oblongo anguſto *Volck.* Ad prata in aggeribus foſſarum.

Nymphæa alba minor *J. B.* 3. 773. *C. B.* 193. In piſcinis Lichenſibus.

Blitum album majus *C. B.* 118. pulchrum magnum album *J. B.* 2. 967. Auff dem Sande und Hamm. Flores a fructu remoti sunt in eadem planta & semina etiam nuda non sunt, unde minus bene collocatur a *Rajo* in Meth. Em.

Pilosella major erecta *C. B.* 262. minori flore, hirsutior & elatior, non repens *J. B.* 2. 1040. Hieracium Pilosellæ folio erectum majus *Turn.* 471. Ad mœnia & muros.

* Virga aurea vulgaris latifolia *J. B.* 2. 1062. aurea angustifolia minus serrata *C. B.* 268. In silva Lindana.

Doria *Gesn.* Virga aurea major, vel Doria *C. B.* 268. Alisma Monspeliensium, sive Doria *J. B.* 2. 1064. Jacobæa pratensis altissima Limonii folio *Turn.* 485. Ibidem.

Filago minor latioribus & tomentosis foliis: Gnaphalium minus latioribus foliis *C. B.* 263. In silva Hangestein ante Lapicidinam.

Cyperus minimus, panicula sparsa subflavescente *Turn.* 527. Gramen cyperoides minus, panicula sparsa subflavescente *C. B.* 6. pulchrum parvum, panicula lata compressa *J. B.* 2. 470. Circa fontem silvæ Hangestein; it. in Coryletis udis post eandem silvam, & in humidis pratorum ad viam Grossenbuseccensem, ut & in pratis post pagum Rodheim.

Cyperus minimus, panicula sparsa nigricante *Turn.* 527. Gramen cyperoides minus, panicula sparsa nigricante *C. B.* 6. parvum pulchrum, panicula compressa nigricante *J. B.* 2. 471. Circa fontem silvæ Hangestein.

Scir-

Scirpus minimus capitulis Equiſeti: Juncellus omnium minimus capitulis Equiſeti R. Plot. *Raj.* H. 1306. *Pluk.* 40. 7. In litoribus Lani, a quibus aqua non ita diu receſſerat, ſolo adhuc udo denſa ſuperficie provenientem obſervavi.

Polygonum erectum humile, foliis orbum. Poſt ſilvam Giſſenſem ad viam Grunbergenſem, & paſſim alibi viarum locis glareoſis.

Polygonum anguſtis foliis, calicibus purpuraſcentibus. Poſt meſſem in agris ſaxoſis Annerodtenſibus. Alia Polygona varietate foliorum, ramulorum, florumque diverſa, plurima (ſi exactam inſtituas differentiam) paſſim in Germania reperiri, vere aſſerere *Mentzelium* in Pugillo Pl. Rar. duo hæc teſtatum faciunt.

*Artemiſia alba *Tab.* 1. 26. vulgaris major, caule ex viridi albicante C. B *Turn* 460. Ad ſepes paſſim. Hæc ex obſervatione *Tabernæmontani*, *Cupani* apud *Rajum* in Suppl. Hiſt. Pl. & noſtra a rubra ſeu vulgari differt caule albo, ſtatura breviore, foliis vero majoribus & latioribus, (*Cupanus* breviora & rotundiora, nec in tam longas lacinias diviſa dicit, *Tabernæmontanus* folia longiora pingit) ſed præcipue floſculis luteis & florendi tempore ſeriori. Id porro obſervatione dignum eſt, utriuſque Artemiſiæ flores ex floſculis diverſæ figuræ compactos eſſe: Interiores nempe in quinque lacinias dividuntur & tubuloſi ſunt, exteriores, qui minores multo, in duas treſve tantum lacinias, ſi accurate advertas, inciſi ſunt, & ſtili quaſi nudi videntur,

per microſcopium tamen non minus ac illi tubuloſi apparent & ſtilum in medio continent, qui an utriculo etiam farinam continente includatur, in tanta parvitate ægre contemplari licet; utrique ſane ſeminibus inſident. Diverſitatem etiam hanc advertit *Turneſortius* (vid. Inſt p. 460. & Tab. 260.) in Artemiſia, nos vero ulterius & Abſinthii, & Baccharidis, & Filaginis, & Tanaceti flores ex floſculis difformibus conſtare deprehendimus, quos æri incidi curabimus in Hiſt. Plant. circa Giſſam naſcent.

* Perſicaria acris ſeu Hydropiper *J. B.* 3. 780. urens ſeu Hydropiper *C. B.* 101. In foſſis, & locis humidioribus ſilvæ Giſſenſis.

Perſicaria anguſtifolia *C. B.* 101. Pr. 43. anguſtifolia ex ſingulis geniculis florens *Muſ. Pet.* Cent. 1. n. 90. apud. *Raj.* in Suppl. 117. In foſſis pratorum Aa, & alibi.

Perſicaria minor *C. B.* 101. Paſſim locis paluſtribus, v. g. loco udo ante Pinaſtretum novum.

Aſter luteus hirſuto Salicis folio *C. B.* 266. tert. Pannonicus Cluſ. luteus, folio hirſuto Salicis *J. B.* 2. 1047. Ad paludem ante hortos, poſt diverſorium, Pulvermühl vocatum.

Verbeſina *Geſn.* ſive Cannabina aquatica, flore minus pulchro, elatior ac magis frequens *J. B.* 2. 1073. Cannabina aquatica folio tripartito diviſo *C. B.* 321. Bidens foliis tripartito diviſis *Turn.* 462. In foſſis & locis humectis.

Verbeſina nutante flore: Conyza capite nutante *J. B.* 2. 1055. Cannabinæ aquaticæ ſimilis,

ca-

capitulis nutantibus *C. B.* 321. Pr. 138. In fundulorum rivulo.

Verbesina puchriore flore luteo *J. B* 2. 1074. Bidens folio non dissecto *Turn.* 462. Cannabina aquatica folio non diviso *C. B.* 321. Ad ripam Lani.

Verbesina minima: Eupatorium cannabinum palmare & angustifolium *Merr.* Loco udo circa fontem in silva Hangestein/ & post silvam Gissensem ad viam Grunbergensem. *Verbesinæ* nomen ante *Turnefortium* jam receptum fuit, & non tantum elegantius est, sed & magis conveniens; cum, si accurate advertas, plures plerumque quam duo dentes in seminum summitate compareant, ut *Bidentis* nomen huic generi minus apte tribuatur. *Hermannus* ad Chrysanthema non adeo bene retulit. *Knautius* Meth. p. 128. 29. eas Verbesinas, quæ flore nudo sunt, *Cannabinas* vocat, reliquas radiatas *Bidentes* dicendas existimat, verum neutrum nomen naturæ rerum respondet, nec ratio ejus a florum figura, radio differente, desumta sufficit, nec auctoritas ejus tanta, ut plantæ omnium Botanicorum consensu congeneres pro ipsius arbitrio separentur, & ad diversa non solum infima, sed & summa genera transferantur.

Carlina silvestris vulgaris *Clus* H. *Turn.* 500. silvestris quibusdam, aliis Atractylis *J. B.* 3. 81. Cnicus silvestris spinosior *C. B.* 378. Ad viarum margines & in pascuis siccis.

* Hedera major sterilis *C. B.* 305. it: Hed. arborea *C. B.* 305. communis major & minor *J. B.* 2. 111.

Ad arbores sterilis & helix, fertilis arborea & corymbosa ad scopulos præruptos in latere occidentali silvæ Hangestein occurrit.

* Lappa major, Arcium Diosc. *C. B.* 198. Personata sive Lappa major aut Bardana *J. B.* 3. 570. Passim ad vias.

Serratula *C. B.* 235. *J. B.* 3. 23. Jacea nemorensis quæ Serratula vulgo *Turn.* 444. In nemore Lindano, & in confinibus agri Gruningensis. Foliis plus minusve incisis & serratis plurimum variat, ut notat *C. Bauhinus* in Pinace.

* Sanguisorba major flore spadiceo *J. B.* 3. P. 2. 120. Pimpinella Sanguisorba major *C. B.* 160. In pratis abunde.

* Mentha palustris verticillata. Forte Mentha aquatica, Pulegium mas dicta *Turn*? 190. Pulegium latifolium alterum *C. B.* 222. mas Plin. *J. B.* 3. 256. Ad aquas passim.

* Mentha palustris verticillata major. In aquæ ductu ad molam, it. ad ripam Lani. Prioris forte varietas tantum est.

* Mentha palustris spicata *Riv.* Irr. M. rotundifolia palustris, seu aquatica major *C. B.* 227. aquatica sive Sisymbrium *J. B.* 3. P. 2. 223. In stagnis ante Insulam.

* Anacampseros, vulgo Faba crassa *J. B.* 3. 681. Telephium vulgare *C. B.* 287. Ad sepes, & in agris ante portam meridionalem inter Avenam.

Chenopodium, Pes anserinus 1. *Tab.* 2. 137. *Turn.* 506. Atriplex silvestris latifolia *C. B.* 119. dicta Pes anserinus *J. B.* 2. 975. Solanum 4. Tragi, Atri-

Atriplex silvestris lethalis *Fabr.* p. 31. n. 22. Ad sepes.

Chenopodium, Pes anserinus 2. *Tab.* 2. 137. *Turn.* 506. Atriplex silvestris latifolia acutiore folio *C. B.* 119. dicta Pes anserinus alter seu ramosior *J. B.* 2. 976. Ibidem, sed præcipue circa pagos.

* Sisymbrium aquaticum *Matth.* Sisymbrium Cardamine, sive Nasturtium aquaticum *J. B.* 2. 884. Nasturtium aquaticum supinum *C. B.* 104. In prato Schiffenbergensi & ad fontes vicinos; it. post silvam Hangestein.

* Scabiosa integrifolia glabra, radice præmorsa *Herm.* H. L. B. folio integro glabro & hirsuto, flore cæruleo, albo & incarnato *Turn.* 466 Succisa glabra & hirsuta *C. B.* 269. sive Morsus Diaboli *J. B.* 3. 11. In pratis omnibus & in silva Lindana copiose. *Knautius* Meth. p. 135. 136. herbas Scabiosis annumerari solitas dividit & a florum figura diversa in tria genera distinguit, quorum primum vocat Succisam, alterum nominat Psoram, (Scabiosam nempe *Offic.*) tertium dicatum est Scabiosæ, quam floribus quinquefidis a reliquis differre statuit, Succisæ vero flores ejusdem magnitudinis & figuræ tribuit, quibus tum a Psora, (quæ inæquales habeat) cum a Scabiosa (quæ præterea quinquefidos obtineat flores) differat. Videri hic posset Vir iste bona loquutus, cum a florum differentia distinctionis notas petat. Enimvero cum hac ratione genus Scabiosæ, pluribus attributis, habitu externo & communi majorum Botanicorum consensu idem & conveniens, nimis distrahendum

sit, ita ut tot fere genera, quot Scabiosæ species sunt, instituì debeant, merito id immotum relinquendum est; ne memorem, quam inauspicato is nomen officinale immutet. Nec vero irregularitatem vel difformitatem aliquam ex Knautiana definitione quis reperiat in Succisæ floribus, & præterea male is tria hæc genera Tabulæ secundæ florum Compositorum seu, ut ipse vocat, Aggregatorum infert Qualem enim horum flores, qui calicibus privatis insident & staminibus atque apicibus donantur, verique adeo flores sunt, cum Semiflosculis florum hujus Tabulæ similitudiné obtinent? Simili & eadem de caussa errat *Turnefortius*, quando Inst. p. 463. & seqq. Scabiosam & Dipsacum Floribus flosculosis accenset, (ubi merito aliquis quærat, cur non ad Infundibuliformes potius, cum simili figura gaudeant horum flores, retulerit?) nec *Raji* institutum, Corymbiferis affines facientis, placet. Cum enim veris floribus, non flosculis, nec semiflosculis constent hæ herbæ, a Compositorum florum censu merito abesse debent. Nos eas referimus ad herbas Gymnomonospermas seu Genus plantarum X. *Raji*, quarum notæ statui possunt, flores monopetali, infundibuliformes, in capitula collecti & calice communi, e simplici, duplici, vel triplici foliorum circulo constante, comprehensi: singuli etiam flores calice privato, nunc simplici, nunc infundibuliformi donantur, & sunt plerumque inæquales & difformes, exteriores nempe interioribus majores & bilabiati quasi, nunc in quatuor, nunc in quinque lacinias divisi; In aliis porro spe-

speciebus flores uniformes & ejusdem magnitudinis observantur, licet segmenta florum inæqualia etiam observentur.

Hypericon Ascyron dictum caule quadrangulo *J. B.* 3. 382. Androsæmon alterum foliis Hyperici, quod aliquibus Hypericoides *C. B.* 280. In pratis udis circa Waldbrunn.

Salix folio amygdalino utrinque virente aurito *C. B.* 473. folio auriculato splendente flexilis *Raj.* H. 1420. In salicetis.

Erica vulgaris glabra *C. B.* 485. vulgaris humilis sempervirens, flore purpureo & albo *J. B.* 1. 354. Locis arenosis in pascuis siccioribus minor & humilior, in silvæ Lindanæ putridis & spongiosis locis major provenit; flore est plerumque purpureo, nonnunquam albo in nemore Lindano reperitur.

Hieracium minus glabrum foliis eleganter virentibus *C. B.* 127. n. 10. Pr. 63. In agris Wissecensibus, retro pagum, versus silvam Hangestein.

Hieracium fruticosum angustifolium minus *Eph. Nat. Cur.* Cent. 5. & 6. App. Forte Hieracium fruticosum minus *C. B.* 129. Pr. 67. In pratis udis & spongiosis circa Waldbrunn; it. in Alneto & silva Gissensi. Variat magnitudine. Ad Costam pertinet.

Gramen pratense serotinum, panicula longa purpurascente *Raj.* H. 1288. pratense spica Lavendulæ *Merr.* paniculatum auctumnale, panicula angustiore, ex viridi nigricante *Turn.*. 521. In pratis humidioribus. Gramen hoc *Turnefortius*, novarum specierum alias non parcus, Graminis arundinacei, eno-

enodis, majoris montani *C. B.* 7. varietátem tántum esse perperam existimat Inst. p. 521.

Parnassia vulgaris & palustris *Turn.* 246. Gramen Parnassi albo simplici flore *C. B.* 309. Gr. Parnassi Dodon. quibusdam Hepaticus flos *J. B.* 3. 537. In pratis palustribus.

* Anacampseros purpurea *J. B.* 3. 682. Telephium purpureum majus *C. B.* 287. In hortorum sepibus.

Gentiana pratensis flore lanuginoso *C. B.* 188. Gentianellæ species quibusdam, an Cordo Pneumonanthe? aut Gentiana fugax altera Clusii? *J. B.* 3. 526. ubi Jo. Bauh. hanc & Gentianam autumnalem ramosam *C. B.* pro una describere & depingere videtur; & sane eadem planta modo major & ramosior, modo humilior & non ramosa occurrit. In collibus & pascuis siccioribus circa pagum Annerodt & Steinbach, ante silvam Gissensem, in prato Schiffenbergensi, & post silvam Hangestein.

Orchis spiralis *Riv.* Irr. H. spiralis alba odorata *J. B.* 2. 796 Triorchis alba odorata minor *C. B.* 84. In pascuis siccioribus post & ante silvam Gissensem, non procul ab argillaceis fodinis. Licet flores calcari careant, ob convenientiam tamen in reliquis notis Orchidis species censenda est.

Raphanistrum segetum flore luteo vel pallido *Turn.* 230. Lampsana flore melino *Tab.* Rapistrum flore luteo, siliqua glabra articulata *Raj.* H. 805. In Rapinis.

Hoc quidem tempore, æstate se in autumnum præcipitante, Fungorum regnum oritur, & in prima frigora & hiemem usque durat: Merulins

&

& alii nonnulli vere proveniunt, qui per æstatem & calores compareant, pauci sunt, unde nos quidem huic vel sequenti mensi Fungos adscribere possemus; tamen quoniam Septembri aliquot florere solent herbæ, quibus October & November fere destituuntur, ne hos vacuos relinquamus, omnes sub iis Fungos recensebimus, Septembris vero plantas seorsim trademus, maxime quod Octobri copiosissimi Fungi compareant: qui aliis mensibus prodeunt, eorum tempus notabimus, si vero nullum fuerit additum, October aut November intelligendus erit.

SEPTEMBRI FLORENT.

Veronica repens Nummulariæ folio. Locis umbrosis & elatis in silva Hangestein.

Filago humilior capitulis conglobatis, summitatibus aut apicibus nonnihil lucentibus: Gnaphalium majus lato oblongo folio *C.B.* 263. Gn. 2. Plateau *Clus.* Hujus iconem habet *Plukenetius* Ph. T. 31. F. 6. ubi Gn. ad Stœchadem citrinam accedens *J. B.* 3. 160. Elichrysum silvestre latifolium capitulis conglobatis *C.B.* 264. cum hoc idem facit. Juxta Lanum ad viam Wetzlariensem, quæ ad Alnetum ducit.

Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice succisa, minimum. In agris Gruningensibus.

Alsine folio gramineo angustiore palustris. Locis udis & in fossa prati illius magni, ad viam Schiffenbergensem siti, in margine silvæ Gissensis.

Geranium Pimpinellæ folio; Geranium Robertia-

tianum *Riv* Irr. P In agris. Variat magnitudine; est enim majus, quod exhibetur a *D. Rivino*, & minus quod magis frequens. Mirum vero *D. Rivino* ignotum fuisse Geranium Robertianum *Officinarum* & omnium *Auctorum*, cum planta hæc passim obvia & ad figuras collata non possit non cognosci, si modo sola attendamus folia, quando alias in descriptionibus binarium in singulis pediculis florum numerum minus quondam observaverunt; habet enim hoc Geranium flores in pediculis communibus plures eosque inæquales seu, ut interpretatur *D. Rivinus*, irregulares, cum Robertiani veri bini saltem in pediculo communi compareant, & ii quidem æquales &, ex sententia etiam Riviniana, regulares; ut Robertiani odor gravis non adducatur.

Gramen avenaceum, utriculis lanugine flavescentibus *Turn.* 525. Festuca utriculis lanugine flavescentibus *C. B.* 10. Ægilops quibusdam aristis recurvis, sive Avena pilosa *J. B.* 2. 433. In agris ubi Tabacum plantatum fuerat. Aristarum pars inferior infra curvaturam fili cannabini instar torta est, unde pro vario aeris statu superior ejus pars varium situm acquirit & hygrometri ideo usum præstare potest.

Juncus palustris humilior, erectus *Turn.* 246. Gramen nemorosum caliculis paleaceis *C. B* 7. alterum juncoides, seu Bufonis Flandricum, Holostium Matth. *Lob.* 70. Holostium Matth. junceum *J. B.* 2. 510. Silvarum locis humidioribus passim copiose, annis præcipue humidioribus, ubi late omnia obducere solet.

* Thilypteris, Filix femina *Cord.* Filix ramosa

ma-

major pinnulis obtusis non dentatis *C. B.* 357. major & prior Tr. sive ramosa repens *J. B.* 3. 735. In silva Lindana sparsim parce & duobus tantum fere locis provenit, altero nempe marginali, qui versus Kleinen-Linden spectat, & altero item marginali, versus pagos Watzborn und Steinberg.

Hippuris mucosa, setis per extremum stellatis *Eph. N. C.* Cent. 5. & 6. App. p. 58. In fodinis argillaceis.

Hippuris setis bifurcis *Eph. N. C.* Ibid In lacunis pratorum juxta Daubenti änck.

Arundo vulgaris, sive φραγμίτης Diosc. *C. B.* 17. vulgaris palustris *J. B.* 2. 485. Ad ripam Lani & fossam oppidanam copiose.

* Elichrysum, seu Stœchas citrina latifolia *C. B.* 264. Stœchas citrina Germanica latiore folio *J. B.* 3. 153. In silva Gissensi ad viam Steinbachensem. Flos ejus, non minus ac prioris angustifolii, perennitate & immarcescibili coma cum Amarantho quovis certat.

Colchicum *J. B.* 2. 649. commune *C. B.* 67. In pratis copiose. Variat aliquando flore albo. Anno sequenti folia subsequuntur, & post folia semina, quæ post medium Junium matura fiunt. Flores hexapetalos faciunt *Ammannus*, *Morisonus*, *Hermannus* & *Volckamerus*, sed rectius hexapetaloides, seu monopetali in sex segmenta profunde divisi, statuuntur cum *Turnefortio* & *Rajo*.

* Polygonum brevi angustoque folio *C. B.* 281. angustifolium duplex *J. B.* 3. 376. Ad vias. Pro varietate tantum vulgaris Polygoni habet *Rajus* in

Hist.

Hist. verum cum id multo serius floreat, folia minora, flores vero magis niveos habeat, & multo præterea, quam vulgare, ramosius sit, pro diversa specie haberi potest.

Gentiana cærulea oris pilosis *Turn.* 81. Gentianella cærulea oris pilosis *C. B.* 188 Gentianula lanugine ad singulorum foliorum floris lacinias donata, flore quadripartito *J. B.* 3. 525. In nemore Lindano Octobris fine conspicitur & agmen claudit, perfectiorum florum omnium postrema.

Eruca latifolia *C. B.* 98. Pr. 39. Erysimum latifolium, foliorum laciniis triangularibus *Raj. H.* In hortis auff dem Nahrungsberg.

Sonchus leucographus. In dumetis der Haardt. Hæ duæ plantæ posteriores Novembri, prior ejus medio, posterior circa finem; cum jam gelu terra constringi cœpisset, nobis aliquando observatæ, postea non amplius obviam factæ sunt, unde erraticæ potius & anomalæ, Sonchus præcipue ille, quam Gissensis agri propriæ esse videntur.

OCTOBRI ET NOVEMBRI

vigent potissimum FUNGI, & MUSCI etiam non pauci, quos Decembri, Januario & Februario, quibus mensibus plerique omnes lætissime crescunt, dicabimus. Utrosque, cum valde numerosi sint, ad clariorem cognitionem in certas Classes & Genera distinguemus.

FUN-

FUNGI PILEATI ET PEDICULO DONATI.

I. *Lamellati.*

I. *Esculenti.*

Fungos pileatos lamellatos *Amanitas*, porosos *Boletos*, ad clariorem distinctionem, nominabimus. Inter Amanitas maxime noti sunt, qui a natali solo Campestres ex Gallico, Pradelli vero ex Italico idiomate vocantur; quibus fere proprium est, ut pediculo brevior & lamellis rubentibus constent. Existimamus quidem non cuilibet Fungo peculiare nomen, ob eorum multitudinem tribui debere, ii tamen, qui plures species, si non mavis varietates, sub se comprehendunt, & insignem usum obtinent, peculiare nomen ferre possent. Ita Campestres, Amanitæ campestres aut Pradelli, & qui hos sequuntur, Kremlingæ non inepte dici poterunt. Differunt hi a Pradellis, pilei membrana tenuiore, carne delicatiore & teneriore, lamellisque candidis.

Amanita campestris alba superne, inferne rubens: Fungus campestris albus superne, inferne rubens *J. B.* 3. 824. pileolo lato & rotundo livido *C. B.* 370. n. 13. parum rubens inferne, pileo albo plano, quandoque umbilicato *Sterb.* p. 28. T. F. In pascuis & pratis sicciotibus Heuchelheimensibus & Launspachensibus Augusto & Septembri.

Amanita campestris fusca superne, inferne coralliformiter rubens: Fungus campestris fuscus

M su-

ſuperne, inferne coralliformiter rubens *Sterb.* p. 28. T. A. In ſilva Giſſenſi juxta viam Schiffenbergenſem Auguſto & Septembri.

Amanita divi Georgii: Fungi divi Georgii *Sterb* p. 31. T. 1. G. divi Georgii, coloris exalbidi cum pauca flavitie, eſculenti pratenſes *J. B* 3. 824. Fungus orbicularis exalbidus pratenſis *C. B.* 370. n. 4. In luco Philoſophico Aug. & Sept. Campeſtribus annumerat *Sterbeeckius*, a quibus tamen lamellis albis differt.

Amanita Kremlinga pileo rubro, aut rubore ſaltem aſperſo: De roſſe off Palmenhoute Fungi, i. e. Fungi rufi *Sterb.* p. 66. T. 5. B. Fungi rufeſcentes ſilvarum eſculenti *J. B.* 3. 829. Fungi pileolo lato & rotundo 4. ſpecies *C. B.* 370. n. 12. In luco Philoſophico & ſilva Lindana Auguſto.

Amanita Kremlinga alba. Ibidem.

Amanita Kremlinga pileo purpureo: Fungus ſilvarum aſper eſculentus 3. ſeu purpureus *J. B.* 3. 827. F. umbilicum referentis variegati 4. ſpecies *C. B.* 370. n. 8. Sept. In ſilva Philoſophica. Vid. *Sterb.* p. 72. T. 6. D.

Amanita Kremlinga magna aſpera vireſcens: Fungus magnus viridis *Sterb.* p. 67. T. 5. C. ſilvarum aſper eſculentus 1. ſeu ex albo vireſcens *J. B.* 3. 827. F. umbilicum referentis variegati 3. ſpecies *C. B.* 370. n. 8. In luco Philoſophico, Julii fine.

Amanita lata flaveſcens: Fungus croceus magnus *St.* p. 63. T. 4. C. pallidus *J. B.* 3. 832. pileo lato orbiculari flaveſcente *C. B.* 370. n. 11. In ſilva Lindana, Julii fine.

Ama-

Amanita pallide lutea, lacte aquoso non acri turgens. Julii fine in silva Lindana & alibi.

Amanita lateritii coloris, croceo succo turgens: Rödling oder Reitzker croceo succo turgens *C. Alt.* In Pinastreto Badenburgensi.

Amanita plana, orbiculata, aurea: Fungus ovinus *St.* p. 64. 65. T. 4. D. E. F. planus obiculatus aureus *C. B.* 371. n. 23. F. lutei magni, dicti Laseras, speciosi *J. B.* 3. 831. In nemore Lindano & Philosophico, Julio.

Amanita lutea oris contortis: Auricula leporis lutea, de Geilhasenoor, oft beter, Seeme-leire fungi *Sterb.* p. 59. 60. 61. T. 4. B. B. Fungus luteus seu pallidus, Chanterelle dictus, se contorquens esculentus *J. B.* 3. 832. angulosus & velut in lacinias sectus *C. B.* 371. n. 20. In silvis plerisque.

Amanita punicea seu e fusco purpurea, sine lacteo succo, crassa & magna: Fungus anguineus *St.* p. 189. T. 18. D. Julii initio in silva Hangestein.

Amanita piperata alba, lacteo succo turgens: Fungus piperatus albus, lacteo succo turgens *J. B.* 3. 825. albus acris *C. B.* 371. n. 27. esculentus acris, lactei succi & coloris *C. Alt.* umbilicosus lactescens *St.* p. 116. sine ic. In Fageto, silva Schiffenb. & Lindana, Julio & serius.

Amanita piperata fusca, lacteo succo turgens: Fungus lactescens non acris *Dood.* In silva Hangestein & Fageto.

Amanita subfusca oris laceris: Fung. lividus lacerus *St.* p. 87. T. 9. A. pileolo plano subfusco, oris laceris *C. B.* 371. n. 16. Fungi laceri silvestres

esculenti, subfusci coloris, inferne candicantes *J. B.* 3. 831. In Luco novo & silva Schiffenbergensi Augusti fine.

Amanita pileo plano orbiculari fusco-cinereo, pediculo & lamellis albis. In silva Gissensi, & in pascuo sicco ante dictam silvam ad viam Schiffenbergensem.

Amanita sicca & levis, pileo magno plano, orbiculari, pediculo longo, plerumque bulbiformi: Fungus coronatus aut marmoreus *St.* 77. T. 7. A. pileolo lato, longissimo pediculo variegato *C. B.* 371. n. 24 Fungi longissimo pediculo candicantes, sed maculati, esculenti *J. B.* 3. 826. In silva Gissensi, Badenburgensi, & Lindana.

Amanita sicca & levis, pileo parvo plano orbiculari, pediculo brevi non bulbiformi. In pascuo sicco inter silvam Gissensem & prata Urselum.

Amanita fasciculosa alba, ad arborum radices: Fungus umbilicatus, parvus & multiplex *Turn.* 557. Fungorum unus, sive Fungus racemus *St.* p. 103. T. 12. B. Fungi plures simul, albi, ad arborum radices, esculenti *J. B.* 3 834. umbilicum exprimentes, plures simul, albi *C. B.* 370. n 7. Julio in silva Hangestein parte humiliore.

Amanita fasciculosa purpurascens, arborea: Fungi castanei, sive rufi, limbo inverso *St.* 104. T. 12. C. D. Super Fagorum antiquarum caudices inter Muscos ex ipso ligno Sept. in silva Hangestein.

2. *Noxii.*

Amanita palustris sanguinei coloris: Fungus

par-

parvus purpureus perniciosus *St* 217. T. 22. H. ruber & perelegantis coloris *J. B.* 3. 846. orbicularis in palustribus *C. B.* 374. n. 37. In pratis udis circa Waldbrunn/ Junio.

Amanita exigua sanguinei coloris: Fungus minimus, capitulo conico, rufescens lamellis subtus paucis *Raj.* Suppl. 19. Inter Muscum & depasta Gramina in silva Gissensi, Septembris initio.

Amanita muscaria miniata: Fungus muscarius miniatus *St.* 215. T. 22 B.C. Fungi muscas interficientis 3. species aut varietas *C. B.* 373. n. 19. In Piceto retro hortos des Nahrungbergs.

Amanita muscaria turbinata miniata. Inter silvam Badenburgensem & Hangestein.

Amanita parva, capitulo conico, violacei dilutioris coloris. Augusti fine in opacis silvæ Schiffenbergensis.

Amanita dura, ex fusco rubens, quercina. In silvis.

Amanita parva, galericulata, rufa: Fungus parvus, parvi galeri formam exprimens, rufus *C. B.* 371. n. 27. vaccinus *St.* 210. T. 21. C. In silva Gissensi & Schiffenbergensi.

Amanita major rubescens aut subfulva, pediculo brevi, lamellis crebris albentibus: Fungus major, pediculo brevi, crasso, lamellis crebris albentibus *Rai.* H. 95. Ad Quercus in silva Stelzenmorgen Junio.

Amanita citrini coloris. In silva Schiffenbergensi.

Amanita coniformis, sordide fulva: Fungus

ſordide fulvus, in acutum conum faſtigiatus *Raj.* H. 100. In ſilva Giſſenſi ad Fagos.

Amanita minima e Lichene naſcens. Septembri ad fundulorum rivulum.

Amanita pileo ex citrino ſubfuſci coloris, lamellis albis. In ſilva Giſſenſi, Septembri.

Amanita galericulata aut obtuſe coniformis, lutea. In ſilva Giſſenſi.

Amanita arborea mollis, coloris exacte crocei. In arboribus.

Amanita parva, flavo-fuſci ubivis coloris. Locis gramineis & ad vias.

Amanita vireſcens. In umbroſis ſilvæ *Hangeſtein*.

Amanita minima muſcoſa: Fungus minimus, Adianti aurei pediculis &c. *Sher.* ap. Raj. S. p. 19. caule nigro capillari, Androſaces capitulo *Bocc.* M. p. 134. T. 104. Sept. in ſilva Schiffenbergenſi.

Amanita parva pileolo & lamellis albidis ex livido, pediculo ruſeſcente, tenui, concavo. Auguſto in colle Veneris.

Amanita coniformis, ex livido flavicans, lamellis reticulo obvelatis. Auguſti fine in ſilvis.

Amanita obtuſe coniformis, cinerea aut ex livido nigricans, utrinque ſtriata: Fungus 4. vulgo Paddenſtul *Panc.* parvus galericulatus, ſtriis lividis aut nigris *Raj.* H. 98. In viis gramineis Septembri.

Amanita ex livido albicans, oris intus converſis: Fungus latus orbicularis cineraceus pernicioſus *St.* 195. T. 19. C. latus orbicularis, oris intus converſis *C. B.* 373. n. 21. Fungi a ſue appellati, al-

albi sed maculati, silvestres perniciosi *J. B.* T. 3. L. 40. C. 2. In silva Schiffenbergensi & Badenburgensi.

Amanita parva verna, ex livido nigricans, pileolo minus elevato, utrinque striato. Ante silvulam Philosophicam Aprili.

Amanita minor, ex livido albicans ubique, pediculo brevi. In silva Lindana.

Amanita major, ex livido albicans ubique, pediculo longo. Ibidem.

Amanita pileo ex livido fusco, lamellis magis albicantibus. In silva Gissensi Septembri.

Amanita parva, utrinque striata, pediculo tenui, longo, firmo, lento, pileolo in medio fastigiato: Fungus parvus, pediculo tenui, longo, firmo, lento, pileolo in medio fastigiato, striis exterius apparentibus *Raj.* H. 98. Locis gramineis ad vias Augusto.

Amanita parva, utrinque striata, pileo coniformi murini coloris, lamellis & pediculo albis: Fungus pusillus, pileolo tenui utrinque striato, seu plicatilis, plicaturis utrinque se demonstrantibus *Raj.* H. 98. In silvis opacis.

Amanita parva, subfusca, arborea. Augusto in silva Philosophica.

Amanita parva, tenuis, fusca. Ibidem.

Amanita magna, castanei coloris. In silva Stellenmorgen Septembri.

Amanita pileo minus rotundo aut circulari, superne ingratius fusco, inferne ex albo fusco seu sublivido. In silva Stellenmorgen Septembri.

Amanita verna fuſca. In collibus ſiccis ſilvæ Philoſophicæ, Aprilis fine.

Amanita exigua hiemalis fuſca. In ſilva Schiffenberg. Decembri, tempeſtate adhuc miti.

Amanita pileo magis rotundo, fuſco, lamellis obſcure albicantibus In ſilva Giſſenſi.

Amanita parva verna, utrinque ſtriata, fuſca, pileo obtuſe coniformi, Muſco paluſtri ramoſo majori, foliis membranaceis acutis *Vern.* innaſcens. In pratis paluſtribus, Majo.

Amanita ſcyphiformis minima. Ex Polytricho aureo minimo montano *Mentz.* & Lichenoide peltato terreſtri vireſcente, putreſcentibus provenientem Septembri legimus.

Amanita ſcyphiformis minor. In pratis & ſilvis.

Amanita pediculo bulbiformi, pileo maculato: Fungus ſphæricus parvus pernicioſus *St* 192. T. 18. G. bulboſo pediculo pallidus, maculatus *J. B.* 3. 843. pediculo in bulbi formam excreſcente *C. B.* 373. n. 22. In ſilvis.

Amanita pediculo bulbiformi, pileo fuſco, lamellis & pediculo obſcure violaceis. In ſilva Schiffenbergenſi & Lindana.

Amanita pediculo bulbiformi, alba, pileo coniformi. Super fodinas aut tumulos arenaceos Septembri.

Amanita orbicularis alba, lamellis & pediculo villoſis ac veluti farina conſperſis. In ſilvis minus opacis ſparſim Junio, Julio & Auguſto.

Amanita orbicularis, pileo & lamellis fuſcis. Septembri in Piceto & ſilva Lindana.

Ama-

Amanita orbicularis parva, ex nigro fuſca. In paſcuis ſiccis.

Amanita orbicularis, pileo fuſco, lamellis & pediculo flavis. In Piceto.

Amanita orbicularis, pileo ex livido albo, lamellis fuſco-nigris. In ſilva Giſſenſi.

Amanita orbicularis ſublivida, lamellis ſubfuſcis, pilei oris leviter purpuraſcentibus. In dumetis.

Amanita orbicularis fuſca, lamellis ex albo in incarnatum tendentibus colorem. In ſilva Lindana.

Amanita orbicularis lævis, coloris obſcurius albi, lamellis caſtanei coloris. Ibidem.

Amanita orbicularis ex rufo flaveſcens primum, poſtea palleſcens. In Pinaſtreto juxta lucum Philoſophicum.

Amanita orbicularis, pallide fuſca ubique. In ſilva Schiffenberg. Septembri e putreſcentibus ligni faginei ramis.

Amanita orbicularis ex livido albicans, pileo leviter umbilicato. In ſilva Lindana.

Amanita ex fuſco cinerea, umbilicata: Fungus umbilicatus, ſuperne cinereus, inferne fuſco cinereus *Sterb.* 224. T. 23. L. In ſilva Giſſenſi, Septembri.

Amanita coniformis viſcida, lutea. Julii fine in paſcuis ſiccis.

Amanita globoſa viſcida, ſordide lutea. In Luco novo copioſe, Julii fine.

Amanitæ parvæ viſcidæ albæ, luteæ & rubentes: Fungi pratenſes parvi, externe viſcidi, albi, lutei vel rubentes *Raj.* H. 99. Fungus pratenſis minor,

por, externe viſcidus, albus, luteus & rubens *Turn.* 558. In ſilvis paſſim; locis item gramineis & in paſcuis ſiccioribus.

Amanita parva viſcida, colorem mutans. In luco Philoſophico inter Gramina.

Amanita faſciculoſa viſcida, arborea, mollis, alba: Fungi albi lucentes, ex uno principio plures, ex radicibus arborum *J. B.* 3. 835. Super Fagos.

Amanita faſciculoſa viſcida, arborea, mollis, ſublivida. In ſilva Lindana ex ſemiputridis fagineis truncis.

Amanita faſciculoſa lutea dumetorum: Nodi aurei *St.* 223. T. 4. M. Fungi multi ex uno pede pernicioſi *J. B.* 3. 835. dumetorum ex uno pede prodeuntes *C. B.* 375. n. 35. Fungus pernicioſus ex eodem pede multiplex *Turn.* 560. In dumetis & Fagetis etiam.

Amanita faſciculoſa ex luteo aut fuſco rufa, radicibus arborum innaſcens: Fungus truncis humi jacentibus innatus, pluribus ex uno pede prodeuntibus *C. B.* 374. n. 36. In ſilvis ad exciſarum arborum radices.

Amanita faſciculoſa, ex fuſco violacei coloris. In luco Philoſophico Auguſto.

Amanita faſciculoſa, primum ex rufo flaveſcens, poſtea palleſcens. In ſilva Lindana e terra arborum truncis ſuperſtrata.

Amanita faſciculoſa ex fuſco nigra ſeu murini coloris, lamellis & pediculo albis: Fungus ſeminatus *St.* 234. T. 24. In ſilva Giſſ. e terra arborum truncis ſuperjacente Septembri.

Ama-

Amanita fasciculosa, sublivida, pediculo molli bulbiformi. In silva Lindana Septembri

Amanita fasciculosa, sublivido orbiculari pileo, lamellis ex livido fuscis, pediculis magis candidis. In silvis Septembri.

Amanita fasciculosa, pileis rufo fuscis, lamellis & pediculis albentibus, maculis seu eminentiis nigricantibus distincta. In silva Gissensi prope arbores.

Amanita fasciculosa alta, pileis sublividis umbilicatis. In Piceto & silva Lindana.

Amanita fasciculosa, pileis magnis planis, orbicularibus, luteis. In silvis ad & super Quercuum excisarum radices, Septembri.

Amanita fasciculosa, pileis magnis, minus planis, magis fuscis, oris & lamellis ex livido albicantibus. Eodem loco.

Amanita fasciculosa buxea: Fungi buxei fasciculosi *St.* 237. T. 25. E. In silvis juxta arbores.

Amanita parva luteo-fusca, orbicularis. Ibidem.

Amanita orbicularis verna palustris, ex livido fusca, pileo leviter umbilicato. In pratis palustribus juxta lucum Philosophicum, Majo.

Amanita nigra coniformis. In silvis.

II. *Lamellis carentes.*

Fungi hi, erinaceo & favaginoso excepto, omnes porosi sunt, &, præter ultimum, terram matrem agnoscunt. *Erinaceus* proprium servare poterit nomen: porosos *Boletos* vocabimus: favaginosos a Germanico nomine *Merchellas* appellabimus.

Acu-

I. *Aculeis donatus.*

Erinaceus coloris pallide lutei: Fungus pulvinatus buxei fere coloris, volam manus exæquans, inferne multis appendiculis linguæ vitulinæ instar exasperatus, nullo succo turgens *Fl. Alt.* In silva Schiffenberg. & Hangestein.

2. *Scrobiculis excavatus.*

Morchella minor oblonga, fuligine quasi infecta: Boletus esculentus rugosus, fulvus aut albicans, quasi fuligine infectus *Turn.* 561. Fungus rugosus seu cavernosus sive merulius *J. B.* 3. 836. porosus *C. B.* 370. n. 1. Aprili post pluvias ad sepes hortorum & margines pratorum, quamvis minus copiose, ea præcipue species provenit, quæ Langhe Mœrbesie vocatur *Sterb* 92. T. 10. A. cui convenit Fungi porosi pyramidalis & in metam fastigiati 4. figura *Mentzelius* in Pugillo Pl. Rar.

3. *Porosi.*

Boletus luteus. In silva Philosophica, Julio & Augusto.

Boletus lævis & viscidus, obscure flavescens. In Pinastretulo juxta lucum Philosoph. Septembri.

Boletus lævis & viscidus, superne coloris fusci castanei, inferne lutei. Ibidem eodem tempore.

Boletus magnus Julii mensis: Fungus porosus magnus *Raj.* H. In silva Schiffenb. & Lindana post pluvias.

Boletus magnus Augusti mensis: Fungus porosus magnus crassus *J. B.* 3. 833. Augusti mensis

C.

C. B. 371. n. 22 Het Bruyn Witte Broodt *St.* 52. In posteriori silvæ Lindanæ parte abundat.

Boletus magnus, pediculo reticulato crasso. Julio & Augusto in luco Philosophico.

Boletus verrucosus, ex fusco sordide niger. Ibidem eodem tempore.

Boletus parvus, dilute fusci ubivis coloris. In Piceto, Septembri.

Boletus parvus, pediculo tenui variegato. In silvæ Gissensis parte marginali & aprica, versus prata Urse.um, Septembri.

Boletus arboreus, superne fuscus, inferne albus. In silva Lindana Fagorum juniorum corticibus adhærebat.

FUNGI PILEIS DESTITUTI.

I. *Cauliferi.*

I. *Non ramosi.*

a. *Terrestres.*

Fungoides digitatum: Fungus digitatus *Park.* digitatus minor *C. B.* 372. n. 31. Fungi clavati ex gracili caule paullatim crassiores redditi, ad digiti minimi longitudinem fere accedentes *Cat. Alt.* In silva Philosophica Augusto.

Fungoides clavatum majus. In silva Schiffenb. inter folia decidua & putrescentia Septembri.

Fungoides clavatum minus. Auff dem Tripp.

Fungoides Ophioglosso simile: Fungus Ophioglossoides niger *Raj.* H. 104.

b. *Ar-*

b. *Arborei.*

Fungoides quercinum, peltatum, nigrum: Fungus quercinus niger *Raj.* H. 110. Ad dejectas Quercus Augusto.

Fungoides quercinum peltatum, pellucidum, purpurascens. In silva Schiffenbergensi.

Fungoides spongiosum, rugosum, nigrum: Agaricus digitatus rugosus niger *Turn.* 562. Hypoxylon, excrementum ligni putridi fungosum digitatum *Mentz.* T. 6. Lithophyton terrestre digitatum nigrum *Marſ.* H. A. R. Sc. 1711. E lignis putrescentibus.

2. *Ramosi.*

a. *Arborei.*

Fungoides ramosum nigrum, compressum, apicibus albidis: Fungus ramosus niger, compressus, parvus, apicibus albidis *Raj.* H. 104. Coralloides ramosa nigra &c. *Turn.* 565. Muscus palmatus farinaceus digiti altitudine e caudicibus Quercuum putrescentibus caule nigro gracili assurgit, &c. Vid. *C. Alt.* In silva Schiffenbergensi.

b. *Terrestres.*

Fungoides coralliforme: Coralloides flava & albida *Turn.* 564. T. 332. B. Fungus ramosus flavus & albidus *J. B.* 3. 837. ramosus & Imperati *C. B.* 371. n. 29. coralliformis, ramis confertis singularibus ab uno exortu porrectis, colore miniato & ex albo pallescente *C. Alt.* Barba caprina *St.* 96. 97. 98. T. 11.

T. 11. C. D. In Fageto & silva Schiffenb. ab Augusto ad Octobrem.

Fungoides coralliforme luteum, fœtidum & minus ramosum: Fungus parvus luteus ramosus *Sher.* apud Raj. Supp. 21. Coralloides parva, ramosa, lutea *Turn.* 565. quo nomine is Fungos veros & Musco-fungos confundit. Auff dem Tripp.

II. *Non Cauliferi.*

I. *Figuræ planæ, ad horizontem crescentes.*

Turnefortius Inst. pag. 562. Agaricum nominat plantæ genus, arborum truncis plerumque innascens & ad fungum accedens, qualis exhibeatur figuris A. & B. Tab. 330. Ibi vero laterales aliquot exhibet, in recensione vero specierum alius etiam figuræ Fungos recenset, videturque arboreos omnes Agaricos nominasse. Nos ipsius nomen usurpabimus, ea tamen differentia, ut non nisi lateralibus, qui Agarici veri instar crescunt, id tribuamus. Et licet Fungi hi in multa genera dividantur, & eodem jure, quo superioribus pileatis, peculiaria iis nomina tribui possent, si non deberent, tamen ne nimis innovemus unum Agarici nomen hic retinebimus.

a. *Lamellati.*

Agaricus quernus lamellatus, coriaceus albus. Septembri.

Agaricus quernus lamellatus, coriaceus, villosus. Aga-

Agaricus villoſus, lamellis ſinuoſis & invicem implexis. Ad Fagos.

Agaricus parvus lamellatus, pectunculi forma, elegans: Fungus parvus pectunculi forma, Alno aduaſcens *Sher.* apud Raj. Suppl. 19. Ad dejectas Fagos & Carpinos.

Agaricus parvus lamellatus, pectunculi forma, minus elegans. Ad exciſas juniores Fagos in ſilva Lindana.

Agaricus lamellatus, pectunculi forma major, coloris murini. In annoſæ & putreſcentis Salicis trunco, & ad Fagos etiam.

b. *Poroſi.*

α *Arborei.*

Agaricus intybaceus *Turn.* 562. Eichſchwamm und Haſenöhrlein Cluſ. *Sterb* 124. T. 15. E. Fungus intybaceus & alius interaneorum vituli ſimilis, cinereus *J. B* 3. 879. Ad Quercus

Agaricus poroſus, rubens, carnoſus, hepatis facie: Fungus arboreus rubens carnoſus, hepatis facie *Dood.* Ibidem Auguſto.

Agaricus officinali ſimilis: Agarico ſimilis fungus diverſarum arborum caudicibus adhærens *C. B.* 375. Ad Quercus in ſilva Lindana.

Agaricus poroſus, coloris ſaturi aurantii. Julii fine Ibid.

Agaricus varii coloris ſquamoſus *Turn.* 562. Fungus arborum & lignorum putreſcentium, coloris varii *Raj.* H. 109. Ceraſorum imbricatim alter alteri innatus, variegatus *C. B.* 372. n. 8. holoſericus

iri-

iridiformis quasi, colorum alternatione variegatus *Hoffm.* Fl. A. Fungi Cerasorum coloris varii, perniciosi *J.B.* 3. 384. Fungorum noxiorum 5. genus Cl. *St.* 122. T. 15. D. & 149. T. 26. Ad antiquas Cerasos.

Agaricus villosus & porosus, substantiæ coriaceæ. Ad Fagos juniores in silva Lindana.

Agaricus villosus & porosus, superficie murini coloris: Fungus mesentericus *St.* 259. T. 27. K. Ad Fagos & Prunos.

Agaricus villosus & porosus, candidus, salignus.

Agaricus villosus & porosus, candidus, faginus. In silva Lindana.

Agaricus tenuis porosus, non villosus. In silva Badenburg. & Hangestein.

Agaricus porosus igniarius Carpini. Nonnunquam etiam ad Fagos provenit.

Agaricus porosus igniarius Fagi, superne candicans, inferne fuscus. In silva Lindana.

Agaricus porosus igniarius, pulvere fusco opertus. Augusto in silva Hangestein.

β *Terrestres.*

Agaricus multiplex porosus. Ad radicem montis Dini, loco umbroso, Septembri vidimus, occidentem versus.

c. *Villosi.*

Agaricus luteus villosus Carpini. Ad vetustas Carpinos in silva Schiffenbergensi Decembri.

d. *Læves.*

Agaricus villosus tenuis, inferne lævis. Ad Carpinos.

Agaricus membranaceus ſinuoſus, ſubſtantia gelatinæ. Ad exciſas & putreſcentes juniores Fagos.

Agaricus meſentericus violacei coloris. Super antiquos Carpini truncos.

e. *Tuberculoſi.*

Agaricus nigerrimus, tuberculis inſtar corii Hiſpanici exaſperatus. In ſilva Hangeſtein.

2. *Concavi.*

Quos cum Plinio *Pezicas* (qui ſine radice vel pediculo naſcantur) vel *Pezizas* nominabimus, licet eorum quidam oblongi ſint & pediculo quaſi donati.

a. *Membranacei & tenuiores.*

Peziza ſubfuſca major. In ſilvis.

Peziza ſubfuſca minor. Ibidem Septembri.

Peziza miniata major: Fungi Pezizæ ſpecies, oris non commiſſis, ſaturo mali aurantii colore *Raj.* H. 106. Ad Quercus locis gramineis.

Peziza miniata minor: Fungoides ſcutellatum, aurantii coloris *Turn.* 561. Fungus minimus ſcutellatus coloris aurantii *Raj.* Syn. 17. Ad arenaceas fodinas.

Peziza acetabuliformis, coccinei intus coloris. In monte Dino Martii fine.

Peziza acetabuliformis ſubfuſca. In pratis putridis & ſpongioſis circa Waldbrunnen Aprili.

Peziza tubæ Fallopianæ æmula: Fungus tubæ Fallopianæ æmulus *Bob.* Agaricus tubæ Fallopianæ inſtar laciniatus *Turn.* 562. In umbroſis circa pratum

rum Schiffenberg. & in ſilva Hangeſtein / Auguſto & Septembri.

* Peziza auriculam referens: Fungus auriculæ Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, perniciofus, in Sambuci caudice naſcens *J. B.* 3. 840. membranaceus auriculam Judæ referens, ſive ſambucinus *C. B.* 372. n. 1. Sambuci vel Auricula Judæ *St.* 256. T. 27. H. Auguſto in annoſis Sambucis.

Peziza acetabuliformis coccinea, marginibus piloſis: Fungoides coccineum, oris piloſis, acetabuli forma *Turn.* 561. Fungus arboreus acetabuli modo cavus, coccineus, marginibus piloſis *Sher.* apud Raj. Suppl. p. 24. In Quercubus putridis.

Peziza arborea minima, arthrodico acetabulo leviter exaratá, brevi petiolo metam inverſam ſive turbinem referens, coloris obſolete flavi In truncis putridis arborum, in ſilva Lindana hieme.

Peziza lutea minima verna. Ad ſilvam Lindanam ſuper formiceto Martio.

b. *Duriores, Calyciformes, ſeminiferi putati.*

Peziza calyciformis lentifera, lævis: Fungoides infundibuli forma, ſemine fœtum *Turn.* 560. Fungus calyciformis ſeminifer *Mentz.* minimus ſine petiolo, perniciofus *J. B.* 3. 847. minimus ligneis tabellis areolarum hortorum adnaſcens *C. B.* 374. n. 39. campaniformis niger, parvus, multa ſemina plana in ſe continens *Merr. Pluk.* T. 184. F. 9. Fungillus minimus ſeminifer 2. *Schrœck.* Eph. G. D. 2. A. 10. O. 207.

Peziza calyciformis lentifera, hirsuta: Fungus seminifer externe hirsutus, interne striatus *Dood.* Fungillus minimus seminifer 1. *Schræck.* Ib. In silva Lindana lignis putridis adhærentes auctumno, & in agris etiam elatis Fetzbergensibus Augusto ex ipsa terra provenientes observavimus.

3. *Solidi & globosi, aut ad hanc figuram proxime accedentes.*

a. *Terrestres.*

Globosi & pulverulenti sunt hi Fungi, *Crepitus lupi* communiter dicti, quos *Turnefortius* Græco *Lycoperdonis* nomine effert; nobis *Bovista* Germanicum magis placet.

Bovista offic. *Panc.* Fungus pulverulentus, Crepitus lupi dictus *J. B.* 3. L. 40. C. 74. rotundus orbicularis *C. B.* 374. n. 42. Fung. noxiorum 26. generis 1. species Cl. *Sterb.* 273. T. 29. F. Duplex aut triplex est: 1. lævi superficie, quæ Julio in pratis & silvis comparet, & ad Septembrem pulverem emittit: 2. superficie granulata, & aliquali pediculo donata, quæ Sept. oritur: 3. superficie non prorsus lævi, nec tamen ita, ut prioris, granulata, quæ Sept. etiam ad arborum plerumque radices, & plures juxta se oriuntur, quæ forte Lycoperdon minus & multiplex sphæricum *Turn.* 563.

* Boxista maxima alba: Fungus maximus rotundus pulverulentus, dictus Germanis Bofist *J. B.* 3.

L.

L. 40. C. 75. F. rotundi orbicularis 2. species *C. B.* 375. n. 42. F. noxiorum 26. gen. 2. species Cl. *St.* 270. T. 28. C. In hortis & locis gramineis.

b. *Arborei.*

Bovista igniaria: Agaricus pedis equini figura *Turn.* 562. Fungus in caudicibus nascens unguis equini figura *C. B.* 372 n. 3. arboreus ad ellychnia *J. B.* 3. L. 40. C. 50. Julio & Augusto comparet, Septembri & Octobri matura fit.

Bovista erinacea: Fungus barbatus quercinus teterrime fœtidus *J. Breyn.* Eph. G. D. 1. A. 4. O. 151. *Breynius* forte jam putrescentem invenit, nobis enim nullus in recenti fœtor animadversus.

Bovista parva cylindracea, pediculo donata. An Fungus pulverulentus minimus, pediculo longo insidens *Robins* ? apud Raj Suppl. p. 21. Hunc fungum ipse non vidi, sed ex ore & relatione *D. Ruppii*, qui eum super Carpinum auctumno reperit, habeo. Licet vero Bovista hæc pediculo donetur, & aliæ etiam species pediculis insidere observatæ sint, quoniam tamen major Bovistarum pars sine caulibus est, hujus potius loci, quam ad Cauliferos fungos referendæ videntur.

Idem Amicus retulit, se aliquando Bovistam miniatam, Pisi majoris magnitudine, super antiquos truncos Carpini, itemque Lycoperdon Parisiense minimum, pediculo donatum *Turn.* 563. T. 331. Fig E. F. seu Fungum pulverulentum minimum, pediculo longo insidentem *Raj.* Syn. 16. in muris der Georgenschantz reperisse, priorem Auctumno, po-

ſteriorem vere primo, atque hanc etiam Boviſtam Martio repertam poſtea ad nos attulit.

Tubera perniciosa terreſtria ſeu cervina *St.* 315. T.32. B.B.B cervina *C.B.* 376. Tuberum genus, quibuſdam cervi Boletus *J.B.* 3.851. Forte Lycoperdon verrucoſum ſphæricum *Turn.* 563. Nobis ſemper Boviſtæ ſpecie impoſuere hæc Tubera, & adhucdum pro iis habentur, poſtquam ex *Sterbeeckia* lectione eruditiores facti, ea non ſubter terram, ut *Matthiolus* & alii tradiderunt, ſed ſupra eam gigni obſervavimus. Vidimus ea plerumque ad ſilvarum vias, locis apricis, ab Auguſti initio ad Octobrem uſque.

Fungum coriaceum quercinum hæmatodem *Breyn.* Eph. Germ. D.1. A.4. & 5. O. 150. & alium etiam, qui Fungus igniarius cylindraceus dici poteſt, in ſilva Wiſmarienſi reperimus Majo. Qui duo Fungi anomali ſunt, & ab omnibus aliis figura & intra lignum creſcendi modo differunt.

DECEMBRI ET JANUARIO

MUSCI præcipue vigent, quamvis & aliis, ante & poſt hos, Menſibus non paucæ eorum ſpecies læte creſcant. Omnes vel Capitulis floridis donantur, vel iiſdem carent. Poſteriores vel analogum quid & capitula quodammodo æmulans, ut peltati & tuberculis donati, gerunt, vel omni proſus iſto apparatu deſtituuntur, quales *Conſervæ* ſunt.

MU-

MUSCI CAPITULIS FLORIDIS DESTITUTI.

I. *Non peltati, nec tuberculis donati.*

Muscorum horum folia, aut, si mavis, cauliculi in tenuia capillamenta dividuntur, quos *Confervas* nominabimus; sunt autem vel *Aquatica*, vel *Arborea*.

• Conferva Plinii *Lugd.* Alga viridis capillaceo folio *C. B.* 364. Passim in aquis & rivulis minoribus vere & auctumni initio reperitur.

• Conferva fontalis trichodes. In fonte acido pone cataractam Lani æstate vidimus.

• Conferva aquatica trichodes, extremitatibus ramosis. Ad molendinum Kintzenbacense Septemb.

• Conferva reticulata *Dood.* apud Raj. H. App. 1852. *Pluk.* T. 24. F. 2. Alga bombycina *C. B.* 363. Pr. 155. In aquis stagnantibus æstate & auctumno.

• Conferva geniculata minima nostras *Pluk.* T. 84. F. 9. In aquis pigrioribus & fossulis pratorum Aa æstate & auctumno.

• Conferva fontalis geniculata lubrica major *Eph. N. Cur. Cent.* 5. & 6. App. p. 60. T XIII. F. 3. Aquis purioribus limpidis gaudet, & in amplis illis & præstantibus fontibus juxta pagos Groß- und Alten-Buseck æstate & auctumno, & forte etiam hieme, qua nondum adfuimus, reperitur speciosa hæc Conferva, quæ errore sculptoris cuspidulis male armatur in *Eph. N. Cur.*

 Con-

• Conferva fontalis geniculata lubrica minor *Eph. N. Cur.* Ib. In fonte prati juxta lucum carnificis, æstate & auctumno.

• Confetva aquatica geniculata non lubrica. Ad saxa cataractæ Lani æstate reperimus.

• Conferva fontalis fragilis, extremitatibus compressis, albis, cauliculis subrotundis, nigro-fuscis. Ligno fontem carnificis investienti adhærentem observavi Septembri.

✣ Conferva arborea cinerea vulgaris brevior, cum orbiculis; Lichen cinereus vulgaris capillaceo folio minor *Turn.* 550. Muscus arboreus cum orbiculis *C. B.* 361. n. 3. arboreus peltatus & scutellaris *J. B.* 3. 764. In Quercubus, potissimum junioribus luci Philosophici omni tempore.

• Conferva arborea cinerea vulgaris longa: Muscus arboreus, Usnea Off. *C. B.* 361: n. 1. arboreus villosus *J. B.* 3. 763. In silva Hangestein & monte Dino de Fagis præaltis pendet omni tempore.

• Conferva arborea cinerea vulgaris brevior, sine orbiculis. Ubivis in silvis omni tempore.

• * Conferva arborea fusco-virens, jubæ ad instar e ramis arborum dense dependens, mollis: Lichen capillaceus longissimus, ex Fago & Abiete pendens *Turn.* Cor. 40. Muscus arboreus barbatus *J. B.* 3. 764. In silva Wismariensi de Fagis pendet.

• Conferva arborea ex cinereo & fusco virens, intorta & extensa, rigida. Ad Quercus in silvis, sed rarius.

• Conferva arborea candicans, geniculata: Muscus arboreus nodosus *C. B.* 361. n. 6. In monte Dino.

11. *Pel-*

II. *Peltis & tuberculis præditi.*

Genus hoc *Lichenoides* vocatur nobis, quod peltis & tuberculis a *Conferva*, a *Lichene* tum his, cum quod capitulis floridis destituatur & substantia duriore, inter Fungos & Muscos media, constet, differt. Distinguemus id in *Caulifera*, quæ plerumque tubulosa & tubercula in summitatibus proferunt, in *Foliosa*, quæ vel peltas, vel pelves seu acetabula in foliorum plano, aut eorum marginibus gerunt, & *Crustacea* seu Leprosa, quibus nunc pelves, nunc tubercula innascuntur. *Turnefortius* Inst R. H. p. 548. ubi de Muscis hisce agit, eos Lichenes vocat, & floribus carere asserit, fructu vero donari quodammodo pelviformi, polline seu semine tenuissimo feto, quod microscopii ope subrotundum videatur, depingitque id Tab. 325. simile pollini florido Capillarium & Muscorum: Muscum, cui globulos illos adpingit, Lichenem pulmonarium cinereum molliorem in amplas lacinias divisum vocat. Mihi iste bene notus est, nec tamen unquam in ejus, aut aliorum, pelvibus seu scutellis, multo minus in tuberculis & peltis id genus Lichenoidum, istiusmodi corpuscula animadvertere potui. Miror vero tanta Botanices scientia instructum virum in dictis Institutionibus, quibus id præcipue egit, ut notas plantarum characteristicas accurate traderet, & secundum has postea notas Genera omnia cum suis

speciebus concinno ordine disponeret & enumeraret, nullam Lichenum verorum & fertilium, vel floriferorum potius, ullibi fecisse mentionem. Ceterum *Turnefortius* Lichenis hoc, ceu is vocat, genus male omnino sub Capillaribus, Classe nimirum XVI. a quibus toto habitu immensum distat, tradit. Si Muscorum capitula examini lenticulari subjecisset, immo vero cum subjecerit (ut ex Tab. 326. apparet) & simili globulosa, Capillarium videlicet & illius, quem nominat, Lichenis pulveri, materia ea repleantur, cur non omnes ad unam refert Classem, &, quod oportebat, Lichenes istos Muscis non annumerat? Muscos ipse Classi XVII. ubi flores & fructus vulgo desiderari notam fecerat, male itidem accenset; in priore vero Classe floribus carere, fructibus vero donari notam assumserat, licet ad finem Classis XVII. Muscorum fructus etiam describat; sed cur non hac de caussa ad priorem retulit Classem?

☩ Lichenoides tubulosum ramosissimum fruticuli specie, candicans: Muscus tubulosus ramosissimus fruticuli specie *Raj.* H. 113. Coralloides corniculis candidissimis *Turn.* 565. Muscus coralloides *J. B.* 3. 764. coralloides sive cornutus montanus *C. B.* 361. n. 3. Octobri & Novembri provenit in colle Veneris & aliis arenosis & siccioribus silvæ Gissensis locis, inque pascuis siccis; item auff der Haardt: æstate disperit.

• Lichenoides non tubulosum ramosissimum fruticuli specie, rufo-nigrescens: Muscus montanus fuscus ramosissimus solidus seu non tubulosus *Vern.* coralloides ramosissimus minor fuscus *Mus. Pet.* Musco fun-

fungus coralloides montanus ramosissimus fuscus *Mor.* H. O. P. 3. 633. Ad molendinum minus super saxa levi terra tecta.

• Lichenoides tubulosum ramosissimum fruticuli specie, candicans, corniculis rufescentibus: Coralloides corniculis rufescentibus *Turn.* 565. Muscus terrestris coralloides erectus, cornibus rufescentibus *C. B.* 361. n. 2. Pr. 152. n. 11. ramis rigidiusculis candidis, sed summitatibus rufescentibus *C. Alt.* Ibid. & in silva Gissensi.

• Lichenoides tubulosum ramosum, rigidius, majus & crassius, cinereo-fuscum: Coralloides cornua Cervi referens, corniculis brevioribus *Turn.* 565. Muscus coralloides saxatilis, Cervi cornua referens *C. B.* 361. n. 4. Ibidem.

• Lichenoides tubulosum cinereum, minus crustaceum minusque ramosum: Muscus corniculatus *Tab.* ;*J. B.* 3. 767. In silva Schiffenbergensi.

• Lichenoides tubulosum cinereum, ramosius & crustaceum. In silva Lindana inter alios Muscos & Adiantum aureum putrescens.

• Lichenoides tubulosum cinereum, minus ramosum, totum crustaceum. Ibidem.

• Lichenoides tubulosum cinereum humile, Damæ cornua referens: Coralloides cornua Damæ referens *Turn* 565. In colle Veneris vere legimus.

• Lichenoides tubulosum cinereum, pulverulentum, crustaceum, ramulis ex acetabulis enascentibus minus copiosis. Sept. in silva Lindana inter Adiantum aureum putrescens.

• Lichenoides tubulosum cinereum, valde crusta-

ftaceum, ramulis crebrioribus ex acetabulis enascentibus. In silva Lindana Septembri & Octobri.

• Lichenoides tubulosum cinereum, non ramosum: Muscus licheniformis cornu simplici *Dood.* Suppl. Hist. Raj. p. 28. Ibid.

× Lichenoides tubulosum pyxidatum, cinereum: Lichen pyxidatus major *Turn.* 549. T. 325. Fig. D. Muscus pyxidatos *Panc.* ic. 28. tubulosus incanus, pyxidatos Panc. *C. Alt.* pyxidatus *J. B.* 3.767. Ibid.

• Lichenoides tubulosum pyxidatum exiguum, fusco-virens. Majo auff der Haardt.

• Lichenoides tubulosum pyxidatum, marginibus serratis. Lichen pyxidatus non ramosus, acetabulis fimbriatis *Turn.* 549. In silvis.

• Lychenoides tubulosum pyxidatum proliferum: Lichen pyxidatus prolifer *Turn.* 549. Muscus pyxioides terrestris prolifer *Valck.* pyxioides terrestris *C. B.* 361. n. 13. Pr. 152. n. 16. Auctumno in silva Lindana ad Adiantum aureum & ramos quernos putrescentes.

• Lichenoides tubulosum pyxidatum, tuberculis fusco-nigris: Lichen pyxidatus minor *Turn.* 549. Muscus pyxioides saxatilis *J. B.* 3.767. *C. B.* 361. n. 14. Pr. 152. n. 16. Auctumno ad saxa magna Muscis obsita in silva Giffensi.

Lichenoides tubulosum pyxidatum, tuberculis fusco-nigris, proliferum: Lichen pyxidatus acetabulorum oris fuscis & tumentibus *Turn.* 549. In silva Giffensi, & prope molendinum minus.

• Lichenoides tubulosum pyxidatum, tuberculis amoe-

amœne coccineis. Prope saxa & in terra steriliore in silva Gissensi.

Lichenoides tubulosum pyxidatum, tuberculis amœne coccineis, proliferum: Lichen pyxidatus acetabulorum oris coccineis & tumentibus *Turn.* 549. Muscus multiformiter pyxidatus, apicibus coccineis *Plot.* H. N. St. 199. T. 14. F. 1. Ad arborum truncos putrescentes in silva Hangestein vere.

Lichenoides tubulosum multum crustaceum, pyxidulis exiguis & omnium minimis. In cæspite Bryi trichodis capitulis reflexis, viridissimi holosericei.

Lichenoides fungiforme, crusta leprosa candida, capitulis & pediculis incarnatis: Fungilli incarnati coloris, minuti, Musco innati *Mentz.* In silva Gissensi solo lento & cretaceo.

Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellatum, cinereum: Muscus crustaceus leprosus, scutellaris, cinereus *M. P.* ap. Raj. Suppl. p. 29. Ad saxa & muros passim omni tempore.

Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellis nigricantibus majoribus: Muscus crustaceus leprosus, scutis nigricantibus *M. P.* ap. Raj. Suppl. 29. Ad saxa & arbores.

Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellis nigricantibus minoribus. In muro horti Medici.

Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellis cinereo-virescentibus. Ad Fagos.

Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellis subfuscis. Ad saxa fissilia; it. ad Fagos.

Lichenoides terrestre leprosum, crusta cinereo-

reo virescente, tuberculis nigerrimis. Martio repertum.

• Lichenoides crustaceum tenuissimum, segmentis quadratis, flavo & nigro colore eleganter variegatis. In scopulis ante silvam Hangestein.

• Lichenoides tuberculosum, amœne purpureum. Februario ad Populum tremulam.

• Lichenoides tubulosum, ex incarnato lutescens, E Pruno subputrida, Februario.

• Lichenoides crusta foliosa scutellata, flavescens: Lichen Diosc. & Plinii 2. colore flavescente Col. P. 1. 331. *Turn.* 548. Muscus crustæ modo arboribus adnascens flavus *Raj.* H. 116. Februario & Martio præcipue viget.

• Lichenoides saxatile, crusta foliosa tenuiter & eleganter dissecta, scutellis exilibus, ex luteo miniati coloris. Auff der Haardt/ vere.

✕ Lichenoides crusta foliosa scutellata, pullum: Muscus crustæ modo arboribus adnascens pullus *Raj.* H. 116. Lichen crustæ modo arboribus adnascens pullus *Turn.* 548 Ad juniores Quercus, Octobri.

• Lichenoides crusta foliosa, superne cinereo-glauca, inferne nigra & cirrosa, scutellis nigricantibus: Lichen Diosc. & Pl. 2. colore cinereo Col. P. 1. 330 *Turn.* 548. Muscus crustæ aut Lichenis modo arboribus adnascens cinereus *Raj.* H. 116. crustæ modo arboribus adnascens *C. B.* 361. n. 8. Omni tempore.

• Lichenoides erectum terrestre, crusta foliosa cinereo-virescente ubique. In collibus silvulæ Philosoph. super Adiantum aureum putrescens, vere.

Li-

• Lichenoides crusta foliosa ex cinereo & luteo virescente superne, inferne nigra & lævi: Lichen Diosc. & Pl. 2. colore viridante Col. P. 1. 330. *Turn*. 548. Ad saxa circa Wetzlariam, ante silvam Hangestein & ad pagum Treis omni tempore.

• Lichenoides arboreum, crusta foliosa albo-cinerea, tenuiter & eleganter dissecta, scutellis nigris. Radicibus cirrosis arcte adhæret arboribus minus aspero cortice donatis; Februario potissimum viget.

• Lichenoides arboreum, crusta foliosa virescente, tenuiter & eleganter dissecta. Februario in silva Schiffenbergensi.

• Lichenoides arboreum & saxatile, crusta foliosa tenui, fusco-virente, in segmenta latiora plerumque divisa. Ibid. eodem tempore.

• Lichenoides arboreum virescens, acetabula ferens, crusta foliosa tenuiter dissecta. Februario in silva Schiffenb. ad vetustam Pirum elegantem hunc Muscum reperimus.

✕ Lichenoides arboreum foliosum cinereum, scutellis nigris, foliorum extremitatibus hispidis & pilosis: Lichen latifolius ramosus, minor, hirsutus *Turn*. 550. T. 325. F. 6. Muscus arboreus supinus marginibus pilosis *Raj*. H. 116. & S. 30. arboreus capitulis cavis *C. B.* 361. n. 4. Omni tempore, præcipue Februario.

• Lichenoides saxatile & arboreum tenerius, foliis pilosis, scutellis in aversa foliorum superficie apparentibus. Auff der Haardt/ vere.

• Lichenoides arboreum platyphyllum scutella-

tum

tum majus & rigidius, colore virescente: Lichen pulmonarius cinereus mollior in amplas lacinias divisus *Turn.* 549. T. 325. A. B. B. Ad Quercus.

•Lichenoides arboreum platyphyllum majus & mollius, colore candicante. Omni tempore ubique.

•Lichenoides arboreum platyphyllum cinereo-candicans, segmentis angustioribus. Ad Quercus Februario.

• Lichenoides arboreum platyphyllum scutellatum, cinereo-virescens, segmentis angustioribus, circa margines crispis Ibid. Februario.

•Lichenoides arboreum platyphyllum cinereo-virescens, extremitatibus crispis conglobatis. Februario Ibid.

* Lichenoides peltatum arboreum maximum, platyphyllum: Lichen arboreus sive Pulmonaria arborea *J. B.* 3. 759. Muscus pulmonarius *C. B.* 361. n. 7. Omni tempore reperitur, sed Novembri iterum viret & nova folia acquirit.

•Lichenoides peltatum terrestre virescens, foliorum superficie verrucosa. Auctumno in silva Schiffenbergensi.

•Lichenoides peltatum terrestre cinereum majus, foliis divisis: Lichen pulmonarius saxatilis digitatus major cinereus *Turn.* 549. terrestris cinereus *Raj.* H. 117. Æstate & auctumno.

•Lichenoides peltatum terrestre cinereum minus, foliis integris. Septembri in Piceto.

• Lichenoides peltatum terrestre rufescens: Lichen pulmonarius saxatilis digitatus major rufescens *Turn.* 549. Auff der Haardt/ vere.

Li-

X· Lichenoides peltatum terrestre virescens minus & non verrucosum: Lichen terrestris foliis angustioribus virescens *Raj.* H. 117. Octobri in silva Hangestein.

·Lichenoides peltatum saxatile fusco-rufum, inferne scabrum. Ibid.

Lichenoides peltatum (forte) terrestre virescens, orbiculatis minimis foliis. Aprili reperimus.

•Lichenoides saxatile membranaceum gelatinosum tenue nigrescens. Ex ipsis saxis egreditur in latere occidentali silvæ Hangestein/ & Aprili, Majo, Junio & Julio reperitur.

•Lichenoides terrestre membranaceum gelatinosum fuscum, laciniis latioribus. Circa Wetzlariam.

•Lichenoides terrestre membranaceum gelatinosum ex viridi fuscum, tenuiter laciniatum. Ibidem.

•Lichenoides saxatile membranaceum gelatinosum erectum, ex viridi fuscum, crispum. Ibid.

•Lichenoides saxatile membranaceum gelatinosum tenuissimum erectum, Brassicam crispam æmulans. In scopulis montis Selicernii & circa Wetzlariam.

X•Lichenoides terrestre membranaceum gelatinosum ex fusco virens, crispum & rugosum. Martio.

•Lichenoides parvum gelatinosum & angulosum, ex albo virescens. Inter Muscos Martio tep... timus.

MUSCI CAPITULIS FLORIDIS DONATI.

I. *Durioribus.*

I. *Polycoccis.*

Lichenis notas statuimus, capitula florida duriora plerumque & polycocca, pediculis longioribus insidentia: addi possunt e *Rajo*, consistentia magis herbacea, folia figuræ indeterminatæ, radices agentia & late se diffundentia.

✝ * Lichen petræus, cauliculo pileolum sustinente *C. B.* 362. Provenit in excavatis (quo radii solares penetrare nequeunt) aquarum lapsu marginibus fundulorum rivuli in silva Gissensi, ubi omni tempore, sed vere præcipue cum capitulis observari potest.

• Lichen petalodes polymorphos: Lichen petræus stellatus *C. B.* 362. it. petræus umbellatus *Ejusd.* In fossa quæ prata uda, ante silvulam Philos. locata, transit, it. in elatis & udis pratis post silvam Gissensem versus pagum Rœdgen, ad fontium ductus vere & æstate reperitur.

• Lichen parvus erectus, foliolis profunde laciniatis *Pluk.* T. 41. F. 2. Ad eosdem fontium ductus vere viret.

• Lichen minimus foliolis laciniatis *Raj.* H. 126. In umbrosis & humidis circa pratum Schiffenbergense Septembri.

• Lichen omnium minimus, foliolis scissis, super ter-

terram expansis. Augusto post messem in agris ante silvam Hangestein.

• Lichen minimus, capitulis sphagnoideis, ex acetabulis egredientibus. Septembris fine in silva Lindana.

• Lichen parvus, capitulis hypnoideis, clavatis. Ibid. eodem tempore.

• Lichen terrestris minimus viridis, capitulis longioribus, vernus. Sub Quercubus juxta viam, ex montis Dini vertice ad inferiora tendentem, prope fodinas cupreas neglectas.

• Lichen palustris vernus, fœtidus. In fossulis arenoso fundo donatis, in prato carnificis Martio & Aprili.

2. *Monococcis.*

Lichenastrum vocamus hoc genus, cujus capitula monococca sunt & pediculis brevioribus vix conspicuis insident, hacque ratione differt a *Lichene*. Triplicem hujus generis species differentiam habent; vel enim *capitulis sunt nudis*, vel *folliculo inclusis*, vel *petalodes* quid habent, quo flores perfectos imitantur.

• Lichenastrum capitulis nudis, e plano medio foliorum enascentibus. In silva Wismariensi, & locis udis silvæ Hangestein.

• Lichenastrum capitulis nudis parvis, oblongis, juxta foliorum tenuium divisuras exeuntibus. In aquosis circa Waldbrunn/ Martio.

• Lichenastrum capitulis nudis, Trichomanis facie, foliolis densius congestis, majus. Februario in silva Wismariensi.

 Li-

Conferva fontalis geniculata lubrica minor *Eph. N. Cur.* ib. In fonte prati juxta lucum carnificis, æstate & auctumno.

Conferva aquatica geniculata non lubrica. Ad saxa cataractæ Lani æstate reperimus.

Conferva fontalis fragilis, extremitatibus compressis, albis, cauliculis subrotundis, nigro-fuscis. Ligno fontem carnificis investienti adhærentem observavi Septembri.

Conferva arborea cinerea vulgaris brevior, cum orbiculis: Lichen cinereus vulgaris capillaceo folio minor *Turn.* 550. Muscus arboreus cum orbiculis *C. B* 361. n. 3. arboreus peltatus & scutellaris *J. B.* 3. 764. In Quercubus, potissimum junioribus luci Philosophici omni tempore.

Conferva arborea cinerea vulgaris longa: Muscus arboreus, Usnea Off. *C. B.* 361. n. 1. arboreus villosus *J. B.* 3. 763. In silva Hangestein & monte Dino de Fagis præaltis pendet omni tempore.

Conferva arborea cinerea vulgaris brevior, sine orbiculis. Ubivis in silvis omni tempore.

* Conferva arborea fusco-virens, jubæ ad instar e ramis arborum dense dependens, mollis: Lichen capillaceus longissimus, ex Fago & Abiete pendens *Turn.* Cor. 40. Muscus arboreus barbatus *J. B.* 3. 764. In silva Wismariensi de Fagis pendet.

Conferva arborea ex cinereo & fusco virens, intorta & extensa, rigida. Ad Quercus in silvis, sed rarius.

Conferva arborea candicans, geniculata: Muscus arboreus nodosus *C. B.* 361. n. 6. In monte Dino.

11. *Pel-*

II. *Peltis & tuberculis præditi.*

Genus hoc *Lichenoides* vocatur nobis, quod peltis & tuberculis a *Conferva*, a *Lichene* tum his, tum quod capitulis floridis destituatur & substantia duriore, inter Fungos & Muscos media, constet, differt. Distinguemus id in *Caulifera*, quæ plerumque tubulosa & tubercula in summitatibus proferunt, in *Foliosa*, quæ vel peltas, vel pelves seu acetabula in foliorum plano, aut eorum marginibus gerunt, & *Crustacea* seu Leprosa, quibus nunc pelves, nunc tubercula innascuntur. *Turnefortius* Inst. R. H. p. 548. ubi de Muscis hisce agit, eos Lichenes vocat, & floribus carere asserit, fructu vero donari quodammodo pelviformi, polline seu semine tenuissimo feto, quod microscopii ope subrotundum videatur, depingitque id Tab 325. simile pollini florido Capillarium & Muscorum: Muscum, cui globulos illos adpingit, Lichenem pulmonarium cinereum molliorem in amplas lacinias divisum vocat. Mihi iste bene notus est, nec tamen unquam in ejus, aut aliorum, pelvibus seu scutellis, multo minus in tuberculis & peltis id genus Lichenoidum, istiusmodi corpuscula animadvertere potui. Miror vero tanta Botanices scientia instructum virum in dictis Institutionibus, quibus id præcipue egit, ut notas plantarum characteristicas accurate traderet, & secundum has postea notas Genera omnia cum suis

speciebus concinno ordine disponeret & enumeraret, nullam Lichenum verorum & fertilium, vel floriferorum potius, ullibi fecisse mentionem. Ceterum *Turnefortius* Lichenis hoc, ceu is vocat, genus male omnino sub Capillaribus, Classe nimirum XVI. a quibus toto habitu immensum distat, tradit. Si Muscorum capitula examini lenticulari subjecisset, immo vero cum subjecerit (ut ex Tab. 326. apparet) & simili globulosa, Capillarium videlicet & illius, quem nominat, Lichenis pulveri, materia ea repleantur, cur non omnes ad unam refert Classem, &, quod oportebat, Lichenes istos Muscis non annumerat? Muscos ipse Classi XVII. ubi flores & fructus vulgo desiderari notam fecerat, male itidem accenset; in priore vero Classe floribus carere, fructibus vero donari notam assumserat, licet ad finem Classis XVII. Muscorum fructus etiam describat; sed cur non hac de caussa ad priorem retulit Classem?

✕ Lichenoides tubulosum ramosissimum fruticuli specie, candicans: Muscus tubulosus ramosissimus fruticuli specie *Raj.* H. 113. Coralloides corniculis candidissimis *Turn.* 565. Muscus coralloides *J. B.* 3. 764. coralloides sive cornutus montanus *C. B.* 361. n. 3. Octobri & Novembri provenit in colle Veneris & aliis arenosis & siccioribus silvæ Gissensis locis, inque pascuis siccis; item auff der Haardt: æstate dispérit.

• Lichenoides non tubulosum ramosissimum fruticuli specie, rufo-nigrescens: Muscus montanus fuscus ramosissimus solidus seu non tubulosus *Vern.* coralloides ramosissimus minor fuscus *Mus. Pet.* Musco fun-

fungus coralloides montanus ramosissimus fuscus *Mor.* H. O. P. 3. 633. Ad molendinum minus super saxa levi terra tecta.

• Lichenoides tubulosum ramosissimum fruticuli specie, candicans, corniculis rufescentibus: Coralloides corniculis rufescentibus *Turn.* 565. Muscus terrestris coralloides erectus, cornibus rufescentibus *C. B.* 361. n. 2. Pr. 152. n. 11. ramis rigidiusculis candidis, sed summitatibus rufescentibus *C. Alt.* Ibid. & in silva Gissensi.

• Lichenoides tubulosum ramosum, rigidius, majus & crassius, cinereo-fuscum: Coralloides cornua Cervi referens, corniculis brevioribus *Turn.* 565. Muscus coralloides saxatilis, Cervi cornua referens *C. B.* 361. n. 4. Ibidem.

• Lichenoides tubulosum cinereum, minus crustaceum minusque ramosum: Muscus corniculatus *Tab.* J. *B.* 3. 767. In silva Schiffenbergensi.

• Lichenoides tubulosum cinereum, ramosius & crustaceum. In silva Lindana inter alios Muscos & Adiantum aureum putrescens.

• Lichenoides tubulosum cinereum, minus ramosum, totum crustaceum. Ibidem.

• Lichenoides tubulosum cinereum humile, Damæ cornua referens: Coralloides cornua Damæ referens *Turn.* 565. In colle Veneris vere legimus.

• Lichenoides tubulosum cinereum, pulverulentum, crustaceum, ramulis ex acetabulis enascentibus minus copiosis. Sept. in silva Lindana inter Adiantum aureum putrescens.

• Lichenoides tubulosum cinereum, valde crusta-

ſtaceum, ramulis crebrioribus ex acetabulis enaſcentibus. In ſilva Lindana Septembri & Octobri.

• Lichenoides tubuloſum cinereum, non ramoſum: Muſcus licheniformis cornu ſimplici *Dood.* Suppl. Hiſt. Raj. p. 28. Ibid.

✕ Lichenoides tubuloſum pyxidatum, cinereum: Lichen pyxidatus major *Turn.* 549. T. 325. Fig. D. Muſcus pyxidatos *Panc.* ic. 28. tubuloſus incanus, pyxidatos Panc. *C. Alt.* pyxidatus *J.B.* 3.767. Ibid.

• Lichenoides tubuloſum pyxidatum exiguum, fuſco-virens. Majo auff der Haardt.

• Lichenoides tubuloſum pyxidatum, marginibus ſerratis. Lichen pyxidatus non ramoſus, acetabulis fimbriatis *Turn.* 549. In ſilvis.

Lychenoides tubuloſum pyxidatum proliferum: Lichen pyxidatus prolifer *Turn.* 549. Muſcus pyxioides terreſtris prolifer *Volck.* pyxioides terreſtris *C.B.* 361. n. 13. Pr. 152. n. 16. Auctumno in ſilva Lindana ad Adiantum aureum & ramos quernos putreſcentes.

• Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis fuſco-nigris: Lichen pyxidatus minor *Turn.* 549. Muſcus pyxioides ſaxatilis *J.B.* 3.767. *C.B.* 361. n. 14. Pr. 152. n. 16. Auctumno ad ſaxa magna Muſcis obſita in ſilva Giſſenſi.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis fuſco-nigris, proliferum: Lichen pyxidatus acetabulorum oris fuſcis & tumentibus *Turn.* 549. In ſilva Giſſenſi, & prope molendinum minus.

• Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis amoe-

amœne coccineis. Prope ſaxa & in terra ſteriliore in ſilva Giſſenſi.

• Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis amœne coccineis, proliferum: Lichen pyxidatus acetabulorum oris coccineis & tumentibus *Turn.* 549. Muſcus multiformiter pyxidatus, apicibus coccineis *Plot.* H. N. St. 199. T. 14. F. 1. Ad arborum truncos putreſcentes in ſilva Hangeſtein vere.

• Lichenoides tubuloſum multum cruſtaceum, pyxidulis exiguis & omnium minimis. In cæſpite Bryi trichodis capitulis reflexis, viridiſſimi holoſericei.

✕• Lichenoides fungiforme, cruſta leproſa candida, capitulis & pediculis incarnatis: Fungilli incarnati coloris, minuti, Muſco innati *Mentz.* In ſilva Giſſenſi ſolo lento & cretaceo.

• Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellare, cinereum: Muſcus cruſtaceus leproſus, ſcutellaris, cinereus *M. P.* ap. Raj. Suppl. p. 29. Ad ſaxa & muros paſſim omni tempore.

• Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis nigricantibus majoribus: Muſcus cruſtaceus leproſus, ſcutis nigricantibus *M. P.* ap. Raj. Suppl. 29. Ad ſaxa & arbores.

• Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis nigricantibus minoribus. In muro horti Medici.

• Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis cinereo-vireſcentibus. Ad Fagos.

• Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis ſubfuſcis. Ad ſaxa fiſſilia; it. ad Fagos.

• Lichenoides terreſtre leproſum, cruſta cinereo-

reo virescente, tuberculis nigerrimis. Martio repertum.

• Lichenoides crustaceum tenuissimum, segmentis quadratis, flavo & nigro colore eleganter variegatis. In scopulis ante silvam Hangestein.

• Lichenoides tuberculosum, amœne purpureum. Februario ad Populum tremulam.

• Lichenoides tubulosum, ex incarnato lutescens. E Pruno subputrida, Februario.

• Lichenoides crusta foliosa scutellata, flavescens: Lichen Diosc. & Plinii 2. colore flavescente Col. P. 1. 331. *Turn.* 548. Muscus crustæ modo arboribus adnascens flavus *Raj.* H. 116. Februario & Martio præcipue viget.

• Lichenoides saxatile, crusta foliosa tenuiter & eleganter dissecta, scutellis exilibus, ex luteo miniati coloris. Auff der Haardt/ vere.

⚔ Lichenoides crusta foliosa scutellata, pullum: Muscus crustæ modo arboribus adnascens pullus *Raj.* H. 116. Lichen crustæ modo arboribus adnascens pullus *Turn.* 548 Ad juniores Quercus, Octobri.

• Lichenoides crusta foliosa, superne cinereo-glauca, inferne nigra & cirrosa, scutellis nigricantibus: Lichen Diosc. & Pl. 2. colore cinereo Col. P. 1. 330 *Turn.* 548. Muscus crustæ aut Lichenis modo arboribus adnascens cinereus *Raj.* H. 116. crustæ modo arboribus adnascens *C. B.* 361. m. 8. Omni tempore.

• Lichenoides erectum terrestre, crusta foliosa cinereo-virescente ubique. In collibus silvulæ Philosoph. super Adiantum aureum putrescens, vere.

Li-

• Lichenoides crusta foliosa ex cinereo & luteo virescente superne, inferne nigra & lævi: Lichen Diosc. & Pl. 2. colore viridante Col. P. 1. 330. *Turn.* 548. Ad saxa circa Wetzlariam, ante silvam Hangestein & ad pagum Treis omni tempore.

• Lichenoides arboreum, crusta foliosa albo-cinerea, tenuiter & eleganter dissecta, scutellis nigris. Radicibus cirrosis arcte adhæret arboribus minus aspero cortice donatis; Februario potissimum viget.

• Lichenoides arboreum, crusta foliosa virescente, tenuiter & eleganter dissecta. Februario in silva Schiffenbergensi.

• Lichenoides arboreum & saxatile, crusta foliosa tenui, fusco-virente, in segmenta latiora plerumque divisa. Ibid. eodem tempore.

• Lichenoides arboreum virescens, acetabula ferens, crusta foliosa tenuiter dissecta. Februario in silva Schiffenb. ad vetustam Pirum elegantem hunc Muscum reperimus.

× Lichenoides arboreum foliosum cinereum, scutellis nigris, foliorum extremitatibus hispidis & pilosis: Lichen latifolius ramosus, minor, hirsutus *Turn.* 550. T. 325. F. 6. Muscus arboreus supinus marginibus pilosis *Raj.* H. 116. & S. 30. arboreus capitulis cavis *C. B.* 361. n. 4. Omni tempore, præcipue Februario.

• Lichenoides saxatile & arboreum tenerius, foliis pilosis, scutellis in aversa foliorum superficie apparentibus. Auff der Haardt/ vere.

• Lichenoides arboreum platyphyllum scutella-

tum majus & rigidius, colore virescente: Lichen pulmonarius cinereus mollior in amplas lacinias divisus *Turn.* 549. T. 325. A, B. B. Ad Quercus.

• Lichenoides arboreum platyphyllum majus & mollius, colore candicante. Omni tempore ubique.

• Lichenoides arboreum platyphyllum cinereo-candicans, segmentis angustioribus. Ad Quercus Februario.

• Lichenoides arboreum platyphyllum scutellatum, cinereo-virescens, segmentis angustioribus, circa margines crispis. Ibid. Februario.

• Lichenoides arboreum platyphyllum cinereo-virescens, extremitatibus crispis conglobatis. Februario Ibid.

* Lichenoides peltatum arboreum maximum, platyphyllum: Lichen arboreus sive Pulmonaria arborea *J. B.* 3. 759 Muscus pulmonarius *C. B.* 361. n. 7. Omni tempore reperitur, sed Novembri iterum viret & nova folia acquirit.

• Lichenoides peltatum terrestre virescens, foliorum superficie verrucosa, Auctumno in silva Schiffenbergensi.

• Lichenoides peltatum terrestre cinereum majus, foliis divisis: Lichen pulmonarius saxatilis digitatus major cinereus *Turn.* 549. terrestris cinereus *Raj.* H. 117. Æstate & auctumno.

• Lichenoides peltatum terrestre cinereum minus, foliis integris. Septembri in Piceto.

• Lichenoides peltatum terrestre rufescens: Lichen pulmonarius saxatilis digitatus major rufescens *Turn.* 549. Auff der Haardt/ vere.

Li-

✗ • Lichenoides peltatum terreſtre vireſcens minus & non verrucoſum: Lichen terreſtris foliis anguſtioribus vireſcens *Raj.* H. 117. Octobri in ſilva Hangeſtein.

• Lichenoides peltatum ſaxatile fuſco-ruſum, inferne ſcabrum. Ibid.

Lichenoides peltatum (forte) terreſtre vireſcens, orbiculatis minimis foliis. Aprili reperimus.

• Lichenoides ſaxatile membranaceum gelatinoſum tenue nigreſcens. Ex ipſis ſaxis egreditur in latere occidentali ſilvæ Hangeſtein/ & Aprili, Majo, Junio & Julio reperitur.

• Lichenoides terreſtre membranaceum gelatinoſum fuſcum, laciniis latioribus. Circa Wetzlariam.


• Lichenoides terreſtre membranaceum gelatinoſum ex viridi fuſcum, tenuiter laciniatum. Ibidem.

• Lichenoides ſaxatile membranaceum gelatinoſum erectum, ex viridi fuſcum, criſpum. Ibid.

• Lichenoides ſaxatile membranaceum gelatinoſum tenuiſſimum erectum, Braſſicam criſpam æmulans. In ſcopulis montis Selicernii & circa Wetzlariam.

✗ • Lichenoides terreſtre membranaceum gelatinoſum ex fuſco virens, criſpum & rugoſum. Martio.

• Lichenoides parvum gelatinoſum & anguloſum, ex albo vireſcens. Inter Muſcos Martio reperimus.



MU-

MUSCI CAPITULIS FLORIDIS DONATI.

I. *Durioribus.*

I. *Polycoccis.*

Lichenis notas statuimus, capitula florida duriora plerumque & polycocca, pediculis longioribus insidentia: addi possunt e *Rajo*, consistentia magis herbacea, folia figuræ indeterminatæ, radices agentia & late se diffundentia.

† * Lichen petræus, cauliculo pileolum sustinente *C. B.* 362. Provenit in excavatis (quo radii solares penetrare nequeunt) aquarum lapsu marginibus fundulorum rivuli in silva Gissensi, ubi omni tempore, sed vere præcipue cum capitulis observari potest.

• Lichen petalodes polymorphos: Lichen petræus stellatus *C. B.* 362. it. petræus umbellatus *Ejusd.* In fossa quæ prata uda, ante silvulam Philos. locata, transit, it. in elatis & udis pratis post silvam Gissensem versus pagum Rœdgen, ad fontium ductus vere & æstate reperitur.

• Lichen parvus erectus, foliolis profunde laciniatis *Pluk.* T. 41. F. 2. Ad eosdem fontium ductus vere viret.

• Lichen minimus foliolis laciniatis *Raj.* H. 126. In umbrosis & humidis circa pratum Schiffenbergense Septembri.

• Lichen omnium minimus, foliolis scissis, super ter-

terram expanſis. Auguſto poſt meſſem in agris ante ſilvam Hangeſtein.

• Lichen minimus, capitulis ſphagnoideis, ex acetabulis egredientibus. Septembris fine in ſilva Lindana.

• Lichen parvus, capitulis hypnoideis, clavatis. Ibid. eodem tempore.

• Lichen terreſtris minimus viridis, capitulis longioribus, vernus. Sub Quercubus juxta viam, ex montis Dini vertice ad inferiora tendentem, prope fodinas cupreas neglectas.

• Lichen paluſtris vernus, fœtidus. In foſſulis arenoſo fundo donatis, in prato carnificis Martio & Aprili.

2. *Monococcis.*

Lichenaſtrum vocamus hoc genus, cujus capitula monococca ſunt & pediculis brevioribus vix conſpicuis inſident, hacque ratione differt a *Lichene*. Triplicem hujus generis ſpecies differentiam habent; vel enim *capitulis ſunt nudis*, vel *folliculo incluſis*, vel *petalodes* quid habent, quo flores perfectos imitantur.

• Lichenaſtrum capitulis nudis, e plano medio foliorum enaſcentibus. In ſilva Wiſmarienſi, & locis udis ſilvæ Hangeſtein.

• Lichenaſtrum capitulis nudis parvis, oblongis, juxta foliorum tenuium diviſuras exeuntibus. In aquoſis circa Waldbrunn/ Martio.

• Lichenaſtrum capitulis nudis, Trichomanis facie, foliolis denſius congeſtis, majus. Februario in ſilva Wiſmarienſi.

• Lichenastrum capitulis nudis, Trichomanis facie, foliolis densius congestis, minus. In silva Hangestein/ locis udis.

• Lichenastrum capitulis folliculis cernuis inclusis, Trichomanis facie, foliolis densius congestis, majus. Ibidem.

• Lichenastrum capitulis folliculis cernuis (forte) inclusis, Trichomanis facie, foliolis densius congestis minus. In silva Hangestein & Wismariensi.

• Lichenastrum trichodes, capitulis folliculis, e summitate ramulorum egredientibus, inclusis. Februario Ibid. in dem schwartzen Grund.

• Lichenastrum imbricatum, capitula in folliculis ad radicem proferens. Ibid. eodem tempore.

• Lichenastrum Trichomanis facie, foliolis multifidis, capitulis folliculis angulosis inclusis. In dem Hangestein/ und Schiffenberger Waldt.

• Lichenastrum Trichomanis facie, foliolis bifidis, majus: Muscus lichenoides, foliis pennatis bifidis, major *Dood.* ap. Raj. Suppl. p. 48. pennatus, foliis subrotundis bifidis, major *Turn.* 555. lichenoides, foliis pennatis bifidis, major *Mor.* H. O. P. 3. Octobri locis humectis inter alios Muscos.

• Lichenastrum Trichomanis facie, foliolis bifidis, minus: Muscus lichenoides, foliis pennatis bifidis, minor *Dood.* ap. Raj. S. 48. pennatus foliis subrotundis bifidis, minor *Turn.* 555. lichenoides, foliis pennatis bifidis, minor Raj. *Mor.* H. O. P. 3. Ibidem.

• Lichenastrum Trichomanis facie, foliolis bifidis, minimum. In silva Schiffenbergensi.

Li-

Lichenastrum Trichomanis facie, majus: Muscus Trichomanis facie *Jung.* C. Alt. foliis utrinque rotundis splendentibus *Hoffm.* Ib. saxatilis, foliis rotundis, splendentibus, Trichomanis facie *Panc.* ic. 868. Nummulariæ folio, major *Turn.* 555. In pratis udis Majo & Junio sparsim inter alios Muscos.

Lichenastrum Trichomanis facie, minus: Muscus saxatilis Nummulariæ folio, minor *Turn.* 555. Ad fundulorum rivulum æstate.

Lichenastrum (forte) Serpilli foliis. Augusto in Fageto umbroso ad pagum Rœdgen.

Lichenastrum petalodes squamosum, majus: Lichen parvus in corticibus arborum humidis repens, foliolis subrotundis squamatim incumbentibus *Raj.* H. Suppl. p. 48. *Eph. N. C.* Cent. 5. & 6. App. p. 92. T. X. F. 29. Ubi figura sculptoris inertia minus nitide & accurate facta est, & theca bivalvis minime exhibetur, lit. a. vero longius, ac par est, infra florem locatur Ad arbores & in sepibus.

Lichenastrum petalodes squamosum, minus: Muscus muralis floridus, foliis subrotundis, creberrime imbricatim dispositis, sive Muscus muralis platyphyllos *Mor.* H. O. P. 3. *Raj.* S. p. 28. 40. *Eph. N. C.* Cent. 5. & 6. App. p. 92. T. X. F. 30. squamosus foliis subrotundis densissimis *Turn* 554. Ad arbores in silva Lindana & ad scopulos in silva Hangestein.

Lichenastrum saxatile erectum, tenuifolium, furcatum. In scopulis silvæ Hangestein.

Lichenastrum aquaticum fluitans, tenuifolium,

furcatum. Vere & æstate in fossa pratorum udorum juxta silvulam Philosophicam.

II. *Mollioribus & pulposis.*

1. *Prorsus nudis.*

Capitula mollia, nuda prorsus, nulla nec capsula, nec calyptra, immo nec membrana cincta, hoc genus, quod *Mnion* appellamus, ab omnibus aliis primo obtutu distinguunt. Hujus unam tantum speciem novi:

Mnion perangustis & brevibus foliis. Aprili ad virgultorum excisorum stipites in pratis illis elatis udis & muscosis, quæ ultra fundulorum rivulum versus pagum Rœdgen sita sunt, reperi elegantem & rarum hunc Muscum.

2. *Membranis seu capsulis circumdatis.*

A. *Calyptratis, & pediculis longioribus insidentibus.*

a. *E foliorum alis secundum ramulos enascentibus.*

Muscos squamosos Turnefortius, & *Muscos terrestres Rajus* hujus generis species vocant. Verum cum foliola hæc vere squamosa non sint, cum dentur spe-

ſpecies, (ſi quamoſa hæc folia admittas) quæ ſquamoſa ea prorſus non habent, (v. gr. Hypnon repens filicifolium non ramoſum, it. ramoſum,) cum porro hæc modo nominata ſpecies ſit prorſus arborea, multæ vero etiam aquaticæ tantum ſint, & plerique etiam alii Muſci terreſtres exiſtant, merito hæc nomina ad Muſcorum genera deſignanda excludimus, & *Hypnon* appellamus præſens genus; ut jam non memoremus, Muſci nomen generale nimis inferioribus generibus non adeo bene adaptari. *Mnion* vero, *Hypnon*, *Sphagnum*, *Bryon* vocabula Græca ſunt, quæ Muſcis paſſim ſine diſtinctione attributa fuerunt. Hæc in uſum noſtrum vertimus, & iis ſingula genera ab invicem diſtinguimus, quibus *Polytrichi*, *Polypodii* & *Selaginis* voces adjicimus. *Hypni* vero ſpecies ſunt vel *capitulis erectis*, vel *reflexis*; (ex his unam tantum ſpeciem novimus:) illæ ſunt vel *caulibus & ramis provolutis & repentibus*, quaqua verſum expanſis, vel *erectis & minus diſperſis*; priores multo magis numeroſæ, quam poſteriores, quapropter a foliorum figura & ramulorum ſitu diſtingui rurſus poſſunt: nos *trichode*, *triangularia*, *criſpa*, *filicifolia* & *filicina* recenſenda habemus. His omnibus pediculi longiuſculi e foliorum alis ſecundum ramulos ſparſim egrediuntur, & ſurculis peculiaribus brevibus folioſis inſident.

• Hypnum repens trichodes terreſtre luteo-virens, vulgare majus, capitulis erectis: Muſcus terreſtris latioribus foliis major ſeu vulgaris *Raj*. H. 122. ſquamoſus major ſeu vulgaris *Turn*. 553. Septembri capitula nova emittit, quæ Decembri, Januario

& postea perficiuntur; in muris præcipue provenit.

• Hypnum repens trichodes terrestre viridius minus, capitulis tumidioribus, cernuis: Muscus terrestris vulgaris minor, Adianti aurei capitulis *Raj.* H. 122. squamosus ramosus tenuior, capitulis incurvis *Turn.* 553 Ad arborum truncos Augusto capitula nova producit, quæ Februario & Martio perficiuntur.

• Hypnum repens trichodes terrestre priori viridius & minus, capitulis cernuis, minus tumidis; Muscus terrestris minor omnium vulgatissimus *Raj.* Suppl. 43. Julio cum capitulis novis in silva Hangestein reperimus.

• Hypnum repens trichodes terrestre minimum, capitulis majusculis oblongis, erectis: Muscus terrestris omnium minimus, capitulis majusculis oblongis *Raj.* Suppl. 45. squamosus ramosus tenuior, capitulis erectis *Turn* 553. Omni tempore reperitur.

• Hypnum repens trichodes arboreum, capitulis majusculis oblongis, erectis. Februario & Martio ad arbores.

× • Hypnum repens trichodes arboreum majus, capitulis & surculis erectis, non ramosis. In silvis omnibus.

• Hypnum repens trichodes arboreum majus, cauliculis ramosis. Februario.

• Hypnum repens trichodes arboreum medium, capitulis erectis. Februario ad Quercus.

• Hypnum repens trichodes arboreum minus, capitulis erectis. Februario ad arbores.

Hy-

• Hypnum repens crispum cupressiforme, majus. Ad arbores satis vulgare.

• Hypnum repens crispum cupressiforme, minus, foliolis minus confertis. Ad arborum truncos & super saxa in silva Schiffenbergensi.

• Hypnum repens crispum cupressiforme minus, foliolis magis confertis. Febr. capitula producit, quæ Mart. & Apr. perficiuntur; auff der Haardt & in silva Schiffenbergensi.

• Hypnum repens crispum lutescens, montanum & majus: Muscus montanus *Tab.* squamosus major, foliis angustioribus acutissimis *Turn.* 551. terrestris repens Lycopodii ferme facie *Dood.* ap. Raj. S. p. 43. Musco denticulato similis *C. B.* 360. n. 9. Auff der Haardt.

• Hypnum repens luteo-virens palustre, minus crispum & brevius. In silva Gissensi versus Schiffenbergam.

✕ Hypnum repens crispum, ramulis compressis filicinorum more dispositis: Muscus terrestris major, ramulis compressis, foliis superficie crispis *Dood.* ap. Raj. Suppl. 44. Ad saxa & scopulos silvæ Hangestein.

• Hypnum repens filicinum, veluti spicatum. In silvis.

• Hypnum repens filicinum minus, luteo-virens: Muscus filicinus minor floridus *C. B.* 360. n. 5. Pr. 151. n. 2. Ad arborum truncos & stipites in silva Hangestein & Lindermarck.

• Hypnum repens filicinum, foliolis in aduncum mucronem abeuntibus. In silva Schiffenbergensi.

• Hypnum repens filicinum pennatum: Muscus vulgaris pennatus major *C. B.* 360. n. 2. pennatus *Ejusd.* Pr. 151. n. 1. In silvis ad saxa.

• Hypnum repens filicifolium non ramosum, pediculis & capitulis longioribus, foliolis utrinque duplicatis. In Luco carnificis & in pratis udis juxta Muion.

• Hypnum repens filicifolium non ramosum, pediculis & capitulis brevioribus, foliolis utrinque simplicibus. In summo vertice silvæ Hangestein provenit, & Februario capitula ostendit.

• Hujus loci forte & ad Muscos pertinere videtur Adiantum petræum perpusillum Anglicum foliis bifidis vel trifidis *Newtoni* apud Raj. H. 141. quod Februario in silva Wismariensi reperit *D. Ruppius*, qui figuram Morisonianam huic melius, quam Plukenetianam, quadrare existimabat, quod *Plukenetius* suum fruticosum & erectius faciat.

• Hypnum repens filicifolium ramosum, ramulis appressis & magis complanatis. Ad Carpinos omni tempore; capitula Martio emittit.

• Hypnum repens filicifolium ramosum, ramulis surrectis & minus complanatis. Aprili ad arborum truncos & virgulta humida.

• Hypnum repens filicinum trichodes, palustre. Aprili in elatis pratis palustribus trans fondulorum rivulum.

• Hypnum repens filicinum trichodes montanum, ramulis teretibus lutescentibus, non divisis. Auff der Haardt/ & in scopulis juxta silvam Hangestein.

Hy-

• Hypnum repens filicinum, triangularibus foliis, prælongum: Muſcus terreſtris parvus ſupinus prælongus, Filicis modo interdum pennatus *Raj*. Ad ſaxa & ligna ſemiputrida.

• Hypnum repens filicinum, triangularibus foliis, breve. Julio ad fundulorum rivulum.

✠• Hypnum repens triangularibus majoribus foliis: Muſcus terreſtris maximus ramoſus erectior, latioribus & pallidioribus foliis *Raj*. Suppl. 43. In ſilvis abunde.

• Hypnum repens triangularibus foliis anguſtioribus. Ad arborum radices & ſtipites putreſcentes.

• Hypnum repens triangularibus reflexis foliis. In pratis omnibus.

• Hypnum repens ſaxatile triangularibus anguſtis foliis, prælongum, ramulis ſparſis. Ad ſaxa fontium in ſilva Schiffenbergenſi.

• Hypnum repens paluſtre, foliis triangularibus per caules expanſis, extremitatibus convolutis & acuminatis. Aprili in pratis muſcoſis ultra fundulorum rivulum verſus Rœdgen.

• Hypnum erectum aut fluitans aquaticum, foliis oblongis, peranguſtis, acutis. In foſſulis pratorum.

• Hypnum paluſtre erectum prælongum, minus ramoſum, latioribus & triangularibus foliis. Ibid.

• Hypnum paluſtre erectum brevius, ramis longioribus, foliis anguſtioribus. In pratis udis circa Waldbrunn.

• Hypnum paluſtre erectum breve, foliis brevibus, anguſtis, tenuibus, confertis. In humidis ſilvæ Schiffenbergenſis.

Hy-

• Hypnum paluſtre erectum breve, foliis brevibus, tenuibus, anguſtis, minus confertis. In pratis udis ultra fundulorum rivulum.

✕ Hypnum paluſtre erectum arbuſculam referens, ramulis ſubrotundis: Muſcus ſquamoſus ramoſus erectus Alopecuroides *Turn.*554.T 326.B. In pratis udis ad fontem Principis; it. in udis ſilvæ Schiffenb.

• Hypnum paluſtre erectum trichodes, ramulis teretibus elegantibus, majus. In aquæ ductibus circa Waldbrunn.

• Hypnum paluſtre erectum trichodes, ramulis teretibus, elegantibus, minus. Ibid.

• Hypnum paluſtre erectum trichodes minus, ramulis copioſioribus, teretibus, elegantibus. Ibid.

• Hypnum paluſtre erectum trichodes, ramulis crebris, lúteo & rufo-virentibus, glabris. In pratis udis juxta lucum Philoſ. & trans fundulorum rivulum.

• Hypnum terreſtre erectum, ramulis teretibus, foliis ſubrotundis albo-virentibus cinctis. In ſilva Schiffenberg. & alibi inter Muſcos terreſtres.

• Hypnum ſaxatile erectum, ramulis teretibus, foliis ſubrotundis, ſaturate virentibus. In muro Cœmiterii ſeptentrionali.

• Hypnum terreſtre erectum, ramulis teretibus, foliis inter rotunda & acuta medio modo ſe habentibus. In Piceto & ſilva Schiffenberg. ſuper ſaxa.

• Hypnum arboreum erectum fruticuli ſpecie, ramulis compreſſis. Ad arborum radices & ſuper virgulta in ſilva Hangeſtein.

✓ • Hypnum arboreum repens, capitulis reflexis, brevibus pediculis inſidentibus. Ad arbores in ſilvis.

b. E

b. E summis cauliculis aut ramulis, vel ex radicibus aut surculis annotinis (qui priori anno summi cauliculi fuere) exeuntibus.

a. Calyptra villosa.

Hujusmodi Muscos *Polytricha*, at qui calyptras læves habent, *Brya* nominabimus. *Rajus* & *Turnefortius* posteriores *Muscos Capillares* & *Capillaceos* vocant. Conveniunt autem ambo hæc genera in eo, quod cauliculis semper sint erectis, minus ramosis & repentibus, ut in *Hypno*, sed in densos plerumque cæspites congestis. *Polytrichi* species distingui possunt a capitulis, quæ vel *quadrangula*, vel *subrotunda* sunt.

* Polytrichum vulgare & majus, capsula quadrangulari: Pol. aureum medium *C. B.* 356. Pol. Apuleji majus quibusdam *J. B.* 3. 760. Muscus capillaceus major, pediculo & capitulo crassioribus *Turn.* 550. In silvis plerisque Novembri capitula nova producit, quæ dein ad Majum & Junium matura fiunt & rumpuntur.

* Polytrichum montanum & minus, capsula quadrangulari: Pol. aureum minimum montanum *Mentz.* Adiantum aureum minimum *Merr.* pileolo villoso minimum *Raj.* Syn. 20. Suppl. 34. Auff dem Tripp Novembri prodit, & ad Julium capitula maturat.

* Polytrichum minus capsulis rotundis, calyptra quasi lacera coronatis: Adiantum aureum minus, foliis rigidis, capitulis coronatis *M. P.* n. 22. ap. Raj. in Suppl. 34. In Pinastretulo juxta lucum Philosophicum.

Po-

• Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum ramoſum majus: Adiantum aureum acaulon, capitulis ſtriatis *M. P.* n. 4. ap. Raj. Suppl. 39. Januario, Februario & Martio capitula profert & perficit; Carpinis frequentiſſime adnaſcitur.

• Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum, minus ramoſum & breve. Ad Fagorum caudices in ſilva Giſſenſi Aprili.

• Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis brevibus inſidentibus, calyptra ſtriata, terreſtre, minus ramoſum & breve. Circa Wetzlariam Februario.

• Polytrichum minus foliis mollibus & pellucidis. In ſilva Schiffenbergenſi Februario inter alios Muſcos.

• Polytrichum minus foliis capillaceis. Februar.

β. Calyptra lævi.

Calyptra lævi, capitula minus arcte cingente & levius inſidente, hoc *Bryi* genus a *Polytricho* differt. Cauliculi, licet aliquando in ſurculos aliquot dividantur, non tamen ramoſi, provoluti & repentes ſunt, ut in *Hypno*. Primariam *Bryi* diviſionem a capitulis ſumemus vel *erectis*, vel *reflexis*, reliquas a foliis mutuabimus.

• Bryum erectis capitulis anguſtifolium, caule reclinato: Muſcus polytrichoides anguſtifolius, caule folioſo tenui reclinante *Mor.* In ſilvis Apr. nova profert capitula, quæ dein æſtate maturantur.

• Bryum erectis capitulis oblongis, rubentibus, fo-

foliis oblongis, angustis, pellucidis. In silvis Aug. & Septemb. capitula nova producit, quæ Februario perficiuntur.

• Bryum erectis capitulis oblongis majusculis, minus rubentibus, foliis oblongis, angustis, nitidis, pellucidis, valde tenuibus & dilute virentibus, cauliculis rubentibus: Muscus capillaris, surculis erectis, foliis oblongis tenuissimis acutis cinctis *Raj*. Suppl. 34. In silva Hangestein auctumno & hieme.

✕. Bryum erectis longis & acutis falcatis capitulis, calyptra subfusca, foliis Serpilli pellucidis. Martio capitula profert, quæ dein sub æstatem maturat.

✕. Bryum erectis longis & obtusis capitulis, calyptra laxa conica, foliis Serpilli pellucidis, latioribus. In scopulis silvæ Hangestein primo vere capitula ostendit, quæ dein Julio ad maturitatem perducit.

• Bryum erectis capitulis, calyptra laxa conica, foliis Serpilli pellucidis, angustioribus. Novembri ad vias arenosas.

• Bryum exiguum erectis parvis subrotundis creberrimis capitulis rufis, foliolis Serpilli angustis pellucidis. Novembri. Ibid.

• Bryum parvum erectis subrotundis majusculis capitulis subfuscis, foliis Serpilli pellucidis. Febr. in silva Schiffenbergensi ad arborum radices.

✕ Bryum parvum erectis piriformibus majusculis capitulis, foliolis Serpilli pellucidis: Muscus capillaris parvus, capitulis magnis piriformibus erectis, in pediculis brevissimis *Raj*. Syn. 29. Suppl. 35. trichoides humilior, capitulis piriformibus erectis

Dood.

Dood. Ib. capillaceus minimus, capitulis piriformibus turgidis *Turn.* 552. In silva Hangestein Aprili.

✗ • Bryum erectis falcatis capitulis, trichodes, foliis latiusculis extantibus, in pilum canescentem desinentibus: Muscus capillaris tectorum, densis cæspitibus nascens, capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum desinentibus *Raj.* Suppl. 34. Passim ad vias, ad arborum truncos, & super rusticorum casas.

• Bryum erectis capitulis trichodes, foliis latiusculis congestis, in pilum canescentem desinentibus: Muscus capillaris minor, capitulis erectis vulgatissimus *Raj.* Suppl. 34. In muris & scopulis.

✗ • Bryum erectis capitulis trichodes, lanuginosum. Locis arenosis & in pascuis siccioribus abunde.

— Bryum trichodes virescens, erectis majusculis capitulis maliformibus: Muscus trichodes medius, capitulis sphæricis *Dood.* ap. Raj. Syn. 30. & Suppl. 35. capillaceus medius capitulis globosis *Turn.* 552. In silva Hangestein Majo capitula perficit.

• Bryum trichodes hirsutie canescens, capitulis subrotundis erectis, in pediculis brevissimis. Super saxa, terra tamen substrata.

• Bryum trichodes exile, erectis capitulis in pediculis brevissimis. In silva Hangestein.

• Bryum trichodes exile, erectis capitulis in pediculis longioribus rubris. In silvis Aprili capitula maturat.

• Bryum parvum trichodes ramosum, erectis capitulis subfuscis, in pediculis obscure rubris. Aprili in hortis cum capitulis maturis reperimus.

Bry-

* Bryum trichodes, erectis capitulis, albidum, fragile: Muſcus trichodes montanus albidus fragilis *Dood.* ap. Raj. Suppl p. 58. In ſilvis Auguſto & Septembri capitula producit; brevis ævi eſt.

* Bryum trichodes capitulis erectis, pediculis intortis, tenuibus, virentibus. In ſilva Giſſenſi inter Polytrichum vulgare.

* Bryum trichodes capitulis erectis, pediculis longioribus rectis, flavo rubentibus. Octobri in ſilvis.

* Bryum anguſtis viridibus foliis, capitulis erectis, brevibus pediculis inſidentibus, calyptra falcata vel avium unguiculas referente. Februario in muro Cœmiterii tantum hactenus obſervavi, verum poſtquam murus iſte nuper in Cœmiterii ampliatione dejectus eſt, an in novo, qui ſtructus eſt, poſt hac etiam proventurum ſit, ignoro. Idem etiam valet de Hypno ſaxatili erecto, ramulis teretibus, foliis ſubrotundis, ſaturate virentibus, p. 220. relato.

* Bryum anguſtis pallidis foliis, capitulis erectis, longioribus pediculis inſidentibus, calyptra rectiore. In hortis.

* Bryum peranguſtis foliis & cauliculis, foliis rarioribus cinctis, capitulis erectis e ſurculis annotinis egredientibus: Muſcus capillaris parvus, cauliculis tenuibus longiuſculis, foliis brevibus anguſtis acutis rarioribus cinctis *Raj.* Suppl. p. 36. Martio capitula nova acquirit in ſilvis, ſolo laxo arenoſo, quæ Junio & Julio maturantur.

* Bryum peranguſtis foliis & cauliculis, foliis crebrioribus & circa extremitates magis congeſtis,

capitulis erectis ad summitatem magis egredientibus. Novembri ad vias sabulosas.

ꝛ Bryum perangustis foliis &c. cauliculis, foliis crebrioribus & circa summitates magis congestis, capitulis erectis e surculis annotinis egredientibus, pediculis purpureis. Ad vias & muros Martio, Aprili & Majo capitula maturantur.

• Bryum perangustis & brevissimis foliis, extremitatibus stellatis. In silvis.

• Bryum trichodes obscure virescens, capitulis cernuis. In hortis.

• Bryum trichodes capitulis reflexis, pediculis ima medietate rubris, summa luteo-virentibus: Muscus capillaris capitulo parvo reflexo, pediculo ima medietate rubro, summa luteo-viridi *Raj.* Syn. 34. Suppl. 38. *Mor.* H. Ox. P. 3. capillaceus minimus capitulo nutante, pediculo purpureo *Turn.* 552. Martio capitula profert, quæ dein Aprili & Majo perficiuntur; in hortis.

• Bryum trichodes capitulis reflexis, viridissimum holosericeum. An dem neuen Steinwege nach dem Nahrungsberg Februario & Martio.

✶ Bryum trichodes hirsutie canescens, capitulis subrotundis reflexis in perbrevibus pediculis: Muscus trichodes hirsutie canescens, capitulis subrotundis reflexis in perbrevibus pediculis *Raj.* Suppl. 38. capillaceus lanuginosus minimus *Turn.* 552. In tectis & super saxa in silvis, terra tamen substrata.

⚔ Bryum capitulis subrotundis reflexis, cauliculis teretibus argenteis: Muscus argenteus capitulis re-

reflexis *Raj.* Suppl. 38. julaceus argenteus, ex plurimis quasi juliolis corylaceis singularibus non ramosis constans *Hoffm.* C. Alt. Omni tempore, sed Septembri & Novembri præcipue, ubi capitula nova producit, conspicitur.

• Bryum capitulis reflexis pitiformibus, calyptra quadrangulari, foliis in bulbi formam congestis. In silvis & hortis passim Februario prodit & ad Majum capitula maturat.

• Bryum capitulis reflexis, foliolis latiusculis congestis. Ibid. Martio capitula nova protrudit.

• Bryum nitidum capitulis reflexis, calyptra sursum vergente, præaltis pediculis e cauliculis novis egredientibus. In scopulis silvæ Hangestein/ Aprili.

• Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis, capitulis reflexis e surculis annotinis & marcidis egredientibus. Silvarum locis humidioribus.

Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis oblongis, capitulis cernuis majusculis e cauliculis novis & virentibus egredientibus: Muscus foliis Serpilli rotundis, erectus major *Raj.* Suppl p. 43. palustris major Serpilli folio *Turn.* 555. In pratis udis, maxime illis, quæ trans fundulorum rivulum sita sunt, reperitur & cum capitulis occurrit hieme & vere.

• Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis rotundis, capitulis cernuis majusculis e cauliculis veteribus egredientibus. In silva Hangestein.

Bryum nitidum foliis oblongis undatis, capitulis cernuis, arbusculam referens: Muscus ad Polytrichoiden accedens arbusculam referens, foliis longis & veluti crispis *Raj.* Suppl. 43. Polygoni

 fo-

folio *Turn.* 555. Tab. 326. fig E. In silvis opacis ad arborum radices; capitula vere maturat.

• Bryis hisce subjungimus Muscos aliquot Serpilli foliis, aut hisce satis similibus, qui an capitulis sint reflexis, vel erectis, immo an hujus omnino loci, quoniam capitula nondum vidimus, nobis adhuc incognitum est.

• Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis subrotundis, elatius: Muscus polytrichoides humilior, foliis latis subrotundis *Pluk.* T. 45. F. 7. Ad fossas.

• Bryum nitidum foliis inferioribus Serpilli, superioribus magis angustis & oblongis. Ad arborum radices.

• Bryum nitidum foliis Serpilli angustioribus, majus. Augusto in aquæ ductibus fontis Wald-Brunn.

• Bryum nitidum foliis Serpilli angustioribus, medium. Aprili ad fossas pratorum udorum ante lucum Philosophicum.

• Bryum nitidum foliis Serpilli angustioribus, minus. Jul. locis opacis ad fundulorum rivulum.

• Bryum nitidum foliis Serpilli angustioribus, minus, colorem mutans. Ibid.

B. *Non calyptratis & sessilibus.*

a. *Dispersis & solitariis.*

α. *In cauliculorum & ramulorum summitatibus dispositis.*

Capitulis non calyptratis, sessilibus & nullis pediculis, conspicuis saltem, insidentibus, a *Bryo* differt hoc genus, quod *Sphagnum* appellamus; Musci capil-

capillares apocarpi (fructus sine pede aut pediculo) vocantur *Rajo* & *Sherardo*. Capitula vero in summis ramulis aut cauliculis sedent, quo differt a *Selagine*, quæ ea in foliorum alis gerit.

• Sphagnum cauliferum & ramosum palustre, molle candicans, reflexis ramulis, foliolis latioribus: Muscus vulgatissimus *C. B.* 360. n. 1. terrestris vulgaris *Dod.* ic. palustris *Ejusd.* Ib. descr. palustris terrestri similis *Raj.* H. 122. densa ramulorum congerie Fungum protuberantem repræsentans major cinereus, apicibus viridantibus *Cat. Alt.* squamosus palustris candicans mollissimus *Turn.* 554. In pratis udis circa Waldbrunn Julio capitula ostendit, quæ, secus ac in plerisque aliis Muscis, brevi decidunt.

• Sphagnum cauliferum & ramosum palustre, molle candicans, reflexis ramulis, foliolis angustioribus. In pratis palustribus ante lucum Philosophicum omni tempore.

• Sphagnum cauliferum & ramosum saxatile, hirsutum virescens, capitulis obscure rubris: Muscus apocarpus hirsutus saxis adnascens, capitulis obscure rubris *Sher.* ap. Raj. Suppl. p. 40. Ad saxa circa Schiffenbergam.

• Sphagnum cauliferum & ramosum saxatile, hirsutum incanum, capitulis virentibus. Ibid. & in scopulis juxta silvam Hangestein.

• Sphagnum acaulon trichodes. Passim locis muscosis; copiose in Pinastreto juxta lucum Philosophicum Martio capitula producit, quæ æstate fusca, Novembri lutescentia fiunt.

• Sphagnum acaulon foliis in bulbi formam congestis, majus: Passim in hortis & silvis Novembri capitula nova habet, quæ dein Februario & Martio matura fiunt.

• Sphagnum acaulon foliis in bulbi formam congestis, minus. Cum capitulis maturis Martio reperimus.

β. *E foliorum alis enascentibus.*

Selago aquatica foliis pellucidis triangularibus acutis & complicatis cincta: Fontalis minor lucens *J. B.* 3. 779. Muscus aquaticus terrestri vulgari similis, sed major *Raj.* Suppl. 44. qui huic plantæ vascula oblonga crebra, nullis fere pediculis in foliorum alis sessilia tribuit, unde hujus loci fecimus; nos ea nondum vidimus, licet toto fere anno aliquoties ea quæsiverimus. Reperitur in fossulis transversis pratorum ante portam septentrionalem; hieme magis viret, æstate magis rufescit. Selago 3. *Thalii* ex descriptione Breyniana hujus etiam generis est, unde vacuum desumsimus nomen & huic generi proprium fecimus.

b. *Aggregatis & in clavam congestis.*

* Lycopodium clavarum pediculis foliosis: Muscus terrestris sive Lycopodium *Dod.* lat. fol. 469. terrestris repens, pediculis foliaceis, binis clavis in altum se erigentibus *Pluk.* T. 47. F. 8. alius terrestris, Lycopodium Dod. *H. Lugd.* In silva Lindana, loco quo Filix femina provenit, & in latere ejus orientali versus pagum Steinberg; copiosius in ericetis ante silvam Wismariensem. Septembri clavas habet.

Hi

Hi ſunt Fungi Muſcique a nobis obſervati ; multi ſane & plures, quam in alia quacunque Flora aut Catalogo continentur. Id monemus, nos ſynonyma Muſcorum omnia non addere potuiſſe, Morisoniana præſertim, tum quod multorum apud *Rajum* & alios deſcriptiones nimis eſſent breves, notæque characteriſticæ minus diligenter obſervatæ, tum quod plerorumque figuræ nondum proſtent, & quas Hiſt. Oxon. P. 3. exhibet, ob caritatem & raritatem hujus Hiſtoriæ nondum cognoſcere potuerimus. Cui defectui medebimur, ſi noſtram Plantarum Haſſiæ & Giſſenſium præcipue Hiſtoriam tandem evulgare datum fuerit, qua omnium Muſcorum figuras a nobis ipſis accurate conſignatas exhibebimus, vel ſi & tum id exaſſe fieri nequeat, alii Botanophili, quibus Moriſoniana Hiſtoria ad manus fuerit, ejus figuras cum noſtris conferre & ſynonyma facili opera addere poterunt. Interea confidimus noſtros Muſcos, ob methodicam diſpoſitionem & accuratam eorum denominationem, etiam ſine figuris tantiſper hic intelligi & ab iis dignoſci poſſe, quibus illi obviam facti fuerint. Ceterum quæ noſtra ſit ſententia de Muſcorum & Fungorum ortu, diximus in Diſſertationibus aliquot epiſtolaribus, quæ annexæ ſunt Ephem. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. Exiſtimamus nempe utrumque genus ſemine omni deſtitui, flore & Fungos carere, Muſcorum autem partem plurimam ejus parte præcipua, polline nempe florido, qui ſpermatis maſculini inſtar ſe habeat, donari. Flore enim & ſemine omni, quantum quidem notum eſt, carent

Confervæ & Lichenoide: reliqui Musci & Capillares etiam plantæ semen verum non obtinent, sed sui propagationem dicto polline celebrant, ita quidem, ut cum semen fecundandum desit in Muscis, ista via super eorum extremitates & ramulos effundatur, in Capillaribus vero radicibus germinandi facultas communicetur; qua simili propagatione gaudere nobis visa sunt Equiseta, Capillaribus idcirco herbis annumeranda. Habent ergo hæc genera minus perfectum, ac reliquæ plantæ, nascendi ordinem, plane autem imperfectum obtinent Fungi, qui ex Marsiliana & nostra etiam observatione ortum debent corpori & succo cuidam vegetabili, putredinoso motui exposito, qui formam atque speciem nancisci videtur ab illo Vegetabili, a quo originem sumsit. Id quod auctumnali tempore omnium facillime contingit; decidentibus enim fructibus & foliis arborum, succi eorum retrocedentes consumi amplius nequeunt, unde Fungi arborei, substantia duriore matrem succumque, quo firmiore nati sunt, satis referentes, oriuntur, herbæ vero & earum radices tum etiam vel exarescunt, vel supervenientibus pluviis in tabum resolvuntur, qua de caussa ex ipsis herbis atque graminibus, eorumque radicibus semiputridis Fungos sæpe ortos conspexi. Adeo Natura ordinis studiosissima nihil facit promiscue aut tumultuarie, sed suis gradibus ab inferioribus & minus perfectis generibus ad superiora constanter assurgit, non in hoc tantum, quod Vegetabile dicunt regnum, sed in reliquis etiam, Minerali nempe & Animali;

Utro-

Utrobique nempe ad ignobilioribus & minus perfectis ad nobiliora & perfecta magis ascendendo. In Animalibus enim ab exsanguibus & vilissimis reliquis animalibus atque insectis desinit in sanguifluis & perfectioribus animantibus ad hominem usque; in Mineralibus liquores & vapores metallicos a facillima destructione in firmissima, densissima & incorruptibilia ferme corpora densat: in Vegetabilibus vero nostris a Fungis, ut diximus, qui spontaneum quasi ortum habent & semine floreque destituuntur, ad Muscos pergit, ita ut horum pars aliqua semine floreque destituatur & inter Fungos atque Muscos ambigat, (Lichenoide nimirum) reliqui vero propagationem vegetabilem polline isto spermatico, eodem nempe cum farina florida apicum in floribus, ordiantur, idque gradu adhuc inferiore, sine semine nimirum, unde transitus fit ad plantas Capillares, quæ eandem propagandi rationem servant, substantia tamen herbacea perfectas herbas referunt, quibus proxime succedunt Gramina & reliquæ herbæ Apetalæ, (Capillaribus hæc ordine proxime subnectendæ) quæ quantum calicibus atque staminibus a prioribus recedunt, tantum plantis flore perfecto & petalode donatis accedunt.

ADDENDA ET NOVA ALIQUOT PLANTARUM GENERA.

ADDENDA.

PAg. 49. ad Bugulam vulgarem adde: Flore cinereo in Lindano reperitur nemore, quam *C. Bauhinus* pro varietate hujus tantum habet.

P. 53. ad Orchidem minorem purpuream &c. Variat flore dilute & saturate purpureo, flore item carneo & albo. Quæ penultima eadem videtur cum versicolore, ex albo nempe & rubro colore variegata, qualis in *Hort. Reg. Par.* annotatur.

Lilac *Matth.* 1237. *Turn.* 601. Syringa cærulea *C. B.* 398. flore cæruleo sive Lilac *J. B.* 1. 204. Hæc arbor inter Cerasos & Prunos circa Schiffenbergam mihi visa est, an spontanea sit, affirmare non ausim; una enim tantum arbor erat. Oportet tamen, etiamsi nostri soli non sit, ex septentrionali aliqua plaga primum allatam fuisse, cum semel plantata non facile pereat, sed diu supersit & frigus etiam quodvis (ita ut sæva illa anni 1709. hiems ei & Ribesio, *S. Paulli* observatione ex Norwegia primum allato, minime nocuerit) toleret. Floret ibi & in hortis multis passim initio Maji, & postquam defloruit, Cantharides, quæ annis calidioribus numerosæ non raro apud nos comparent, folia ejus depascuntur, donec Ligustrum floreat, ubi Lilac deserunt, & hujus floribus catervatim advolare solent. Ceterum rudera, piscinæ nempe collapsæ & arbores domesticæ, culturæ neglectu fere silvestres factæ ferisque arbo-

arboribus passim intermixtæ (quæ nomine Horti arborei vel Arboreti, vulgo Bangert seu Baum-Garten / veniunt) testimonium luculentum exhibent, fuisse aliquando res istius Teutonicæ domus, Schiffenbergæ nimirum, longe melius cultas ac nunc sunt, licet nativa loci amœnitas semper superfit & nulla temporis diuturnitate extingui queat. Qua in sententia eo magis confirmor, quod præter Lilac plantæ aliquot, e quibus Cucumis asininus nunc succurrit, prope domum istam adhuc occurrant, quæ testentur fuisse ibi olim hortum aliquem, ex quo istorum vel semina, vel viviradices primum prodierint. Istiusmodi vero hortum vel mediocriter saltem instructum, cum loci jucunditate conjunctum, fuisse admirabilem conjicere facile licet.

Pag. 56. Rapistro præpone: Sinapi arvense præcox semine nigro *Mor.* 2. 216. *Turn.* 227.

Pag. 61. locus Knawel ita notetur: In colle Veneris, monte Weddenberg & ericeto Annerodtensi.

Pag. 70. ad Palmam Christi candidis floribus *H. Eyst.* adde: A *C. Bauhino* cum Orchide palmata pratensi maculata Pin. p. 85. conjungitur, verum si non specie distinguere, ad Orchidem palmatam pratensem latifoliam longis calcaribus *Ejusd.* referre præstat. Folia immaculata & florum labium inferius tripartitum habet.

Pag. 73. ad Filicem non ramosam, pinnulis tenuissimis & tenuissime dentatis *C. B.* adde post Badenburgensi: & Hangestein; it. in monte vocato Weddenberg / in latere ejus septentrionali.

Pag.

Pag. 79. ad Scirpum Equiſeti capitulo majori *Turn.* adde: Variat, inquit *C. Bauhinus* ſcirpis latioribus & triplo anguſtioribus. Nobis pro aquarum altitudine triplex comparuit: major, bicubitalibus, culmi craſſitie caulibus, ſpica unciali: medius, ſcirpis cubitalibus, aliquantum tenuioribus & ſpicis brevioribus: minor, palmaris, dodrantalis & pedalis, ſpicis culmum longis, ſcirpis tenuibus, triplo primo anguſtioribus, qui forte idem fuerit cum Scirpo montano capitulo breviore *Turn.* p. 78 recenſito. Obſervavimus etiam ſcirpis compreſſis, ſerius & Julio demum florentem, qui forte ſpecie diſtinguendus fuerit.

Pag. 82. in Ægilope poſt junceis lege: In pratis ſiccioribus circa urbem, in colle Veneris, auff der Haardt/ & in paſcuis ſiccis ad Schiffenbergam.

Pag. 87. ad Knawel vulgare adde: Cur dicatur *C. Bauhino* repens, ignotum; cauliculos enim habet ſurrectos, & nec radicibus etiam repit. At vero Knawel incanum flore majore, perenne *Raj* quod p 61. recenſetur, repit & procumbit. Conſiderandum ergo an non incanum ſub vulgari complexus ſit *C. Bauhinus*, maxime quod is in Pinace addat in notis: Varietatem magnam in hac planta, vulgari nempe, obſervari. Ceterum incano dubitanter nos ſuperius junximus Polygonum Polonicum coccitérum, idque ex ſententia *D. Ruppii*, cui pro Polygono Polonico oſtenſum fuerat Wittembergæ. Sane *C. Bauhinus* Polonicum non cognoviſſe, ſed ex ſententia aliorum diſtinctum recenſuiſſe videtur; & licet pro Polonico erectum pingant & minus Auctores

ple-

plerique, (ex *Camerario*) tamen hoc non obstante idem censeri poterit, cum id vitium fuerit seculi, quo repentes plantæ erectæ etiam fuere depictæ & minores, quam earum magnitudo naturalis esset. Figuram Knawel incani accuratam dabimus in Hist. Plant. Gissens.

Pag. 88. post Haardt adde: und dem Weddenberg/ wie auch auff der Heyde neben dem Venuß-Berg.

Pag. 92. lin. 4. post laciniatis dele: *qualia* ad *Turnefortium* usque. Cognovit enim *C. Bauhinus* & varietatem floribus albicantibus foliis integris, & videtur is aliam speciem sub ea, quæ laciniata habeat folia, intellexisse: *D. Rivinus* suam, quæ folia laciniata obtineat, floribus esse luteolis scribit, quæ tamen, propterea quod auctores a *C. Bauhino* citati diserte non eloquantur, an eadem cum *C. Bauh.* Brunella folio laciniato sit, asserere non audet, immo cum humiliorem dicant, suam, quæ ultra duos pedes in horto assurgat, diversam videri.

Pag. 117. ad Gramen avenaceum dumetorum spicatum adde: nec etiam vere avenaceum est, sed spica ejus spicam Brizæ potius æmulatur, e locustis squamosis alternatim, Lolii instar (non tamen situ plano, sed ad longitudinem spicæ transverso) locatis constans. Ceterum hoc Gramen flagellis longissimis emissis repit & a nostratibus Pharmacopolis radices ejus pro Gramine officinarum adhibentur, fereque credo non aliud præter hoc esse Gramen officinale. Utique spicæ ejus triticeam vel brizi-

nam

nam potius ſatis referunt, niſi quod tenuiores ſint, & hoc Gramen etiam non in pratis, ſed arvis & ſatis (ubi tamen, quod omni ſtudio a colonis eradicetur, rarius viſitur) quod Gramini officinali tribuit *J. Bauhinus*, frequentiſſime autem in dumetis, ubi liberum permanet, comparet. Altitudinem humanam plerumque ſuperat, & folia habet ad genicula longa lataque, ſupina parte leviter hirſuta. Vocatur: Gramen caninum arvenſe, ſive Gramen Dioſc. *C. B.* 1. repens, officinarum forte, ſpicæ triticeæ aliquatenus ſimile *J. B.* 2. 457. loliaceum radice repente, ſive Gramen officinarum *Turn.* 517. *German.* Hunds-Graß / Rech-oder Quecken-Graß dicitur. Pertinet ad Gramina, quæ ſpicam Brizæ habent, (a quibus tamen brizina *C. Bauhini* multum differunt) vel poſſet etiam ad loliacea, vel ſingularia & ſui generis referri, quamvis cum Briza diſtinctum Graminis genus conſultius occuparet. Ulteriorem hujus deſcriptionem habet *Rajus* Hiſt. p. *1262*. iconem vero dabimus in Hiſtoria Plant. Giſſens.

Pag. 119. ad Chondrillam cichoroiden in fine poſt non eſt, adde: Nobis igitur *J. Bauhinum* præcipue ſequutis, noſtra a vulgari diverſa videbatur.

NOVA ALIQUOT PLANTARUM GENERA.

Pro adimplendis vacuis nonnullis ante Indices paginis, nova quædam & minus adhuc cognita plantarum Genera ex Appendice Catalogi deſumta, hic exhibere non præter rem fuit viſum. Horum primum ſit a foliis dichotomis nobis dictum

1. Di-

1. *Dichotophyllum*, quod est plantæ Apetalæ genus, cui semina sunt nuda, solitaria, utrinque videlicet unum, infra flores locatum; flores vero plures nudi invicem aggregati sunt, & tam semina, quam flores multis laciniis ad basin cinguntur. Id quod singulare est, flores staminibus destituuntur & ex apicibus tantum constant, iisque, quod magis adhuc insolitum, perpetuo aquæ immersis. Aliæ enim aquaticæ plantæ, ubi florent, caulem summum, qui flores gestat, supra aquæ superficiem communiter efferre solent. Vocatur hæc planta Equisetum palustre ramosum & aquis immersum, seu Millefolium aquaticum equisetifolium, in aquis pigrioribus *Cat. Cant*. Millefolium aquaticum cornutum *Panc*. ic. 1086. aquaticum cornutum C. B. J. B. *Raj*. Hist. p. 191. Verum in Suppl. p. 122. recte monet *Rajus*, tum hanc plantam, tum Millefolium aquaticum cornutum *C. B.* & Millefolium aquaticum cornutum C.B. *J. B.* diversas ab invicem plantas esse.

2. *Polygonifolia* flores & semina habet extremis ramulis acervatim congesta; flores vero exiles sunt, regulares, pentapetali, rosacei, semina nuda, solitaria, obtuse triquetra, calix in quinque parva segmenta ad basin usque dividitur & floribus delapsis semina protegit. Pertinet ergo ad herbas Gymnomonospermas, seu Genus plantarum X. *Raj*. Meth. Em. p. 44. Hujus unicam tantum speciem novi, quæ recensetur Catal. p. 150. *Polygonifolia* dicitur a foliis Polygonum repræsentantibus.


3. *Portula* flores habet hexapetalos, regulares, rosaceos, e calicis in duodecim lacinias divisi divi-

sutis

ſuris exeuntes; calices vaſcula bicapſularia continent, ſubrotunda, a calice omnino diſtincta, ſecus ac in Portulaca, ſeminibus multis parvis, ovato-acuminatis, altero latere planis, altero elevatis plena. Vaſculi membrana tam tenuis eſt, ut ſemina, quæ per maturitatem albicant, tranſpareant; diu licet repoſita vaſcula ſponte non rumpuntur, multo minus horizontaliter, ut in Portulaca, abſcedere videtur pars vaſculi ſuperior. Florum petala exigua & fugacia ſunt, & non raro prorſus deſunt. A Salicaria, quacum eundem fere characterem habet, differt floribus e foliorum alternorum alis enaſcentibus, vaſculo ſubrotundo & florum figura diverſa. Salicaria enim petala oblonga habet, quorum anteriora magis prominent, poſteriora nonnihil reflectuntur, ſtamina vero duodecim ſunt, per vices egredientia, ita ut pars dimidia, ſex videlicet, marcidis jam prioribus ſuccedant & compareant; ſtilus etiam medium floris non occupat, ſed in anteriorem partem propendet. Ob aliqualem externam & foliorum, in conſiſtentia præcipue, convenientiam Portulaca a quibuſdam vocata fuit, quam ſimilitudinem ut imitaremur, *Portulam* nominavimus. Una tantum hujus ſpecies nota eſt, quæ recenſetur Catal. p. 120.

Reliqua nota nobis nova plantarum Genera, in Catalogo partim recenſita, partim ab Amicis communicata, cum eorundem iconibus propediem exhibebimus in Appendice ad prædictum Catalogum.

IN-




INDEX GENERUM PLANTARUM.

A.

B.

Pal-

SY-



SYNONYMA USITATIORA

seu

Nomina plantarum, quorum in hoc Opusculo partim mentio facta non est, frequens tamen apud Herbariæ rei scriptores citatio fit, partim mentio quidem facta, sed sub Generibus tantum, quæ idcirco locis propriis, sub Generibus nempe suis, quæri debent.

Cha-

Enu-

He-

Mor-

Pe-

Ta-



APPENDIX AD CATALOGUM PLANTARUM SPONTE CIRCA GISSAM NASCENTIUM.

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET EXPERIENTISSIMO,

DOMINO

ALBR. CHRISTOPHORO GEILFUS,

Medic. Doctor, Celeberrimo,

EMINENTISSIMI & REVERENDISSIMI

ELECTORIS MOGUNTINI,

NEC NON

SERENISSIMI

LANDGRAVII HASSO-DARMSTADINI

Consiliario & Archiatro Felicissimo

SALUTEM ET OBSERVANTIAM.

INter eos, quibus non displicuit qualiscunque meus de

)(3 Plan-

Plantis Gissensibus labor, *Te Vir Nobilissime & Experientissime*, priori loco numerare possum, cui cum non tantum probatum, sed etiam non illaudatum fuisse scio. Itaque quoniam *Tibi* solus Catalogus id meruisse visus fuit, in eam spem devenio, fore ut Appendix ejus, quæ, quantum ego judico, nobilior ejus pars est, non multo minus probetur. Qua de caussa non longe mihi conquirenda sunt argumenta, quibus doceam, quare *Tuo Honoratissimo Nomini* eam inscribere voluerim; nempe

quo-

quoniam tam lubenti animo Patronum *Te* Libelli præstare placuit, pro singulari benevolentia & affectu hoc qualecunque gratitudinis meæ monumentum afferre debui. Suscipies hanc Opellam si non majori, eo saltem, quo Catalogum dignatus es, favore, de me vero persuasum habeas rogo, non tam honori *Tuo* me studere voluisse, quam potius a *Tuo splendidissimo nomine* mihi honoris plurimum accersere voluisse. Ego quidem ita sentio, nec quicquam mihi gratius accidet, quam

ſi cognovero, *Te* non invito eum me honorem conſequutum fuiſſe. Vale optime, & me in favore *Tuo* quam diutiſſime acquieſcere permitte.

Ampliſſimi & Excellentiſſimi Tui Nominis.

Cultor obſervantiſſimus

Joh. Jac. Dillenius.

PRÆ.

PRÆFATIO
APPENDICIS.

Qui Catalogos Plantarum conficiunt, duplicem præcipue utilitatem afferre videntur. Primo enim herbas enumerant, quas alii deinde perquirere & facilius cognoscere possunt: dein ex enumeratione hac plantarum prudentioribus non tantum de regionis natura, sed & incolarum habitu atque morbis judicium ferre licet. Constat enim providentia singulari & benignissimo summi Conditoris munere eas cuique regioni familiariores herbas esse, quæ inquilinis morbis opem ferre possunt. Inde nobis suppetunt præ aliis egregiæ herbæ, Lilium convallium, Serpillum & Artemisia, quod cephalici, uterini & catarrhales affectus huic urbi & viciniæ præ reliquis frequentes sint: alibi stomachicis, febrientibus, ictericis ex Absinthio, Centaurio, Cichorio medicina nascitur: alibi hæc desunt, quibus Natura alio munere prospexit, ceu Fehtius *de Swalbacensibus acidulis & Absinthii Cichoreive circa hæc defectu annotavit, Verbenæ vero maximam quantitatem vidit in Thermis Wisbadensibus, qua Natura mederi voluit cephalalgiæ ob aërem loci calidum & sulphureum ibidem frequenti: Vulneraria herbæ abvii,*

 prove-

proveniunt, quo crebriori & universali morbo, vulneribus nempe, ubique medicina reperiatur: in regionibus septentrionalibus & paludosis, scorbuto vexatis, uberrim proveniunt palustres & antiscorbutica plantæ, Ficaria, Menianthes, Cardamine, Nasturtium & Cochlearia, de qua posteriori notabilis prostat Bartholini *observatio, quod ea in Norrwagia non sola, sed Acetosæ permixta crescat & ab incolis utraque permixta ideo salubriter usurpetur, ut temperent nimiam Cochleariæ acrimoniam, commotiones vehementiores excitantem. Quod regionis naturam attinet, non tantum pro soli ratione, unde jam* Mantuano

Bacchus amat colles, aquilonem & frigora Taxi,
Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt
Gramina:

Sed & regionis sive diverso diversæ plantæ nascuntur, de qua materia Tractatum peculiarem, Topographiam nempe Botanicam, animo concepisse dicitur Turnefortius, *cujusmodi liber, si cujusque regionis plantæ curatius descriptæ essent, faciliori negotio confici posset. Enimvero nec ii laude sua frustrandi sunt, qui præter hæc instituta diligentius in plantarum, quas recensent, naturam inquirunt. Quæ quidem perquisitio duplex videtur: altera nempe Philosophica & contemplativa, altera vero practica. Practica non nisi ab experimento pendet, ratio difficilis, sæpe fallax hic, quandoque nulla. Qui enim Chymica analysi plantarum naturam explorare instituerit, poterit quidem crassius sibi judicium de partibus earum constitutivis, oleosis, mucaginosis, aquëis &c. acquirere, nec in se-*

lectu

lectu & applicatione remediorum ea diligentia nulla est, nemo tamen inde vires plantarum, nisi valde generales & incertas ediscere poterit. Ut ne id quidem memorem, impune non ferre plerorumque Vegetabilium partem alterationem illam urentem foci culinarii, tum in exploratione, tum in praeparatione & usu medicamentorum, & longis parasangis antecellere sibi relictas nihilque passas herbas. Igitur in Re herbaria vires non nisi ab experientia innotescunt, ut vero plantas cognoscamus, quia cognitio usum praeire debet, (quis enim nisi valde incertus & velut idiota de ignotae rei viribus & usu disserat?) synthetica illa cognitio externa (internam enim & plantarum essentiam, a qua vires pendent, nobis cognoscere non datum est, cum intellectus humani vis ultra crassiorem praefigurationem se non extendat) necessaria est, quam si Prisci habuissent, tot nobis egregiae, a Dioscoride, Plinio *& aliis memoratae plantae nobis incognitae non essent. Curiosiorem intelligo Fructificationis contemplationem, a qua indigitantibus primum* Columna, Caesalpino *&* Gesnero *Methodum herbariam desumserunt recentiores Botanici, Morisonus, Rajus, Hermannus, Turnefortius & alii. His motus non tantum notorum hactenus, sed & sicubi nova Plantarum Genera sese mihi obtulerunt, curatius eorum examen instituere sum solitus, & hac de caussa solus ager Gissensis nova mihi bene multa plantarum Genera suppeditavit, quae nunc, intermixtis quibusdam aliis, soli Gissensi non propriis describenda mihi sunt.*

Itaque quae me promisisse, quae dedi in Praefatione Catalogi Plantarum circa Gissam nascentium, *libe-*

rem

rem. *APPENDICEM exhibeo, dicta* Genera nova, Descriptiones novarum Specierum, & Plantas post editum Catalogum circa & extra Gissam observatas complectentem. *Dare id debui illustrationi & explicationi Catalogi concisioris, quem ita primum parare rationes varia suadebant. Dare id debui adjutus summo favore & Clementia singulari, plaudentibus Patronis & Amicis, invitis invidis. Itaque bonis avibus prodeat in publicum Libellus ornatus Generibus novis, non tantum Catalogo, sed universæ, qua patet, Herbariæ rei inservientibus. Ea mihi Appendicemve maturare animum addidit, Botanicorum Anglorum decus singulare,* D. Guilielmus Sherardus. *Cum enim Vir insignis faventissimis litteris de Muscis, quibus me abundare cognoverat, certior fieri cuperet, quo eos, si quos novos haberem,* Pinaci Bauhiniano, *(operi digno tanto Viro) cui emendando & perficiendo plures impendit annos, inferret, non dubitavi, quin post Muscos, quos indicavi novos, magnam apud eum gratiam inirem, Generibus meis Plantarum novis, tum & Descriptionibus novarum mearum Specierum. Volui hisce nova illa Genera partim a* Turnefortio, *partim a* Nissolio *& D.* Jussieu *in Historia & Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum tradita adjungere, tum quod dicta Historia in paucorum versetur manibus, tum ut Compendium veluti quoddam extaret, quo Genera nova, post publicatas Institutiones Rei Herbariæ reperta, continerentur. Habebam alia quadam nova Genera, partim ab* Amicis *communicata, partim in* Auctoribus *observata, verum cum icones characteristica vel deessent, vel*

non satisfecerent, quin & observationes non prorsus accuratæ viderentur, tantisper ea omittenda duxi, donec de iis mihi certius constabit. Nonnulla horum habebam ab Henr. Bernh. Ruppio, *toties in Catalogo nostro nominato, Viro ad Botanicam prorsus nato, in perquirendis & memoriæ mandandis plantis sine pari, (quem nuper præmaturo fato Jenæ e vivis decessisse relatum fuit,) sed in examinandis characteristicis notis non omnino accurato, quod curvũ, qui Stellariam, Camerariam, Myosuron, Portulam, quorum aliorumque nonnullorum cognitionem ipsi impertiveram, licet is hujus mentionem non fecerit, cum notis ipsius in Flora Jenensi traditis conferet, ignotum esse non poterit. Id quod vel ob nativam ejus festinationem, si non inadvertentiam, factum auguror, vel quod is memoriæ nimilo fisus nihil litteris consignare consueverit. Item in ipsius mos erat, sarcinis non onerari, sed quam levissime omnia hinc inde secum portare. Mea quod attinet Genera, in eorum notis characteristicis determinandis sollicitam diligentiam adhibui, figuras etiam summa accuratione ipse depinxi, quin & cum chalcographo præstantiori, cui adessem, destituerer; figuras has,* Fabium Columnam *imitatus, ære ipse incidi, & accuratæ quidem ea sunt & satis etiam nitida, pro primo saltem αὐτοδιδασκαλίας ἔργῳ, posteriores præsertim, ad quas cum ventum esset, tali usum demum didici: litteræ figuris appositæ mihi plus, ac ipsa figuræ, negotii fecere, sed spero me in his, quarum non magna interest, facile veniam impetraturum. Loca, quibus quodlibet Genus plantarum notarum reponendum sit, brevibus indicavi, ex Methodis Plantarum celebrioribus,*

Raj-


Rajana, Riviniana, Turnefortiana, Hermanniana, *non quod omnes probem, quod fieri non potest, sed ut rudiores vel sequaces etiam hujus vel illius Methodi habeant, quo referant quodlibet Genus novum.*

Potuissem, ac fere debuissem hic aliqua verba facere, de Rajana Plantarum divisione, *in commonstranda ejus, naturali & connata quasi* εὐμεθοδία *præ reliquis Methodis, quod brevitati studens omisi in Dissertatione Catalogo præfixa; verum cum nec hic me brevibus pro rei dignitate expedire queam, ne qua in re officiam & opus integrum sibique cohærens truncem, reservo id novæ Rajanæ Methodi, quam paro, editioni & emendationi, qua me non inutilem operam præstiturum confido, nec dubito, quin Appendicis hac editione a Consultoribus Herbariæ rei æstimatoribus pro exornanda Botanice laborasse judicer.*

De Dodonæi *Historia monere necessarium videtur, a me eam editionem allegari, quæ Antvverpiæ prodiit in folio, ceu vocant, latine, Anno* 1583.

Scribebam Gissæ, Pridie
Nonarum Aprilis,
1719.

PLAN-



PLANTÆ POST EDITUM CATALOGUM CIRCA GISSAM OBSERVATÆ.



* Acetosa rotundifolia hortensis *C. B.* Pin. p. 114. Romana rotundifolia *Munt.* de vera H. Br. p. 224. descr. 200. Ic. Oxalis folio rotundiore repens *J. B.* T. 2 p. 991. rotundifolia *Dod.* St. H. p. 638. Römische Saurampffer. Hæc Acetosa vel Lapathi potius, cum ad unum idemque genus Acetosa & Lapathum, referri queant, species observata nobis fuit hac anni 1718. æstate in litore arenoso Lani, pone diversorium vel molendinum, Pulver-Mühl vocatum, sed semel tantum, quam tamen vel ideo spontaneam crediderim, quod eam etiam ad Rhenum provenire retulerit tum Comes *D. D. Hertius*, Anat. & Botan. Professor celeberrimus. Floret Julio & Augusto.

Aster Atticus cæruleus vulgaris *C. B.* Pin. pag. 267. Atticus purpureo & albo flore *J. B.* T. 2. p. 1044. Atticus *Dod.* P. 266. Italiänische Stern-Bluhm. Floret Augusti fine & Septembri prope Nider Kleam, ubi eam reperit laudatus modo *D. Hertius*, auf dem Mühlberg/ wo die Iva und Phalangi-

 langi-

langium wachsen; wird nach dem Mayn/ Rhein und Neckar hinauff gemeiner.

* Betonica alba C. B. Pin. p. 235. flore albo J. B. T. 3. p. 302. Weisse Betonie. Florem si excipias, cum purpurea convenit, atque hac etiam de caussa non distinguendam censet *Rajus* in Hist. T. 1. p. 550. verum nostra observatione serius, quam purpurea, floret, Augusto nempe, ut non sine ratione pro diversa specie haberi queat. Provenit in nemore Lindauo, qua Steinbergam spectat, sed parce.

Bupleurum *Riv.* Irr. Pent. folio subrotundo sive vulgatissimum *C. B.* Pin. pag. 278. angustifolium *Tab.* Ic. 872. Auricula leporis umbella lutea *J. B.* T. 3. P. 2. p. 200. Haasenohr. Circa Nider- & Ober Klee Augusto floret; it. ad pagos, qui hinc Mœnum & Rhenum versus siti sunt: nobis in sepibus ad pagum Nider-Merlen & Naunheim juxta Fridbergam copiose obviam factum est.

Filago incana capitulis in summis caulibus & ramulis dispositis: Gnaphalium medium *C. B.* Pin. pag. 263. Filago minor *Dodon* pag. 6. Rhurkraut/ Schimmelkraut/ Berufkraut. Omittitur hæc Filaginis species in *Historia Rajana*, nec eam in Institutionibus suis recensuit *Turnefortius*. Differt a Filagine minore *Turn.* quod nulla in foliorum alis capitula sessilia gerat, & quod mox a radice in ramulos e foliorum alis egredientes dividatur, quodque capitula singula non, ut in minore, canaliculata vel angulosa sint. Præterea major est,

ac

ac vulgaris, eadem magnitudine, a qua aliisve foliorum angustia & canitie, quodque flores omnes in ramulorum, quos frequentes habet, ut virgata videatur herba, summitatibus, nullos vero in horum angulis obtineat. *Dodonæi* figura folia capitulis subjecta longiora exhibet, qualia in Filagine minori *Turn.* alias observantur, descriptio autem huic speciei magis quadrat, quam Gnaphalio longifolio humili ramoso, capitulis nigris *Raj.* unde Filaginem minorem *Dod.* & Gnaphalium medium *C.B.* ab hoc, in *Catal.* p. 140. conjuncto, separandam censeo. Floret initio Julii locis arenosis siccioribus circa urbem & pagos.

Filix minor, alis pinnisque brevioribus & latioribus, profunde dentatis. Farnkraut. Ex radice parva dentata & copiosis fibris nigris terminata cauliculi surgunt tenues, palmares, alis alternatim cincti latioribus, sed brevioribus, semuncialibus nempe & minoribus versus summitatem, quæ rursus in pinnas latiusculas profundius dentatas dividuntur. In aversa parte puncta florida binario, sed rariore, ordine disponuntur. Folia tenuia, mollia & glabra sunt, pediculi tenues, glabri, subrubentes. A Filice pumila teneriore & molliore frequentioribus pinnarum in ambitu serraturis, differt alis brevioribus & latioribus, profundius & rarius dentatis. In silvis passim per æstatem viget.

Gallium album supinum multicaule *Fl. Jen* p. 4. Mihi etiam circa Gissam in ericetis & locis asperioribus apricis per æstatem observatum fuit, cujus differentiam loco, qui strigosius & tenuius

efficeret, adſcribebam, adeoque pro varietate potius vulgaris Gallii albi, quam diverſa ſpecie habebam, qui tamen ob tortuoſitatem & ramoſitatem pro nova ſpecie habere velit, per me licet faciat. Supinum alias eſſe poſſet, quod virgultis & dumetis, quibus inniteretur, deſtitutum eſſet.

Gramen dactylon folio latiore *C. B.* Pin. p. 8. Graminis genus, Dens caninus 3. ſive, Gramen primum, vel Galli crus *J. B.* T. 2. p. 444. Iſchæmum, Gramen ſanguinarium 1. *Tab.* ic. 222. Manna-Graß/ Schwadengraß. *J. Bauhinus* in Hiſt. & *Rajus* etiam Hiſt. T. 2. p. 1272. Gramen dactylon eſculentum *C. B.* cum hoc Gramine idem eſſe, volunt, nec aliter quam cultura & accidentibus inde ortis differre exiſtimant. Nobis noſtrum Gramen ſpontaneum comparuit hac æſtate, Auguſti medio, cum floribus & ſeminibus, in colle Veneris una cum Phalangio parvo flore ramoſo *C. B.* quorum ſemina ventorum beneficio eo procul dubio allata erant, quod cum & aliis plantis contingere queat, non immerito ſuſpicari licet, pro varia ſoli natura & mutatione alias porro enaſci poſſe plantas, quæ hactenus agro Giſſenſi propriæ non fuerunt. Quin nec id contendo, a me omnes ſoli Giſſenſis plantas enumeratas nec ullas omiſſas fuiſſe, licet ut omnes mihi innoteſcerent, magnam diligentiam multis annis adhibuerim, cum una hæc æſtas, ac pars quidem ejus poſterior, plantas bene multas, & locis quidem propinquis earum ſeptem ſpecies, Acetoſam nempe, Gramen dactylon, Jaceam, Phalangium, Mer-

curia-

curialem, Radiculam & Ranunculum, hactenus non animadversas suppeditaverit, ut mirum nemini videri debeat, si locis remotioribus alii posthac indictas nobis species observaverint.

Gramen paniceum spica simplici aspera *C. B.* Pin. p. 8. *Raj.* M p. 172. Panicum vulgare, spica simplici & aspera *Turn.* Inst. p. 515, silvestre, dictum & Deus canis 1. *J. B.* T. 2. p. 443. ex sententia *Raj* Hist. T. 2 p. 1262. Fench-Graß. Cum Gramine paniceo spica simplici lævi idem & hujus tantum varietas videri queat, qua in sententia etiam fui, dum in *Catal.* p 157. Panicum vulgare spica simplici aspera *Turn.* erronee ei junxi, differentias ejus a lævi brevi hic recensebo. Differt vero ab eo caulibus & foliis multo longioribus latisque, spica longiore, aristis valde asperis armata, & quod solitarios plerumque ex una radice caules cubitales & sesquicubitales proferat, cum vulgari lævi plures sint & humiliores, palmares nempe & dodrantales. *J. Bauhinus* caules dicit palmares esse & dodrantales, quod lævi competit, spicas vero asperas, atque hac etiam de caussa *Rajus* a *J. Bauhino* hanc speciem sub nomine allegato intellectam existimat, nobis, quicquid de spicis videatur, nomen & descriptio *J. Bauhini* magis ad vulgarem speciem lævem pertinere videtur; sicuti etiam existimat ipse *J. Bauhinus*, & hac de caussa non adeo bene notatur a *Rajo* Hist. T. 2. p. 1262. Julii fine floruit in vineis Atspachensibus & Dordensibus.

• Gramen paniculis albiſſimis *Mentz.* a Gramine ſerotino arvenſi panicula contractiore pyramidali *Raji*, cui id *Catal.* p. 117. junxi, diverſum videtur. Id quod pro ſerotino *Raji* habui, ſpicam quidem pyramidalem & locuſtas muticas non ſquamoſas, quales ei tribuuntur in Meth. Em. p. 178. habebat, ſed majus erat & genicula pauciora obtinebat; *Rajus* enim ſuum dodrantale dicit & pedale, cui tria quatuorve genicula adſcribit, cum noſtrum ad cubitum & ulterius excreſcat, & genicula tantum duo obtineat. Locuſtæ ejus, ubi floret geminæ ſunt, non ariſtatæ, & ſingulæ ex glumis quatuor, quarum una & interior prorſus cana eſt, reliquæ vero vireſcunt, circa margines tantum caneſcunt, conſtant. Culmi ad genicula leviter inflectuntur. Folia habet pauca, caulem longe involventia. Radix fibroſa, non geniculata. Gramen autem ſerotinum arvenſe panicula contractiore pyramidali *Raji*, ſaltem quod ego pro hoc nunc habeo, flagella aliqua emittit, & foliis ſimile eſt caninis Graminibus, eaque numeroſiora habet in caulibus brevioribus cum crebrioribus geniculis, panicula vero anguſtior & brevior eſt, vireſcens, e locuſtis ſimplicibus leviſſime ariſtatis compoſita. Locuſtæ calicem habent biglumem, folliculum unum, leviter ariſtatum, continentem, ad cujus latus alter non ariſtatus & ſterilis quaſi hærere videtur. Hoc mihi obviam factum eſt ad margines agrorum ſaxoſorum in monte Weddenberg Julii initio. An Gramen caninum vineale *C. B.*? Pr. p. 1. Illud cum pani-

culâ

cula alba dici posset, Gramen serotinum arvense panicula pyramidali longiori canescente.

* Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice succisa minus *C. B.* Pin. p. 128. quintum *Dod.* 628. Habichkraut. Augusti medio in silva Lindaua floruit.

Jacea nigra laciniata *C. B.* Pin. p. 271. Austriaca 6. *Clus.* Hist. VII. Flockbluhm. Ad vias sepesque Julio & Augusto floret, satisque familiaris est. Magis ramosa est quam vulgaris, folia longa, longe & rarius laciniata habet; calices vulgari similes, flores vero magis pallidi sunt. Variat aliquando flore albo. *Rajus* Hist. T. 1. 328. huic synonymam facit Jaceam cum squamis cilii instar pilosis *J. B.* quam rectius *Turnefortius* Inst. p. 443. distincto tradit loco.

* Melilotus procerior majoribus & oblongis foliis, flore luteo. *Dodonæus* P. 4. L. 4. Cap. 10. quinque Meliloti differentias recensuit: 1. flore luteo: 2. flore albo: 3. peregrinam flore purpuro-cæruleo inodoro: 4. flore luteo cum longioribus siliquis: 5. flore luteo, foliis per circumferentiam non crenatis. Ex quibus quæ flore est candido, diversa jure species existimata fuit *Rajo* in Hist. T. 1. p. 951. *Turnefortius* præter has & aliam quandam recenset, quam Melilotum vulgarem altissimam frutescentem flore luteo vocavit, de qua tamen quærit dicto loco, an non sit varietas vulgaris? in *Histor.* vero *Plant. circa Paris. nasc.* minus dubitasse videtur, cum *Raji* in Suppl. H. p. 461. relatu differentias recenseat, &

eam sequentibus verbis describat: Folia sescun-
„ ciam longa, septem aut octo lineas lata, caules
„ quatuor aut quinque pedes alti, firmi, duri, ca-
„ naliculati, odor magis remissus quam vulgaris.
Hanc ego reperi æstate hac anni 1718. atque si-
mulac eam videram, pro nova specie habui, cui
nomen ab initio memoratum dedi. Altitudine
erat fere humana, (eadem prope qua vulgaris al-
tissima frutescens flore albo) folia habebat ob-
longa, profundius dentata, majora quam alba &
vulgaris, & serius florebat, Julio nempe & Au-
gusto demum, quo tempore nobis obviam facta
est primum loco ruderato ad pagum Naunheim
prope Wetzlariam, dein ad vias & sepes circa
Francofurtum. Variat aliquando & minor fo-
liisve minoribus reperitur, qualis visa fuit in pra-
tis Oberkleensibus juxta viam. Ab altissima
frutescente flore albo distinguitur non tantum
floris colore, sed & foliis, quæ huic albæ mino-
ra sunt, & quod minus ramosa sit & aliquantum
humilior.

* Mercurialis annua glabra vulgaris *Raj* Hist.
T. 1. p. 163. testiculata, sive mas Diosc. & Plin.
C. B. Pin. p. 121. it. spicata, sive femina Diosc.
& Plin. *Ejusd.* ib. mas & femina *J. B.* T. 2. p.
977. *Dod.* 647. Bingelkraut. In hortis aliquando
comparet, ubi videlicet a sarritione fuerit libera,
& Julii initio floret. Radice non repente &
quod annua sit planta, a montana præcipue differt.

* Parietaria *Dod.* 102 *J. B.* T. 2. p. 976. Offi-
cinarum & Dioscoridis *C. B.* Pin. p. 121. Glaß-
kraut/

kraut/St. Peterskraut/ Tag und Nacht. Circa Schiffenbergam Julio floret.

Radicula aquatica foliis in profundas lacinias divisis: Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias divisis *C. B.* Pin. p. 97. Pr. p. 38. Sisymbrium aquaticum, foliis in profundas lacinias divisis *Turn.* Inst. p. 226. Cum hac etiam eadem videtur Radicula palustris *J. B.* licet eam Rapistro aquatico *Tab.* quod synonymum est Raphani aquatici Rapistri folio *C. B.* eandem faciat *J. Bauhinus*, qua de caussa etiam ei junxi in *Catal.* pag. 80. Reperi eam paullo serius, Junio nempe, Julio & Augusto florentem, non tam in ipsis aquis, ut Raphanum aquaticum alterum *C. B.* quam potius secus has ad fossas & locis aquosis pratorum. Raphanus aquaticus alter vel Rapistri folio, folia habet varia, inferiora nempe laciniata, superiora serrata tantum & Rapistro magis similia, hujus vero omnia folia in profundas lacinias divisa sunt.

Ranunculus aquaticus albus, circinatis tenuissime divisis foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis *Pluk.* Ph. T. 55. F. 2. Millefolium aquaticum cornutum *C. B.* Pin. p. 141. Pr. p. 73. aquaticum cornutum minus *Panc.* ic 1087. 1088. Wasser-Hahnenfuß. A Ranunculo aquatico omnino tenuifolio *J. B.* *Catal.* p 52. recensito & a Millefolio aquatico cornuto C. B. J. B. *Raj.* Histor. T. 1. p. 191. ut & Millefolio aquatico cornuto *C. B.* *J. B.* omnino diversa est hæc planta, ut in *Catal.* etiam p. 239. breviter monui. Assumit

autem *J. Bauhinus* iconem *Fratris*, cui descriptionem alterius plantæ accommodat, cui flores herbaceos cum succedentibus quaternis seminibus tribuit, quæ nobis de Potamogetorum familia esse videtur. *C. Bauhinus* etiam ab errore omni immunis non fuit; dicit enim flores quadrifolios, eosque minores, ac par est, in figura exhibet, licet id vitium pro seculi conditione fuerit condonandum. Cæterum reliqua omnis descriptio ejus & figura conveniunt Ranunculo nostro, qui a Ranunculo aquatico omnino tenuifolio *J. Bauh.* differt florum pediculis longioribus, nulla, ut in illo, ad radicem pediculi vagina cinctis, foliis in eodem plano circinato, cum illius inæqualiter divisa sint & quaquaversus porrigantur, jacentibus, temporeque florendi seriori. Flores ejus, ut in aliis Ranunculis, pentapetali sunt, lactei, umbilico luteo, perianthio brevi, virente, semina vero multa, ut in aliis etiam, sed capitulis minoribus congesta. In fossis pratorum Julii medio floret: In dem Graben/ so von dem Gänß-Acker nach der Taubentränck ziehet.

Rubeola arvensis repens cærulea *C. B.* Pin. p. 334. Pr. p. 145. Rubia parva flore cæruleo, se spargens *J. B.* T. 3. p. 719. Aparine supina pumila flore cæruleo *Turn.* Inst. p. 114. Hæc planta a *Bauhinis* satis accuratè fuit descripta, præterquam quod *Caspar* flores quinquefolios dixerit, cum, ut reliqui hujus generis, monopetali & quatuor tantum laciniis divisi sint. Cum vero ob peculiarem seminum structuram & dispositionem

pecu-

peculiare hæc herba mereatur genus, inferius de ea sub nomine *Sherardia* pluribus agam. Retro pagum Niederklee & Rodheim in agris Augusto & Septembri cum floribus reperi hanc plantam.

Sideritis vulgaris hirsuta *J. B.* T. 3. pag. 425. vulgaris hirsuta erecta *C. B.* Pin. pag. 233. flore luteolo *Riv.* Irr. Mon. Gliedkraut. Wundkraut. Ad *Ladanum*, *Tetrahit* potius vocandum, pertinet hæc herba, & Tetrahit molli lanugine hirsutum, flore flavescente, caule non fulcrato dici potest. Julii fine locis ruderatis ad pagum Naunheim florens mihi observata est.

Tithymalus myrsinites fructu verrucæ simili *C. B.* Pin. p. 291. verrucosus *J. B* T. 3. pag 673. Wolffsmilch. Julii medio in agris circa Naunheim: auff ohngesetzten Kraut- und Pflantzen-Lappen.

SYLLABUS PLANTARUM EXTRA GISSAM HACTENUS OBSERVATARUM.

ABrotanum campestre *C. B.* Pin. pag. 136. Stabwurtz. Hoc quamvis in *Catalogo Plant. Giss.* circa Wetzlariam, quæ imperialis urbs ad alterum ab urbe lapidem distat, nasci notaverim, quoniam tamen sparsim tantum & parce ibi provenit, de eo reticendum hic non est, copiosissime id provenire ad vias publicas arenosas, quæ a pago Sprenglingen versus Darmstadium ducunt.

* Althæa Diosc. & Plinii *C. B.* Pin. p. 315. Al-

thæa

thæa ſive Bismalva *J. B.* Hiſt. T. 2. p. 954. Althæa Ibiſcus *Dodon.* p. 644. Althee / Ebiſch. Circa pagos & ad ſcrobes Wetteraviæ floret Julio & Aug.

Alſine montana latifolia, flore laciniato *C. B.* Pin. p. 251. hederacea montana maxima *Col* Ec. Part. I. p. 290. Bey Hirchenhayn im Ober-Wald copioſe paſſim cum Circæa Alpina minima floret Julio & Auguſto.

Anagallis lutea nemorum *C. B.* Pin. 252. lutea Nummulariæ ſimilis *J. B.* T. 3. p. 370. lutea *Lob.* Ic. 466 Lyſimachia humi fuſa folio ſubrotundo acuminato, flore luteo *Turn.* Inſt. pag. 142. In groſſen Wäldern bey Lichtenau zwiſchen Caſſel und Creutzburg reperit Floræ Jenenſis *Auctor*, qui flore & fructu magis ad Anagallidem, quam Lyſimachiam accedere exiſtimat. *Fl. Jen.* p. 19. 20.

Androſace vulgaris latifolia annua *Turnefort.* Inſt p. 123. altera Matthioli *Cluſ.* Hiſt. CXXXIV. Matthioli altera *J. B.* T. 3. p. 368. Alſinæ affinis Androſace dicta major *C B.* Pin. p 251. Manns-Harniſch. Inter Moguntiam & Oppenheimium in agris floret Majo.

Anemone ſilveſtris alba major *C. B.* Pin. pag. 176. alba magna, plurima parte anni florens *J. B.* T. 3. p. 411. ſilveſtris 1. *Clus* Hiſt. 244. In ſilva Francofurtenſi floret Majo & Junio.

Aquifolium ſive Agrifolium vulgo *J. B.* T. 1. 1141. Agrifolium *Dod.* p 758. Ilex aculeata baccifera folio ſinuato *C. B.* Pin. p. 425 Stech-Palmen Wächſt häuffig in dem Wald nach Siegen / und ſonſt hin und wieder auff dem Weſterwald.

wald. Bacca est tetrapyrena, flos monopetalus planus, in quatuor segmenta divisus. Aquifolii varietas *C. B.* in *Matthiol.* non differt a vulgari, nisi ætate, uti Hedera corymbosa ab helice:

* Aristolochia clematitis recta *C. B.* Pin. pag. 307. clematitis vulgaris *J. B.* T. 3. p. 560. Saracenica *Dod.* p. 324. Osterluzey. In hortis & vineis Wetteraviæ floret Majo, um Feuerbach.

Aster pratensis auctumnalis Conyzæ folio *Turnefort.* Inst. pag. 482. Conyza media Asteris flore luteo vel 3. Dioscor. *C. B.* Pin. p. 265. media Matthioli, flore magno luteo, humidis locis proveniens *J. B.* T. 2. p. 1050. media *Dod.* p. 52. Herba dysenterica *Cat. Alt.* Gelbe Stern-Bluhm. Ad scrobes fossasque versus Darmstadium & ad rivum Uhs in salinis Naunheimensibus prope Fridbergam copiose floret Augusto. Semiflosculi in tres exiguas lacinias dividuntur.

Blattaria *Dod.* p. 145. lutea *J. B.* T. 3. App. p. 874. lutea folio longo laciniato *C. B.* Pin. pag. 240. Schaben- oder Mottenkraut. An denen Wegen an der Bergstraß und in der Pfaltz; floret æstate.

Brassica campestris perfoliata, flore albo *C. B.* Pin p. 112. silvestris perfoliata *Dod.* pag 615. campestris *Clus.* Hisp. p. 409. Perfoliata siliquosa *J. B.* T. 2. 835. Circa Francofurtum in agris floret Junio.

* Buglossum angustifolium majus flore cæruleo *C. B.* Pin. 256. vulgare majus *J. B.* T. 3. 578. angustifolium *Lob.* Ic. 576. Ochsenzunge. Bey Francfurth und Hanau/ in pratis floret Majo & Junio.

Buglos-

Buglossum angustifolium semine echinato *Turn.* Inst. p. 134. Cynoglossum minus *C. B.* Pin. 257. *J. B.* T. 3. p. 600. Cynoglossa minor Plinii *Col.* P. 1. p. 179. Circa Wormatiam.

Bupleurum folio rigido *C. B.* Pin. p. 278. alterum latifolium *Dod.* p. 622. Auricula leporis altera sive rigidior *J. B.* T. 3 P. 2. p. 200. Ad sepes inter pagum Naunheim & urbem Fridbergam, floret Junio & Julio.

Cacubalus Plin. *Lugd.* 1429. *Turn.* Inst. p. 339. Cucubalum quibusdam, vel Alsine baccifera *J. B.* T. 2. p. 175. Alsine scandens baccifera *C. B.* Pin. p. 250. repens *Clus.* Hisp. p. 414. *Dod.* p. 399. Ad sepes agri Saxenhusani trans Mœnum hinc inde floret. Fructus mollis exsucco cortice nigro baccam mentiente cingitur.

* Calamintha Pulegii odore sive Nepeta *C. B.* Pin. p. 228. flore minore, odore Pulegii *J. B.* T. 3. P. 2. p. 229. Pulegium silvestre sive Calamintha altera *Dod.* p. 98. Bey Weilburg jenseit der Lahn in den Hecken/ floret Julio.

* Calamintha vulgaris vel Officinarum Germ. *C. B.* Pin. p. 228. flore magno vulgaris *J. B.* T. 3. P. 2. p. 228. montana *Dod.* p. 98. In magna illa silva, quæ Heidelberga Spiram tendentibus transeunda est.

* Caltha arvensis *C. B.* Pin. p. 276. minima *J. B.* T. 3. p. 103. Calendula arvensis *Tab.* Ic. 335. Ringelbluhm. In vineis circa Wormatiam.

Campanula arvensis erecta *H. L. B.* *Turn.* Inst. p. 112. Onobrychis arvensis, vel Campanula arvensis.

vensis erecta *C. B.* Pin. p. 215. arvensis minima *Dod.* p. 168. Avicularia Sylvii *J. B.* T. 2. p. 800. Frauen-Spiegel. In agris prope Francofurtum versus Bockenhemium Junio & Julio floret.

Carduus stellatus foliis Papaveris erratici *C. B.* Pin. p. 387. stellatus sive Calcitrapa *J. B.* H. T. 3. p. 89. stellatus *Dod.* p. 721. Hanc plantam *Turnefortius Inst.* p. 440. cum *Bauhinis* Cardui speciem facit, idque ex sua definitione recte, sunt enim capitula ejus spinosa & aculeata, ut si quæ alia: *Rajus Meth.* p. 41. Jaceæ speciem non obstantibus capitulorum spinis facit; aliam enim is, quam *Turnefortius*, Cardui notam characteristicam assumit. At vero si accuratius instituas examen, nec Cardui nec Jaceæ species censeri potest hæc planta; ob semina enim non papposa non potest esse Carduus, & ob flosculos ejusdem magnitudinis non potest intrare genus Jacearum, utpote quarum consortio cum *Morisono* & *Knautio* eas species excludendas censeo, quæ flosculos uniformes seu ejusdem magnitudinis obtinent. Ad vias publicas prope Fridbergam & Francofurtum, Julio & Augusto floret.

Caryophyllus flore tenuissime dissecto *C. B.* Pin. p. 209. Betonica coronaria tenuissime dissecta sive Caryophyllea superba elatior vulgaris *J. B.* T. 3. p. 330. Superba alba, medio corolla purpureo-violacea obsoleta cincta *Lob.* Ic. 450. Medio itinere inter Darmstadium & Hanoviam juxta viam publicam floruit Junio & Julio.

Chamædrys Alpina frutescens folio splendente

Turn.

Turn. Inst. p. 205. Alpina lucida *H. R. P* durior Alpina *Breyn.* Bey Weilburg jenseit der Lahn / in dumetis & petrosis, wo man nach der Brantewein-Bremmerey gehet / floret Majo & Junio.

Chamædrys minor repens *C. B.* Pin. p. 248. repens minor *Dod.* p. 43. Gamanderlein. Auff dem Weißner bey Eschwege und Allendorff; it. Am Rheinstrohm zwischen Oppenheim und Worms / in vineis floret Junio & Julio.

Chenopodium annuum humifusum, folio breviori & capillaceo *Turn.* Inst. p. 506. Camphoratæ congener *C. B.* Pin. p. 486. Anthyllis altera Italorum *Lob.* Ic. 404. Wächst häuffig hinter Darmstadt an der Bergstraß.

Circæa minima *Col.* Ec. P. 2. p. 80. Solanifolia Circæa Alpina *C. B* Pin. p. 168. Bey Hirchenhayn im Oberwaldt / in arboribus dejectis putridis copiose floret Julio & Augusto.

Conferva marina tubulosa. Ex multis tubulis tenuibus, inæqualibus & sinuosis in superficie, intus vero cavitate insigni donatis constat, qui spithamam & ulterius longi sunt, crassitie diversa ad calamum anserinum sæpe accedente. In rivo Uhs, qui aquas salsas a salinis Naunheimensibus recipit, quin & in stagnis salsis circa dictas salinas copiose viret auctumno, & ob superficiei inæqualitatem bullosa & fermentescens quasi planta quædam per aquas apparet.

Coronopus maritimus tenuifolius lævis *C. B.* Pin. p. 191. tenuifolius maritimus Neapolitanus *Col.* Ec. P. 1. C. 100. & P. 2. C. 31. Krähen-oder

oder Raben-Fuß. Ad salinas Naunheimenses.

Coronopus silvestris hirsutior *C.B.* Pin p. 190. Massiliensis hirsutior latifolius *Turn.* Inst. pag. 128. Prochytæ insulæ *Col* Ec. P. 1. p 258. ibidem.

Dipsacus folio laciniato *C.B.* Pin. p. 385. *J.B.* T. 3. p. 75 secundus *Tab.* Ic. Bey Worms an der Straaß/ floret Julio.

* Draba fruticosa incana: Alysson fruticosum incanum *Turn.* Inst. p. 217. Thlaspi fruticosum incanum *C.B* Pin. p. 118. capsulis sublongis incanum flore albo *J.B.* T. 2. p. 929. incanum Mechliniense *Lob.* Ic. 216. Bey Franckfurth/ in campestribus, it. Bey Grossen-Gerau/ und jenseit des Rheins bey Franckenthal/ floret Junio & Julio.

Echinophora *Riv.* Irr. Mon. tertia λεπτόφυλλος purpurea *Col.* Ec. P. 1 p. 97. Caucalis arvensis echinata parvo flore & fructu *C.B.* Pin. p. 152. Lappula canaria flore minore sive tenuifolia *J.B.* T. 3. P. 2. p. 80. Auff dem Saxenhäuser Aussenwerck/ ad quisquilias floret Junio & Julio.

* Epilobium elegans angusto non crenato folio hirsuto *Rupp.* Bey Hirchenhayn an den Hecken/ auctumno.

Equisetum foliis nudum non ramosum sive junceum, ἵππουρις ἄφυλλος *C.B.* Pin. p. 16. Hippuris nuda, Equisetum nudum *Tab.* Icon. 251. Schafftenheu. Bey Pfungstadt und Malchen in den Feuchten Wiesen. Hæc illa Equiseti species est, qua utuntur opifices varii in lævigandis & perpoliendis instrumentis nitidioribus, etenim

non ligna tantum, sed metalla etiam molliora velut lima subtilior, & multo etiam, quam hæc, tenerius expolit.

Equisetum foliis nudum ramosum, *C. B.* Pin. p. 16. junceum ramosum *Park.* Th. 1202. In dem grossen Wald zwischen Heydelberg und Speyer.

Eruca silvestris major lutea caule aspero *C. B.* Pin. p. 98. silvestris *Dod.* p. 696 Raucken. In dumetis & ad sepes inter Manhemium & Heidelbergam floret Junio & Julio.

* Eryngium vulgare *C. B.* Pin. p. 386. *J. B.* T. 3. p. 85. campestre *Dod.* p. 718. Circa Fridbergam primum comparet, si ex Hassia versus Rhenum tendas, inde circa Francofurtum, Hanoviam & alias ad Rhenum Mœnumque urbes familiarius fit, ita ut ad vias publicas ubique conspiciatur. Flores ejus albi sunt, exacte regulares, ex petalis surrectis, æqualibus, inflexis & complicatis, ut duplicata videantur, constantes: semina hirsuta, connata.

Erysimum alterum siliquis Erucæ *C. B.* Pin. p. 107 secundum *Tab.* Ic. 449. An dem Mayn bey der Franckfurther Schindkaut/ floret Junio.

Erysimum polyceraton vel corniculatum *C. B.* Pin. p. 101. alterum Matth. siliquis parvis, quibusdam Dentaria *J. B.* T. 2. p. 864. Italicum & Matthioli *Lob.* Icon. 206. Trans Mœnum prope Francofurtum.

* Filipendula *J. B.* T. 3. P. 2. 189. *Dod.* pag. 56. vulgaris, an Molon Plinii *C. B.* Pin. p. 163. Rother Steinbrech. Um Franckenberg. Filis

* Filix fontis admirabilis, ad marem vulgarem non ramoſam accedens, non dentata *J. B.* T. 3. 739. qui quærit an ſit, Filix ramoſa major, pinnulis acutiſſimis non dentatis *C. B.?* Pin. p. 357. Verum cum is ramoſam dicat, & pinnulas valde acutas faciat, hæc, quæ eas valde obtuſas habet, & non ramoſa eſt, eſſe nequit, & videtur potius Filicis non ramoſæ dentatæ *C. B.* Pin. p. 358. varietas altera, cui pinnulæ in ambitu non ſint ſerratæ, quam *Thalio* Filicem marem primam dici ſcribit. Evidenter vero a vulgari non ramoſa dentata differt, pinnulis integris & punctis per margines tantum, medio libero, ut etiam *J. Bauhinus* obſervavit diſpoſitis, ut merito inde diſtinctam ſpeciem facere liceat. Provenit in montoſis & contragoſis ſilvis non procul a Marburgo, ubi Septembri cum efflorescentiis eam reperi.

Fœniculum minimum patulum *Turn.* Inſt. p. 312. Daucus montanus multifido folio, Selini ſemine *C. B.* Pin. p. 150. Selinum montanum pumilum *Cluſ.* Hiſt. CC. An der Bergſtraß zwiſchen Bentzheim und Zwingenberg in arenolis floret Junio & Julio.

* Fraxinella *Cluſ.* Hiſt. 99. officinis Dictamnus *J. B.* T. 3. 494. Dictamnus albus vulgo ſive Fraxinella *C. B.* Pin. p. 222. Aeſcherwurtz. In ſilva Francofurtenſi cum Cneoro *Matthioli* floret Majo.

Fungoides digitatum luteum, ſubſtantia gelatinæ. Non ramoſum erat, digitulis teneris, ſesqui- aut biuncialibus, e lateribus ramorum Juniperi

copiosissime enascentibus. Ante Herbornam vidi Maji initio. Ex hoc fungo liquorem antiparaliticum colligit *Bernhardus* in Fasc. 2. Medicam. Cnœffel. tit. XXV. Ann. 6. Ephem. Nat. Cur. *Flora Altdorffina* de hoc loqui videtur, quando „ Fungi, inquit, juniperini Martii, seu spongiolæ „ ad ramorum exortus frequentes post pluvia- „ rum multitudinem initio veris notantur in Junipereto Palatinatum respiciente.

Geranium sanguineum maximo flore *C.B.* Pin. p. 318. sanguineum sive hæmatodes crassa radice *J. B* T. 3. p. 478. septimum, *αἱματῶδες* *Clus.* Hist. CII. In vineis neglectis Palatinatus inter Oppenheimium & Wormatiam.

Genistella herbacea sive Chamæspartium *J. B.* T. 1. 393. *Turn.* Inst. p. 646. Chamægenista sagittalis *C. B.* Pin. p. 395. secunda *Clus.* Histor. 104. Copiose provenit in silva Francofurtensi.

Glaux maritima *C. B.* Pin. p. 215. exigua maritima *J. B.* T. 3. 373. Obviam mihi venit in salinis Naunheimensibus inter Gramina Augusto mense, quo nec flores nec semina ostendebat. Parva herba est, foliis pinnatis, procumbens.

Gramen arundinaceum enode majus montanum *C. B.* Pin. p. 7. harundinaceum enode *J. B.* T. 2. 481. harundinaceum montanum *Tab.* Ic. 231. paniculatum auctumnale, panicula ampliore ex viridi nigricante *Turn.* Inst. p. 521. Auff dem Selinger Waldt nach Himbach zwischen Speyer und Germersheim in grosser Menge.

Heliotropium *Dod.* p. 70. majus Dioscor. *C. B.*

Pin.

Pin. p. 253. majus flore albo *J. B.* T. 3. p. 604. Sonnenwende. Inter Moguntiam & Oppenheimium in agris floret Junio & Julio.

Hesperis lutea siliquis strictissimis *Turn.* Inst. p. 222. Draba lutea siliquis strictissimis *C. B.* Pin. p. 110. lutea quibusdam *J. B.* T. 2. p. 870. Arabis a quibusdam dicta planta *Cam.* Ep. 342. Trans Mœnum prope Francofurtum copiose provenit.

*Jacea montana candidissima Stoebes foliis *C. B.* Pin p. 272. montana candidissima *Ej.* Pr p. 128. In pineto quodam ad viam montanam inter Darmstadium & Bentzhemium Julio & Augusto.

*Jacobæa palustris folio oblongo villoso non serrato *Rupp.* Conyzæ affinis Germanica *C. B.* Pin. p. 266. Herba vulneraria ad fluvium Pfrim *Trag.* In salicetis Germaniæ inferioris, zwischen Düsseldorff und Arnheim/ auctumno florentem legit *Dn. Ruppius*, bey einem Zollhauß an der Wahl/ wo die Schiffer müssen Zoll geben. Caules, ipso observante, bicubitales erant, pariter ac folia lanuginosi, sustinentes in summitate plures flores, quorum perianthia Jacobæam esse arguebant. *Trago* ad fluvium Pfrim & apud montem Dusstenberg observata est. In affectione hysterica & obstructione mensium novi quasdam quæ multum huic herbæ tribuunt. Crescit etiam circa Wormatiam.

Jacobæa palustris altissima foliis serratis *Turn.* Inst. p. 485. Conyza palustris serratifolia *C. B.* Pin. p. 266. Virgæ aureæ sive Solidagini angustifoliæ affinis. Lingua avis Dalechampii *J. B.* T. 2.

 p. 1063.

p. 1063. Consolida palustris *Tab.* Ic. 555. In pratis udis Bey Rödelheim und Franckfurth / floret Junio & Julio.

Isatis silvestris vel angustifolia *C. B.* Pin. pag. 113. silvestris *Dod.* p. 79. sive Glastum spontaneum *J. B.* T. 2 p. 909. Wend Am Rhein zwischen Oppenheim und Worms in vineis floret Majo & Junio.

Juncago maritima, foliis, spica & seminibus brevioribus: Hyacinthi parvi facie Gramen triglochin *J. B.* T. 2. 508. Gramen marinum spicatum *Ger. Em.* Plantam hanc *Rajus* in Hist. T. 2. p. 1308. eandem existimat cum Juncagine vulgari, quem sequitur *Turnefortius*, qui Inst. p. 266. utramque etiam conjugit, unde nos tantos viros imitatos esse in *Catalogo Pl. Giss.* p. 110. nemo mirari debet. At postquam hanc plantam ipse vidi, aliter sentii, nec sine ratione distincto loco a *J. Bauhino* tradi animadverti. Differentiam titulus indicat, maritima nempe planta est & humilior quam vulgaris Juncago, flores & semina habet breviora & rotundiora. *J. Bauhinus* suam reperit locis squalidis maritimis Galliæ Narbonensis, nobis ad salinas Naunheimenses prope Fridbergam Augusto florens observata. Inde constat male a *Rajo* Hist. T. 2. p. 1308. *Johnsonum Gerardi* emaculatorem reprehendi, quod maritimam dixerit plantam, male potius hanc cum Juncagine vulgari confundi a *Rajo* dicto Historiæ loco. In *Flora Jenensi* p. 366. Triglochin maritimum fructu breviore & crassiore vocatur, an vero Gramen

men ſpicatum alterum *C. B.* quod ibi pro ſynonymo aſſertur, idem ſit, dubito; figuræ quidem *Botanicorum* diverſum & hujus generis non eſſe ſuadent.

Lamium alba linea notatum *C. B.* Pin. p. 231. Plinii montanum Campoclarene *Col.* Ec. P. 1. p. 192 Diverſa Lamii ſpecies eſt ex obſervatione *Ruppii*, qui minus ad ſepes circa Echzellam & Francofurtum, majus vero prope Nimvvegam reperit primo vere cum vulgari florens. Minus *Columnæ* Lamium Æquicolorum vocatur, quod foliis profundius laciniatis ab altero diſtinguit. *D. Nebelius* in *Ammanni* Char. Pl. Nat. p. 71. varietatem exiſtimat, a ſuperficialibus utriculis aëre ſiccatis productam, verum *Columna* lineam dicit ſeu maculam longam, non divaricatam & guttatim, ut in vulgari Lamio, diſperſam.

Lapathum folio acuto plano, flore aureo *C. B.* Pin p. 114. anthoxanthon *J. B.* T. 2. 987. ſilveſtre, 4. genus Dalech. *Lugd.* 603. In loco ſubudo des Uſinger Fürſten Gartens unten nach der Straß zu/ floret Junio & Julio.

Lapathum minimum *C. B.* Pin. pag. 115. *Tab.* Ic. 437. acutum minimum *J. B.* T. 2. p. 985 In locis udis des Saxenhäuſer Auſſenwercks/ floret Junio & Julio.

Lappula Riv. *Fl Jen.* p. 12. Bugloſſum anguſtifolium ſemine echinato *Turn* Inſt. p. 134. Cynogloſſum minus *C. B.* Pin p. 257. *J. B.* T. 3. p. 600. Cynogloſſa minor Plin. *Col.* Ec. P. 1. pag.

 179.

179. In agris Palatinatus & circa Heidelbergam floret Junio & Julio.

Lepidium gramineo folio ſive Iberis *Turn.* Inſt. p. 216. Iberis *J.B.* T. 2. 918. *Dod.* p. 703. latiore folio *C. B.* Pin. p. 97. Circa Fridbergam & Francofurtum ad muros & ſepes floret Junio.

Linum ſilveſtre anguſtifolium, floribus dilute purpuraſcentibus vel carneis *C. B.* Pin. p. 214 ſilveſtre anguſtifolium album, lineis in umbilico purpureis *J.B.* T. 3. 453. ſilveſtre *Dod.* p 525. *Cluſ.* Hiſp. p. 352. Eodem cum ſequenti loco.

Linum ſilveſtre cæruleum folio acuto *C.B.* Prodr. p. 107. (in Pinace p. 214 pro folio acuto, male legitur, flore aureo) ſilveſtre anguſtifolium, cæruleo amplo flore *Bot. Monſp.* In arenoſis aridioribus viæ montanæ ut & Palatinatus inter Oppenheimium & Wormatiam.

Lonchitis aſpera *C.B.* Pin. p. 359. altera cum foliis denticulatis ſive Lonchitis altera Matth *J. B.* T. 3. 744. In groſſen Wäldern bey Lichtenau.

Lychnis ſilveſtris alba ſimplex *C. B.* Pin. pag. 204. Ocimoides album multis *J. B.* T. 3. 342. Ocimaſtrum ſive Ocimoides *Tab.* Ic. 299. Ad ſepes circa Butisbacum & Francofurtum floret Junio & Julio.

Lychnis viſcoſa flore muſcoſo *C. B.* Pin. pag. 206. Muſcipula muſcoſo flore, ſive Ocimoides belliforme *J. B.* T. 3. p. 350. Seſamoides magnum Salmanticum *Cluſ.* Hiſp p. 345. & Hiſt. 295. Eodem ſemine, advertente jam ex *Cluſio C. Bauhino*

bino in Pinace duæ plantæ nascuntur: 1. flore majusculo, quæ sterilis: 2. seminifera minore flore. Stamina nempe a stilo & embryone remota sunt tota planta. Ceterum vascula sunt tricapsularia. Nascitur copiose in arenosis sterilibus campis trans Francofurtum, itinere Darmstadiensi, cum Elichryso citrino.

* Marrubium album vulgare *C. B.* Pin. p. 230. album *J. B.* T. 3. 316. sive Prassium album *Tab.* Ic. 539. Weisser Andorn. Bey Rödelheim neben Franckfurth/ floret Junio & Julio.

Morsus ranæ *Dod.* p. 573. Nymphæa minor sive Morsus ranæ *J. B.* T. 3. 773. alba minima *C. B.* Pin. p. 193. Froschbiß. Wächst häuffig in den Franckfurther Stadt-Gräben.

Muscari arvense latifolium purpurascens *Turn.* Inst. p. 347. Hyacinthus comosus major purpureus *C. B.* Pin. p. 42. maximus botryoides coma cærulea *J. B.* T. 2. 547. comosus spurius 3. *Dod.* p. 218. In agris prope Moguntiam & Cœnobium Weissenbach passim floret Majo & Junio.

Myrrhis palustris latifolia alba & rubra *Turn.* Inst. p. 315. Cicutaria palustris latifolia alba & rubra *C. B.* Pin. p. 161. latifolia hirsuta *J. B.* T. 3. P. 2. p. 182. rubra & alba *Lugd.* p. 789. Ad scrobes & in pratis uliginosis, um Hirchenhayn.

Nymphoides aquis innatans *Turn.* Inst. p. 153. Nymphæa lutea minor flore fimbriato *C. B.* Pin. p. 194. *J. B.* T. 3. 772. In paludibus um Schenckenschantz. Vid. *Ruppius.*

Odontites flore luteo *Riv.* Irr. M. Pedicularis

ſerotina lutea *Turn.* Inſt. p. 172. Coris Monſpeſſulana lutea *J. B* T. 3. 433. Euphraſia pratenſis lutea *C. B.* Pin. p. 234. Euphragia ſilveſtris major lutea anguſtifolia *Col.* Ec. P. 1. p. 203. An der Bergſtraaß / locis tenui gramine veſtitis floret Julio & Auguſto.

Onagra latifolia *Turn.* Inſt. p. 302 Lyſimachia lutea corniculata *C. B.* Pin. p. 245. App. p. 516. Hanc etiam plantam deſcribere videtur *Lobel.* Ill. St. p. 78. Im Franckfurther Wald / nicht weit von der Ziegel-Hütte / häuffig; floret Junio & Julio.

Onobrychis fructu echinato minor *C. B.* Pin. p. 350. Caput gallinaceum minus *C. B.* Pr. p. 149. Locis apricis Palatinatus inter Oppenheimium & Wormatiam floret Majo & Junio.

Oreoſelinum Apii folio minus *Turn.* Inſt. pag. 318. ſive Veelgutta *Dod.* p. 684. Apium montanum Dalechampii *J. B.* T. 3. P. 2. 103. & Apium montanum nigrum *Ejusd.* Ib. p. 104. montanum nigrum *C. B.* Pin. p. 153. & A. folio ampliore *Ej.* Ib. ex ſententia *Turnefortii.* In Palatinatus aſperis & apricis cum Onobrychide inter Francothalium & Wormatiam.

Ornithopodium *Dod.* p. 535. majus *C. B.* Pin. p. 350. flore flaveſcente *J. B.* T. 2. 350. Vogelfuß. In agris arenoſis Saxenhuſanorum prope ſilvam Francofurtenſem cum Naſturtio petræo *Tab.* viget.

Ornithopodium minus *C. B.* Pin. p. 350. Perpuſillum Ornithopodium *Lob.* Ic. 82. In agris ſaxo-

ſaxoſis circa Francofurtum elegans hæc plantula cum priori naſcitur.

Orobanche major Garyophyllum olens *C. B.* Pin. p 87. flore majore *J. B.* T. 2. 780. Limodoron ſive Orobanche *Dod.* pag. 543. Prope Francofurtum locis gramineis aridioribus, it. in vallo Beym Galgen-Thor/floret Majo.

* Peucedanum *Dod.* p. 314. Germanicum *C. B.* Pin. p. 149. minus Germanicum *J. B.* T. 3 P. 2. p. 36. Haarſtrang. In pratis Palatinatus inter Wormatiam & Francothalium floret æſtate.

Phalangium parvo flore non ramoſum *C. B.* Pin. p 29. pulchrius non ramoſum *J. B.* Tom. 2. p. 635. non ramoſum *Dod.* pag. 106. Spinnen-Kraut. In vineis requietis inter Manhemium & Moguntiam cum ramoſo floret Junio.

* Phyllitis *Dod.* pag. 464. vulgaris *Cluſ.* Hiſt. CCXIII. ſive Lingua cervina vulgi *J. B.* T. 3. p. 756. Lingua cervina Offic. *C. B.* Pin p. 353. Hirſchzung. Auff den Bergen um Braubach.

Plantago latifolia ſpica multiplici ſparſa *C. B.* Pin. 189. major panicula ſparſa *J. B.* T. 3. 503. Plantaginis majoris ſpica multiplex *Dod.* p. 107. Prope Francofurtum ſemel reperit *Ruppius* Junio menſe.

Plantago maritima major tenuifolia *Turnef.* Inſt p. 652. anguſtifolia *Dod.* p. 108. 127. Coronopus maritimus major *C. B.* Pin p 190. maritima noſtras *J. B.* T. 3. p. 511. Provenit in ſalinis Naunheimenſibus, ubi Auguſto floret.

Polygonatum anguſtifolium non ramoſum *C.* *B.* Pin.

B. Pin. p. 305. angustifolium *J. B.* T. 3. p. 531. alterum *D d* p 343. Weißwurtz. Bey Hirchenhayn an den Hecken/ und auff dem Feldberg bey Homburg an der Höhe/ floret Majo & Junio.

* Pulegium *J. B* T. 3. P. 2. p. 256. *Dod.* pag. 281. latifolium *C. B.* Pin. p. 222. Mentha aquatica seu Pulegium vulgare *Turn.* Inst p. 189. Poley. Bey Rödelheim und Mannheim/ floret Junio & Julio.

Pyrola folio mucronato serrato *C. B* Pin. p. 191. folio serrato *J. B.* T. 3. p. 536 secunda tenerior *Clus.* Hist CXVII. Zwischen Merlau und Grünberg im Wald.

* Pyrola frutescens Arbuti flore *C. B.* Pin. pag. 191. fruticans *J. B.* T. 3. p. 536. tertia fruticans *Clus.* Hist. CXVII. In pinetis viæ montanæ inter Darmstadium & Bentzheimium.

Pyrola rotundifolia minor *C. B* Pin. pag. 191. minima Alpina *J. B.* T. 3. p. 536. quarta minima *Clus.* Hist. CXVIII Bey Usingen.

* Ranunculus arvensis folio Hederulæ, flore luteo. An Ranunculus hirsutus annuus flore minimo *Raj.* Hist. *Pluk.* quærebat *Ruppius*, qui auctumno ad pagum Laborn reperit im Vogelsberg.

Reseda vulgaris *C. B.* Pin. p. 100. lutea *J. B.* T. 3. p. 367. Plinii Neotericorum, Belgis Eruca peregrina Italica vel Cantrabica *Lob.* Ic. 222. In pratis & ad ripam Mœni passim inter Francofurtum & Moguntiam, cum Sideritide, Thalictro &c.

Salicornia *Dod.* p. 82. geniculata annua *Turn.*

Cor.

Cor. p. 51. Cali geniculatum ſive Salicornia *J. B.* T. 3. p. 704. Kali geniculatum brevius annuum *C. B.* Pin 289. In ſalinis Naunheimenſibus & Niddenſibus Auguſto floret. Ad acetaria quibusdam inſervit.

Saxifraga verna annua humilior *Turn.* Inſt. p. 252. Sedum tridactylides tectorum *C. B.* Pin. p. 255. Tridactylides tectorum flore albo *J. B.* T. 3. p. 762. Paronychia altera *Dod.* p. 112. Auff den Mauren um Butzbach/ wie auch um und in Franckfurth.

• Sideritis hirſuta procumbens *C. B.* Pin. pag. 233. Tetrahit Herbariorum *Lob.* Ic. 523. In pratis & dumetis circa Francofurtum floret Majo & Junio.

Sinapi Erucæ folio *C. B.* Pin. pag. 99. ſilveſtre *Dod.* p. 695. Sinapi Eryſimo Tragi cognatum ſive ſimile *J. B.* T. 2 p. 857. Wilder Senff. Circa Francofurtum ad muros & ſepes paſſim floret Junio & Julio.

* Solanum officinarum acinis luteis provenit circa Marburgum & Hirſchfeldiam, ubi Auguſto & Septembri cum floribus & baccis reperitur, eſtque in eodem loco & majus & minus. Non diſtinxere hactenus Auctores Solanum officinale, ſed baccarum colorem & foliorum inciſuras diverſas accidentales tantum habuere, prouti in *Pinace Bauhiniano* p. 148. videre eſt; *Turnefortius* vero Inſt. p. 148. tres vel quatuor diſtinctas ſpecies facit, atque hanc quidem non tantum a-

ciniş

tinis flavescentibus, sed & folio minori, pallide virente & villoso a reliquis distinguit.

Spergula maritima flore parvo cæruleo semine vario An Spergula annua semine compresso foliaceo minore, in medio fusco, circulo albo cincto *Moris.* apud *Rajum* in Hist? quod nomen penitus convenit cum nostra planta; *Morisonus* tamen suam se in arvis segetalibus Rupellensibus observasse scribit, cum nostra maritima sit, an ergo potius Alsine Spergulæ facie marina perennis flore violaceo *Mor?* Hist. T. 2. 551. An nostra annua vel perennis sit, non examinavi. Ceterum expedit plantam hanc a reliquis, quibuscū confunditur, accurate distinguere. Notavi in *Ephem. Nat. Cur.* Cent. 5. & 6. Spergulam annuam semine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto *Moris.* diversam esse a Spergula marina *J. B.* quacum eandem confundunt *Magnolius* in Bot. Monsp. *Rajus* in Hist. & *Knautius* in Herb. Hall. Utramque a nostra hac differre ulterius assero, contra sententiam *Ruppis*, qui in Flora Jen. p. 101. Arenariæ maritimæ nomine nostram, prout ex brevi descriptione patere poterit, manifeste intelligit, sed minus bene cum Spergula marina *J. B.* eandem censet. Etenim quæ Spergula marina nostras vocatur *J. B.* Hist. T. 3. p. 772. Alsine vero Spergulæ facie media audit *C. B.* Pin. pag. 251. ei *J. Bauhinus* flores tribuit luteos, ubi licet errore scribæ vel Typographi pro purpurascente luteo legi existimet *Rajus* in Hist. p. 1034. obstant tamen caules majores, qui in figura *Bauhiniana* majusculi sunt, petalis calicis folia superantibus, & radix

quæ

quæ crassa pingitur, ut mihi suspicio sit, Spergulam marinam *9. B.* esse Arenariam illam maritimam nondum descriptam, *Ruppio* in Fl. Jen. Suppl. p. 366. animadversam, cui flores & capsulas duplo vel triplo (quam quænam non addit) majores tribuit. Spergula annua cum semine foliaceo nigro *Mor.* quæ recensetur *Cat.* p. 46. verna tantum est & flores majusculos albos habet: folia plura teretia stellatim ex intervallis aliquot rarioribus & longioribus caules ambiunt, caules vero non valde ramosi sunt, secus ac in maritima nostra, quæ ramosior est, sed humilior, folia vero plana ex crebrioribus geniculis caules ambiunt, sed bina saltem ex adverso: auctumno porro flores (si tempus fuerit serenum, alias enim clausi sunt) ostendit purpurascentes, qui calice hirsuto, cum illius lævis sit, continentur, petalis parvis & brevibus, ad medium tantum calicis foliorum pertingentibus Id notari etiam meretur, quod semina ipsius, quæ non nigra, sed rufo-fusca sunt, valde varient, ita ut nunc marginata, margine tamen breviore, nunc & plerumque non marginata reperiantur. Ab hac ergo abunde differt, sed similior videtur Spergulæ purpureæ vulgari, a qua mihi caulibus humilioribus & magis ramosis, foliis ex adverso binis, petalis minoribus & loco præcipue differre videbatur. Observavi eam Augusto cum aliis maritimis plantis ad salinas Nauheimenses, quæ non procul a Fridberga in Wetteravia sitæ sunt. Forte Alsine Spergulæ facie minima seminibus marginatis *Turn.* Inst. p.

244. Alsine Spergulæ facie minima *Bot. Monsp.* nostræ huic eadem fuerit.

Staphylodendron *J. B.* T. 1. p. 274. Pistacia silvestris *C. B.* Pin. p. 401. Nux vesicaria *Dod.* p. 806. Pimpernuß. Ist einst von Hr. Ruppen im Franckfurther Wald gefunden worden.

Statice *Lugd.* 1190. *Turn.* Inst. p. 341. Caryophyllus montanus major flore globoso *C. B.* Pin. p. 211. Caryophylleus flos aphyllocaulos vel junceus major *J. B* T. 3. p. 336. Gramen polyanthemum majus *Dod.* pag. 554. Donner-Näglein. Prope Moguntiam locis gramineis aridioribus floret maxima æstatis parte.

• Tithymalus cyparissias *C. B.* Pin. p. 291. *J. B.* T. 3 p. 663. cupressinus sive humipinus *Lob.* Ic. 356. Esula *Riv.* Irr. Tetr. Wolffsmilch. In sepibus ad pagum Nider-Erlenbach, circa Francofurtum atque Gelnhausen. A sequenti, quocum confunditur a multis Auctoribus, differt radice repente, foliis angustioribus, umbellis parcioribus & florendi tempore maturiori, Majo enim & Junio floret, cum sequens Julio & Augusto demum cum floribus conspiciatur. Tithymalus cyparissias foliis punctis croceis notatis *C. B.* 291. hujus vitium est insectis ortum debens.

*. Tithymalus foliis Pini, forte Dioscoridis Pityusa *C. B.* Pin. p. 292. Tithymalo cyparissiæ similis, Pityusa multis *J. B.* T. 3. p. 665. Esula minor *Dod.* pag. 370. In silvis, Francofurtensi & Darmstadinis copiose floret Augusto.

• Tithymalus linifolius caule non ramoso, tubercu-

berculis crebris obsito. Forte Tithymalus Linariæ folio latiore & obtusiore, minor *Hort. Cath. Suppl. 3.* Forte etiam Tithymalus Linariæ folio, lunato flore *Mor.* Præl. & H. R. Bl. & forte Tithymalo maritimo affinis Linariæ folio *C. B.* Pin. p. 291. ubi tamen Tithymalus amygdaloides angustifolius *Tab.* quem huic synonymum facit *C. Bauhinus*, folia latiora & breviora, caulem vero non-tuberculosum habet. *Cupani* ex recensione Rajana *Suppl.* p. 429. suo folia, quam Linariæ, latiora & obtusa, glandiformia tribuit, caulem non ramosum dicit, crispum, e viridi glaucescentem, quæ notæ, foliis glandiformibus exceptis, nostro satis accurate respondent, ob crebra enim illa tubercula omnino crispus evadit caulis, qui subglaucus est, tubercula vero fuscescunt; quæ tubercula non nisi reliquiæ sunt foliorum quotannis deciduorum. Caulis vero crebris foliis oblongis, nonnihil latioribus quam Linariæ & obtusioribus obducitur, quid vero per glandiformia intelligat *Cupani*, mihi non constat: superius in umbellam brevem desinit, cujus radios ad primariam divisionem folia multa oblonga acuminata, ad secundarias vero divisiones bina subrotunda cingunt. Florum segmenta parva lunulata sunt: vascula ut in aliis se habent. Wächst bey dem schönen Brunnen neben Hörum am Franckfurther Fußpfadt / und blühet im August Monath.

Tithymalus silvaticus lunato flore *C. B.* Pin. p. 290. silvestris toto anno folia retinens *J. B.* T. 3.

p. 671. lunato flore *Col.* Ec. P. 2. p. 57. In silva Francofurtensi floret Majo & Junio.

• Tormentilla Cassubica major *Turn.* Inst. pag. 298. Pentaphyllum Cassubicum majus foliis viridibus & profunde sectis *Par. Bat.* foliis viridibus & majus *Flor. Bat.* Bey Manheim/ wo der Neckar in den Rhein fällt; floret Julio & Augusto.


Turritis Leucoji folio *Turn.* Inst p. 224. Eruca silvestris latifolia folio integro, flore luteo minore *Mor* H. O. P. 2. p. 229. Myagrum siliqua longa *C. B.* Pin. p. 109. secundum Lob. *Tab.* Ic. 866. Myagro affinis planta siliquis longis *J. B.* T. 2. p. 894. Circa Francofurtum & Hanoviam copiose.

• Thymelæa Alpina linifolia humilis, flore purpureo odoratissimo *Turn.* Inst. p. 594. Thymelææ affinis facie externa *C. B.* Pin. p. 463. Cneorum Matthioli suffrutex *J. B.* T. 1. p. 570. In ericetis circa Francofurtum Martio floret.

Veronica spicata minor *C. B.* Pin. p. 274. spicata recta minor *J. B.* T. 3. pag. 282. recta minima *Clus.* H. 347. In silvis Palatinatus inter Heidelbergam & Spiram Junio & Julio floret.

Viburnum *Matth.* 217. Lantana *Dod.* p. 769. vulgo, aliis Viburnum *J. B.* T. 1. p. 557. Prope Herbornam floret Junio.

Virga aurea minor foliis glutinosis & graveolentibus *Turn.* Inst. p. 484. Conyza femina Theophrasti, minor Diosc. *C. B.* Pin. p. 265. minor vera *Lob.* Ic. 346. In collibus apricis Palatinatus inter Wormatiam & Spiram floret Julio. DE-



DESCRIPTIONES NOVARUM PLANTARUM SPECIERUM.

Has eo ordine, quo in *Catalogo* traditæ sunt recensebo, omissis Fungis atque Muscis, in *Historia Plant. Giss.* dilucidius tractandis, cui etiam novarum harum Specierum figuras reservo.

CORylus silvatica latiore folio, virgis rectioribus & minus ramosis *Cat.* p. 35. Huic folia latiora sunt, virgæ rectiores, altiores & minus ramosæ, cum vulgaris folia minora habeat & magis tortuosa & ramosa sit, nucibus minoribus & rotundioribus, putamine & cortice tenuiore vestitis, citius nonnihil maturescentibus. *J. Bauhinus* Hist. Pl. T. 1. L. 3. C. 16. pag. 269. posteriorem descripsisse videtur, dum postquam vulgares avellanas descripsisset, ita inquit: Speciene distinctæ sint, an varietas tantum, quas „ parvas admodum, rotundas, magis rufas, umbi- „ lico magna ex parte sessili habemus, adfirmare „ pro certo non ausimus. Hæ quidem, conclu- „ dit ille, silvestres sunt.„ Utique nostra species diversa satis facie nobis comparuit, dubitavimus tamen & adhuc fere dubitamus, an non diffe-

rentia iſta loco ortum debeat. Cui accedit, quod illa vulgaris,quæ in ſæpibus eſt, ideo etiam humilior, magis tortuoſa & ramoſa fieri, & ceteras differentias a frequenti tonſura & caprarum morſu nanciſci queat, a quibus libera eſt, ſui juris.& ſibi relicta ſilvatica hæc ſpecies.

Viola montana latifolia flores ex radice, ſemina in cacumine ferens *Cat.* p. 36. Foliis latioribus, floribus majoribus, pallidioribus, & quod caulifera ſit, a vulgari differt, quacum eodem alias tempore floret. Flores etiam fere ſuaveolentiores ſunt, & ſemina peculiaribus brevibus pediculis in ſummo caule, qui triquetrus eſt, plerumque oriuntur; aliquando enim ipſis etiam floribus vaſcula ſuccedunt. Vaſcula vero dilute virent, obtuſe triquetra, trivalvia, longiora quam vulgaris, & firmioribus, erectis ſcilicet, pediculis inſident, ſi videlicet ipſis floribus ſuccedant; ſuperiora enim brevibus pediculis hærent. Calices ubique quinque foliolis, tribus majoribus & duobus minoribus ſeu anguſtioribus componuntur, & ſtamina ad vaſcula quinque adſunt cum apicibus ſuis, petala vero deſunt. An flores etiam ſtaminibus donentur & an piſtillum etiam habeant, dubitavi antehac, poſtea tamen comperi, flores etiam ſtamina atque ſtilos obtinere cum vaſculi rudimento, quod tamen cum flore mox marceſceret, & flores quandoque in ſummitate ad vaſcula prolifica comparere. Id porro de hac Viola notari meretur, quod non repat flagellis emiſſis, Violæ martiæ rotundifoliæ vulgaris inſtar

stat, sed recto assurgat caule, altitudine dodrantali, vel pedali etiam. Quæsivi in *Cat.* an sit Viola montana cærulea grandiflora *H.R.Par?* Melanium montanum *Lugd?* Nunc vero ulterius quæro, an sit Viola martia major hirsuta, inodora *Mor. Plot?* Viola Trachelii folio nonnullis *Raj?* H. T. 2. p. 1051. Nostræ tamen folia magis glabra, quam hirsuta sunt, flores vero valde odorati; reliqua ceterum descriptio & locus, in silvis cæduis, satis conveniunt apud *Rajum.* In *Flora Jenensi* vocatur Viola Alpina apetalos, foliis rigidis rotundis amplis; si Auctor, serius forte superveniens, ad radices attendisset, copiosos flores marcidos procul dubio reperisset.

Salix folio rotundo minore *Cat* p. 38. Salicis hæc species semper arborescit, verum arbor minus alta, minus ramosa & crassa est; caudice enim assurgit plerumque simplici, tenui & gracili, unum alterumve pollicem crasso, æqualis fere a radice, ad ramorum usque ortum crassitiei. Cortex caudicis non hirsutus aut rugosus, verum potius quodammodo lævis, coloris cinerei, lignum minus molle, ac Salicis latifoliæ rotundæ *C. B.* Folia unciam longa & lata. Juli floridi breves, semunciales. Forte Salix subrotundo argenteo folio *C. B.* Pin. p. 474. quam ipse ex sicca descripsit in Prodromo p. 159. Nostræ sane folia subtus cana & satis mollia, superne vero glabra sunt.

Fumaria bulbosa radice cava, flore albo suaveolente *Cat.* p. 40. *Tabernamontanus* octo ponit

figuras Fumariæ bulbosæ: quatuor flore albo sunt, & feminæ ipsi dicuntur: quatuor flore purpureo, quas mares nominat. Utrasque a foliis plus minusve incisis distinguit: *C. Bauhinus* omnes cum bulbosa vulgari conjungit. Nos tamen hanc speciem a vulgari distingui debere censemus. Foliola florum pediculis adjecta integra sunt, flores candidi, suavis admodum, Narcissum æmulantis odoris, cum reliquis inodori prorsus sint. Curiosum & a nemine, quod noverim, animadversum est, bulbosarum Fumariarum radices florescentia peracta profunde terram subire.

Mysotis hirsuta montana & silvatica *Cat.* p. 46. Mausöhrlein. Maturius floret quam reliquæ species, folia habet hirsuta, quibus a glabris differt, flores vero majores, quam in arvensibus hirsutis, a quibus præterea loco natali, silvatico nempe & montano, temporeque florendi maturiori distinguitur. In *Flora Jenensi* vocatur Myosotis silvatica præcox latifolia hispida.

Onis. chia di tempo.

Veronica humilis erecta montana, flore parvo cæruleo *Cat.* p. 47. Ehrenpreiß. E numero est earum Veronicarum, quæ flores habent foliis intermixtos, singulos e singulis eorum alis, foliis infimis adversis, superioribus alternis. Folia vero inferiora latiora, aliquot laciniis incisa sunt, superiora integra, angusta. Vascula compressa, flores parvi patuli & campaniformes, si explicentur, quod sole lucente contingit, alias plerumque clausi. Digitum vel sesquidigitum longa & non ramosa est.

Vero-

Veronica erecta Acini folio glabro, floribus cæruleis, segmento inferiore albido & angusto *Cat*. p. 54. Ex eadem, qua prior, tribu est. Altitudine assurgit dodrantali, rarius, aut non ramosa. Vascula compressa sunt: flores campaniformes. Forte fuerit Veronica minima, Clinopodii minoris folio glabro, Romana *Bocc*. Mus. P. 2 p. 29. Tab. 102. unde breviter *Rajus* ita describit Suppl. p. 423. „Quinque paullo plus uncias elata, re- „ cta, aliquoties unum duntaxat caulem edit, „ pyramidalem, interdum ramosum. Flos ei cæ- „ ruleus dilutus, semen minutissimum.„ Nostra tamen altior est.

Malus silvestris dulci fructu *Cat*. p. 54. Apffelbaum. Mali silvestris fructus austerus & valde acidus est, nec ullus Botanicorum, quantum mihi constat, mitem dulcemve observavit, qualis mihi sæpius loco in *Catalogo* denotato observatus est. Ob quam insignem diversitatem nemo, credo, de speciei differentia dubitabit.

Alsine aquatica folio Gratiolæ, stellato flore *Cat*. p. 58. Meyerich. Petalorum florum locatione a reliquis Alsinis facile distingui potest; hæc enim profundissime divisa sunt, & singula petalorum segmenta ab invicem divelluntur, ita ut decaphylli appareant flores & singula calicis foliola a duobus & diversis petalis segmenta obtineant. Flores præterea eleganter explicantur, ut stellam referant decem cuspidibus præditam, calix vero etiam explanatur & pentagonam stellam æmulatur. Vascula seminalia rotunda sunt.

Folia glauca, tenuia, modice lata, semunciam & unciam longa, nervo uno exarata: caules quadranguli. Stamina decem sunt, stilus vero in tria fila ad vasculum usque dividitur. Non est dubium quin hæc sit Alsine longifolia uliginosis proveniens locis *J. B.* T. 3. pag. 365. aquatica media *C. B.* Pin. p. 251. licet figuræ *Tabernæmontani* & *J. Bauhini* petala integra exhibeant. Ex sola enim *Bauhiniana* descriptione nævum figuræ satis animadvertere licuerit. „ Dicit is flores esse stel-„ latos, qui folia quinque (calicem nimirum) „ viridia, alba autem *decem* obtineant. Habuit nempe is pro petalis, quæ segmenta sunt ad unguem usque divisa: Nos figuram accuratam dabimus in *Hist. Pl. Giss.*

Pedicularis minor *Cat.* p. 61. Rödel-Kraut/ Läuß-Kraut. Duarum vel trium unciarum herba est, floribus vulgari similibus, dilute magis rubentibus. Calices in quinque quasi lacinias, quatuor laciniatas, & unam integram dividuntur (cum in vulgari in duo tantum laciniata segmenta divisi sint) & majores etiam fiunt laxiusque vasculum seminale involvunt, quod etiam minus oblique, quam in vulgari, per segmentum intermedium dividitur: semina læviora & breviora. Magis vulgaris apud nos est, quam major species, quæ alias, si aquæ suppetant, in fossis nempe, cum alias in udis & muscosis plerumque pratis reperiatur, ad sesquipedalem & cubitalem assurgit altitudinem, ut a *Lobelio* & *Rajo* pro diversa specie fuerit habita, & sub nomine Pedicularis ma-

xime

ximæ Danicæ *Lob.* Ill. St. p. 147. Pedicularis palustris rubræ elatioris *Raj.* H. T. 1. p. 770. proposita, cum loco tantum differentiam debeat. Multi quidem Herbarii, & *Dodonæus* atque *J. Bauhinus* præsertim, figuram nostræ non majorem exhibuerunt, cum vero figuras suas ad minorem plerumque magnitudinem reduxerint, an nostram intellexérint, dubium est. *Tabernæmontanus* & *Rivinus* vulgarem manifeste proponunt. Floret minor hæc species maturius quam major, longius vero & per totam fere æstatem durat. Utraque variat aliquando flore albo.

Cyperoides vesicarium majus *Cat.* p. 63. An Cyperoides polystachyon, spicis teretibus erectis *Turn?* Inst. p. 529. Gramen cyperoides spicis teretibus erectis *Raj?* Hist. T. 2. p. 1294. cyperoides polystachyon majus, spicis teretibus erectis *Ejusd?* Syn. & Meth. p. 186. cyperoides angustifolium, spicis longis erectis *C. B?* Pin. p. 6. Nostri spicæ seminiferæ primum erectæ, postea ad seminum augmentum pendulæ fiunt, sunt vero crassæ, sesquiunciales, quæ ex utriculis inflatis, semine exiguo fœtis constant; utriculi in spinam desinunt, unde echinati evadunt. Spicæ paleaceæ duæ aut tres, admodum tenues, adsunt, supra unam alteramve fertilem locatæ. In fossis Maji fine floret & omnium vulgatissimum est hoc Gramen apud nos, quod ob utriculos inflatos & maximam partem vacuos vesicarium dici meretur. In Gramine cyperoide spica pendula longiore & angustiore *J. B.* & *C. B.* ex descri-

ptione *Rajana* Hist. T. 2. p. 1294. nihil nisi spicarum tenuitatem nostro huic contrariam adverto.

Cyperoides vesicarium minus *Cat.* p. 63. Spica acerosa & florifera ex fulvo spadicescit. Utriculi inflati sunt, minus tamen, quam prioris, utriusque vero muricati & glumis luteo-spadiceis cincti. Gramen cyperoides exiguum seminibus bullatis *Raji*, quantum quidem mihi constat, inflata & vesicaria vascula non habet, ut præsens ac præcedens Gramen potiori jure vesicarii titulum sibi vendicent. Locus in *Catalogo* notatus est.

Gramen triticeum pratense, spica cylindracea crassiore *Cat.* p. 67. Spicæ torosæ ex locustis arcte stipatis componuntur, locustæ vero singulæ ex tribus glumis æqualibus coagmentantur, & staminibus tribus tenuibus apices purpurascentes insident, seminibus autem stili duo villosi. Majo ad vias, margines hortorum & agrorum, sed præcipue in pratis satis vulgare est, & ad altitudinem humanam ascendit. An Gramen caninum non repens elatius, spica aristata *Lob?* Vel potius Gramen spicatum, spica cylindracea longioribus villis donata *Turn?* Inst. p. 520. Gramen Alopecuro simile glabrum, cum pilis longiusculis in spica, Onocordon mihi denominatum *J. B.* T. 2. p. 474. Gramen phaloroides majus, sive Italicum *C. B?* Pin. pag. 4. phalaroides *Tab?* Vel rectius Gramen phalaroides spica molli, sive Germanicum *C. B?* Pin. p. 4. Pr. p. 10. Figuræ Botanicorum

eorum non satisfaciunt in hoc Gramine, & *Gerardus* atque *Lobelius* quidem justo breviorem & crassiorem pinxerunt spicam: descriptio *J. Bauhini* & *Raji* T. 2. p. 1264. nostro satis convenit, ut idem suspicer Gramen. *Rajus* ad Alopecuroide retulit Gramina, nec male; cum triticea eum spica non exacte convenit.

Geranium columbinum flore rubro *Cat.* p. 79. Storchschnabel. Proponit *Rajus* Hist. T. 2. p. 1059. Geranium columbinum majus, flore minore cæruleo, quod a Geranio folio Malvæ rotundo *C. B.* distinguit & diversam speciem facit. Mihi potius hoc *Raji* Geranium cum *Bauhiniano* idem videtur, vel saltem utrumque *C. Bauhinus* cognovisse, nec ab invicem distinguere voluisse videtur, prout ex Pinace constare poterit. Nostrum hoc Geranium a vulgari columbino vel malvaceo floribus differt rubellis, nonnihil majoribus, foliis aliquanto magis incisis & lanugine copiosiore oblitis. Sed præcipue notabile est, florum petala æqualiter esse locata, nec unquam facere hiatum aut inæqualitatem aliquam floribus, ceu in vulgari contingit, inferre. Semina ut in vulgari se habent & simili modo abscedunt, ea nempe leviter revoluta a tenui veluti filo (rostelli parte) pendula cum folliculis suis abscedunt, nec hos aliorum instar, quæ in circulum revolvuntur, vacuos rostro cohærentes relinquunt, neque etiam, ut in iis, quæ flores inæquales habent, spiratim intorquentur, sed dicto modo, quasi nuda essent, abscedunt.

Palma Christi candidis floribus Hort. Eyst. *Cat.* p. 70. relata, non distinguitur a *C. Bauhino* ab Orchide palmata pratensi maculata in Pin. pag. 85. verum, si non specie distinguenda esset, Orchidi palmatæ pratensi latifoliæ longis calcaribus *C. B.* consultius jungenda videbatur. Florum labium inferius tripartitum, folia immaculata erant.

Gramen anthoxanthon majus *Cat.* p. 79. Vulgari simile, si non idem, sed duplo elatius est; cubitalis nempe altitudinis. Reperitur aliquando cum spica multiplici seu ramosa, & forte non nisi varietas est vulgaris anthoxanthi, loco pinguiori, qualis est Lindana silva, ubi provenit, ortum debens. Ceterum hoc genus Graminis, quo minus secalinis inferatur, nil obstare video.

Crista galli femina *J. B.* T. 3. p. 436. Hahnen-Kamm. Cristam galli marem habet & feminam *J. Bauhinus*, & utriusque etiam figuram apponit, sed minus feliciter, ut sunt pleræque ipsius figuræ, quod vitium corrigemus in *Hist. Plant. Gess.* Nunc differentiam litteralem annotasse sufficiat. Feminæ ex *J. Bauhino* caules sunt minus robusti, folia angustiora, flores multo minores, summitatibus minus albescentibus, utriculis glabris. Quibus differentiis addi potest: flores esse multo rariores; & eorum galeam rostro cæruleo non, aut rarius saltem, notari. Mari tribuit *J. Bauhinus* caulem robustiorem & majorem, interdum sesquipedalem, folia latiora, flores multo majores, summitatibus magis albescentibus, utriculis hirsu-

hirsutis. Hæc apud nos vulgatior est: *Rajus* in Anglia minus frequentem dicit, & feminam Cristæ galli vulgari *Auctorum* eandem facit Hist. T. 1. p. 769. quem sequitur *Turnefortius* Inst. pag. 172. Nobis vero *Dodonæus* marem potius designavisse videtur, *Rivuniana* figura elegans feminæ esse videtur, unde id nomen *Cat.* p. 80. a mare ad feminam transferendum est.

Gramen triticeum arvense, spica cylindracea angustiore *Cat.* p. 82. An Gramen angustifolium, spica triticea compacta *C. B.* Pin. p. 9. Pr. p. 18. ubi latifolio spicam quasi loliaceam appingit, cui similem angustifolii Graminis intellexisse videtur. Nostri palmaris est, nec aspera, nec mollis, ex locustis dense congestis composita, primum virens, postea lutescens, tandem ad maturitatem rufescens. Locustæ singulæ constant ex glumis tribus arcte connexis & grano uno fulvo, pro Graminum modo magno, arista, quæ una adest, non e summo glumæ alicujus, sed ad harum basin exit. Folia nec aspera, nec mollia; radix fibrosa. Inter segetes Junio & Julio viget.

Myosotis glabra palustris & major *Cat.* p. 83. Mausöhrlein/ Vergiß mein nicht. Florum & foliorum magnitudine locoque natali, in fossis enim & ex ipsis aquis provenit, a reliquis speciebus differt abunde. Variat aliquando flore albo. Myosotis scorpioides palustris Ger. Em. *Raj.* Hist. T. 1. p. 504. nostræ huic speciei eadem est & minus bene videtur *Rajus* Echium scorpioides palustre

lustre *C. B.* cum hac conjungere, vel saltem pratensem & palustrem Myosotidem sub uno titulo perperam complexus est *C. Bauhinus*.

Orchis montana spica laxa *Cat.* p. 85. Knaben-Kraut. Caulem edit fere cubitalem, solidum, non cavum, folia in inferiore caulis parte ex adverso fere posita, liliacea, palmum & sesquipalmum longa, unciam aut sescunciam lata; inde uno alterove folio caulis involvitur, cetera nudus; in summo spicam gerit raram laxamque, floribus purpureis, nullis, præterquam in gula floris, maculis aut punctis insignem. Florum calcar longum, labellum quadripartitum est. Bulbi magni sunt & crassi. In silvæ Hangestein parte editiore sub dumetis Junii initio floret, & foliis maculis parvis rarioribus eleganter punctatis aliquando reperitur.

Vicia folio angustiore, flore purpureo-violaceo *Cat.* p. 90. Wicken Caules sesquicubitales vel longiores sunt, folia sex aut septem pinnarum conjugationibus composita; pinnæ unicam longæ, glabræ, angustæ. Ex alis foliorum flores bini plerumque, pallide purpurascentes exeunt, pediculis singuli brevissimis hærentes, quorum carina duabus radicibus disjunctis hæret; calices striati in quinque lacinias dividuntur; siliqua una plerumque ad maturitatem pervenit, teres, unicas duas cum dimidia longa, seminibus crassiusculis repleta. Eadem videtur cum Vicia angustifolia purpuro violacea, siliqua lata glabra *Bot. Monosp.* In nostra tamen siliquæ trientem solum unciæ latæ

sunt

fuit, quas *Magnolius* semunciales facit & sescunciales longitudine, cum in nostra duas cum dimidia uncias æquent. Magnitudine totius & pinnarum angustia ab aliis speciebus facile distinguitur. Locus in *Catalogo* notatus est.

Vicia folio angustiore, flore rubro *Cat.* p. 91. An Vicia vulgaris acutiore folio, semine parvo nigro *C. B?* Pin. p. 345. quam cum Vicia vulgari silvestri, semine parvo & nigro frugum *J. B.* (quæ nobis *Rajum* sequutis *Cat.* p. 107. eadem est, cum Vicia semine rotundo nigro *C. B.*) conjungit alias *Turnefortius* Inst. p. 397. Nobis ab ea siliquis angustioribus & nonnihil hirsutis, semine minore & magis variegato, sed præcipue flore hilare purpureo, aut rubicundo potius, differre visa fuit. Folia pinnas utrinque quatuor habent, sed angustiores, & tota etiam planta aliquantum minor est. Flores e singulis foliorum alis bini exeunt, pediculis brevibus hærentes, quorum carina duabus, ut in priore, radicibus terminatur; calices in quinque lacinias dividuntur. Siliquæ, ut in aliis, erectæ sunt & teretes fere per maturitatem, quarum unam tantum utplurimum assequitur, seminibus subrotundis pullis repletam.

Urtica silvatica non urens *Cat.* p. 91. Brennessel. Racemulis pendulis, minus per caules copiosis, & quod, caule excepto, innoxie contrectari poterat, a vulgari, cui ceterum similis, differre nobis videbatur. Considerandum tamen existimo, an non locus, qui ei umbrosus est, hanc differentiam efficiat.

Gen-

Gramen avenaceum paniculâ aceròsâ, seminè papposo *Cat.* p. 93. Gramina avenacea voco, quæ locustas habent compositas, ex locustis nempe binis, vel ternis nonnunquam, glumis duabus communibus comprehensis, constantes. Præterea e locustarum particularium dorso plerumque arista exit per maturitatem infracta, locustæ pedes referens. Hujus speciei locustæ totales majusculæ sunt, sed seminibus gracilibus & strigosis fostæ, unde panicula paleacea fit; ad basin seminum pluma aut lanugo papposa adnascitur, quæ seminibus maturis & in planta sicca, locustis hiscentibus, satis se prodit, unde hac sola nota ab aliis facile discernitur. Aristæ primum rectæ, postea incurvæ sunt, &, si bene advertatur, præter duas majores una minor adest, ita ut tres aristæ & totidem etiam locustæ partiales biglumes observentur. Panicula rarior est & laxa, altitudo bicubitalis. Variat culmis purpurascentibus & albentibus. An Gramen avenaceum elatius, jubâ longa splendente *Raj?* Meth. Em. p. 179; quod nomen nec in Historia, nec in Appendice, nec in Supplemento invenire potui.

Pulmonaria Gallica tenuifolia *Tab.* differt ab Hieracio murorum laciniato minus piloso *C. B.* & Hieracio murorum folio pilosissimo *Ejusd.* foliis angustioribus, per caules pluribus, magis dentatis; dentibus tamen ubivis laxioribus & minus profundis. In Fageto & silva Lindura Junio floret. Nomen Germanicum est Buchköhl oder Buchspick.

Lens

Lens *Tab.* in *Catalogo* p. 99. ex observatione *Ruppiana* recensita: ex radice fibrosa, inutili, simplici, more reliquorum Leguminum caulem profert unum alterumve, Lentium vicinarum, quibus intermixta erat hæc planta, caulibus non majorem, aliquando tamen firmiorem & per se magis subsistentem, qui nullo capreolorum circa vicina adminiculo fultus erat, simplex, minus ramosus, foliis pinnatis confuse vestitus, sex vel octo conjugationibus rotundorum foliorum cinctis alis, cum impari rachin terminante; aliquando tamen impari hoc destitui, & illius loco perexiguam quandam appendiculam, claviculæ quasi imaginem, præ se ferre videbantur, uti contingit in Orobo recepto Herbariorum *Lob.* h. e. Orobo *Græc.* & *Offic.* seu Ervo *Turn.* In summo vero caule nascebatur spica brevis florum papilonaceorum, ut in Craccis dispositorum, dilute purpureorum, quos sequebantur siliquæ graciles, veluti undulatæ, & protuberantibus seminum torulis inæquales, multum similes siliquis ferri equini comosi *Riv.* seu Ferri equini Germanici, siliquis in summitate *C. B.* Semina qualia fuerint, videre non licuit *Ruppio*, cui florentem duntaxat plantam & ad semen se accingentem colligere contigit inter Lentem admodum copiosam, in quodam argilloso agro prope piscinam Carnificis, Junio mense. Nobis de hoc Legumine nihil adhuc constat; figura ceterum *Tabernæmontani* a Lente vulgari, quacum conjugit eam *C. Bauhinus*, diversam plantam significare videtur.

Gramen avenaceum acerosa panicula, locustis minoribus, semine non papposo *Cat.* p. 103. Paniculam minus raram, sed quam præcedens, planta nempe antepenultima, confertiorem habebat. Lanuginem ad semina nullam observavi. Locus excidit. An Gramen arundinaceum panicula molli spadicea minus *C. B?* Pin. p. 7.

Filix dentata pumila *Cat.* p. 104. Färnkraut. Filici vulgari mari non ramosæ dentatæ tota similis est, sed folia habet dodrantalia tantum, nec altius assurgere videtur, cum residua a priori anno folia, nova magnitudine non superent. Puncta habet rariora, in singulis enim pinnulis unum solum aut duo observantur, cum in vulgari sex & octo occurrant; binarius tamen ordo admitti potest, cum in tarsis inferioribus talis observetur numerus.

Filix pumila, pinnulis angustioribus, rarioribus, profunde dentatis, & Filix pumila tenerior & mollior, frequentioribus pinnarum in ambitu serraturis *Cat.* p. 105. enumeratæ: a duabus ibi præcedentibus & majoribus speciebus non nisi parvitate discernere potui. Quondam perpensis subtilissimis illis seminibus, quibus hoc genus plantæ propagari existimatur, notabilique in quam excrescunt magnitudine, radicum præcipue brachiali & majori sæpe crassitudine consideratis, existimavi easdem esse has plantulas cum iis, quibus similes sunt, plantas videlicet has lente crescere & multorum annorum spatio opus habere, donec robustæ & perennes radices singulis

gulis annis tam grandia & justæ magnitudinis folia proferre queant. Verum postquam meliora edoctus seminalem illam opinionem deserui, ac præterea omnes illæ herbæ parvæ essent, nulla vero mediæ aut aliquanto majoris altitudinis occurreret, nec per totam æstatem notabile aliquod incrementum sumsisse viderentur, & folia etiam exarida, a priore nempe anno residua, ejusdem magnitudinis essent, Chamæfilices seu Filices pumilas eas nominari posse judicavi, tales videlicet, quæ a majoribus specie distinctæ sunt; eo magis, quod & minores, ac quasi modo ortæ, plantæ nec procul, nec prope majores occurrerent, & quod pumilæ hæ species radicem nihilominus haberent satis crassam & pro magnitudine sua majorem fere.

Lenticula palustris major *Cat.* p. 106. Wasser-Linsen. Folio altero tanto, immo duplo triplove, quam vulgaris, majora sunt; cohærent autem tria, quatuor aut plura, majora & minora, per ligamenta e marginibus egressa, quæ hic evidentiora sunt, quam in vulgari & minori specie. Ex uniuscujusque foliorum parte infera radices plures breves, quarum longiores unciam tantum æquant, descendunt. Folia inferne coloris sunt purpurei obscurioris, superne viridia, minus tamen saturo virore quam vulgaris, minus etiam crassa & fungosa, at fragilia magis & tenuiora, radices breviores sed copiosiores; in vulgari enim unica tantum, sesquiunciam & uncias duas longa adest. Aquas non ita dense, nec tam ele-

ganti virore, quam vulgaris, obducit, minus altas quoque amare videtur, cum minor utrasque non respuat. Vesiculoso & fungoso contextu minus quam altera egere videbatur, tum quod multo tenuior & levior esset, tum quod ob latitudinem mergi non adeo facile posset *M. Hoffmannus* in Catal. Alt. primus hanc differentiam animadvertit, dum passim, inquit, Lenticula in stagnis duplex occurrit, foliis majoribus, subtus rubentibus, quæ nostra species, & minoribus in vesiculas deductis, quæ nota & vulgaris species est, dein *Commelinus* eam annotavit in Cat. Pl. Holl.

Potamogeton foliis oblongis alternis, leviter undulatis *Cat.* p. 112. Samkraut. Totum aquis immergitur. Longitudine est cubitali, sesqui & bicubitali; folia habet duas tresve uncias longa, semunciam lata, tenuia, pellucida, obscure virentia, alterna, nisi in summo caule, ubi spica exit, adversa. Ad folia superiora caulis membrana pellucida cinctus est. Spica crassiuscula ex seminibus confertis componitur. Fontinalis lucentis majoris *J. B.* figura non contraria est nostræ plantæ, & descriptio etiam satis convenit, nisi quod ramosam dicat foliaque plana pingat.

Gramen arundinaceum montanum, panicula longa angusta *Cat.* p. 118. idem est cum Gramine arundinaceo, panicula molli spadicea majori *C. B.* Pin. pag. 6. Th. p. 94. 95. plumoso Lobelii, spica candida & serici modo lucente *J. B.* T. 2. p. 476. dumetorum panicula acerosa semine pap-

poso

poſo *Raji* Hiſt T. 2. pag. 1287. cujus notitiam Doctiſſimo *J. Scheuchzero* debeo, a quo in Prodromo Agroſtographiæ id enodatum, accurate deſcriptum atque depictum fuit.

Euphraſia minor *Cat.* p. 121. Augentroſt. Eodem quo vulgaris ſolo & loco provenit, ſed maturius & menſtruo fere ſpatio ante vulgarem floret Minor etiam eſt, duas nempe aut tres tantum uncias alta, non ramoſa, floribus minoribus donata, quorum galea minus alte ſecta & fere tantum bifida eſt, ſegmentis in utroque labio admodum leviter inciſis. Calix præterea in quatuor tantum lacinias dividitur.

Hieracium Dentis leonis foliis hirſutis, caulibus aphyllis glabris *Cat.* p. 122. In *Ephemeridibus Natur. Cur.* Cent. 5. & 6. App. deſcriptum & depictum eſt.

Dens leonis major *Cat.* p. 122. Münchskopff. Hoc nomine a *Car. Schaffero* in Delic. Plant. Hall notata fuit hæc ſpecies, quæ, quod ad vias etiam & ſolo ſteriliore tanta magnitudine proveniat, merito diverſa ſpecies cenſeri poteſt. Foliis vero eſt, quam vulgaris, duplo majoribus, floribus & caulibus altero tanto, ſemifloſculis fere minoribus. Præterea ſerius floret, nempe Julio demum & quidem parce, cum vulgaris Maji initio compareat ubique copioſe. Forte Dens leonis ampliſſimo folio *Turn.* Inſt. p. 468.

Plantago latifolia glabra non ſinuata *Cat.* p. 123. Wegerich. A Plantagine latifolia glabra *C. B.* Pin, p. 189. quæ maxima tota glabra ipſi dicitur

citur in Pr. p. 97. plurimum differt; multo enim minor eſt, folia minora, ſpicas & pediculos earum multo breviores habet. A Plantagine autem latifolia ſinuata *C. B.* differt foliis minoribus, lævibus & æqualibus; ſpica ejus aliquantum etiam brevior eſt, quamvis extra ſilvas agrum pinguiorem nacta illius ad inſtar ſpicam prælongam & folia majora acquirat, ceu id in agris Schiffenbergenſibus obſervavi, ubi foliis ad pediculum dentatis aliquando variabat, unde ſuſpicor Plantaginem latifoliam mediam foliis laciniatis *Mentz.* in Pug. ſine icone & ſine deſcriptione traditam, cum hac eandem eſſe.

Ægilops minor, panicula anguſta, locuſtis parvis, foliis junceis *Cat.* p. 126. An Gramen avenaceum glabrum, panicula e ſpicis raris ſtrigoſis compoſita, ariſtis tenuiſſimis *Raj?* H. T. 2. App. p. 1909. Noſtri tamen folia anguſtiora multo & ariſtæ breviores ſunt. Culmos habet cubitales, tenues, glabros, foliis perangustis, glabris, ad genicula cinctos, qui in ſummitate paniculam gerunt tenuem, e locuſtis ſquamoſis minoribus (nunc virentibus, nunc ſpadiceis) glabris, leviter ariſtatis conſtantem. Folia complicata & compreſſa ſunt, ut juncea videantur.

Epilobium glabrum majus, albo flore *Catal.* pag. 128. Idem videtur cum Lyſimachia glabra media ſive minore *Ger. Em.* (quam minus recte cum ſiliquoſa 4. ſeu glabra minore *C. B.* conjungit *Raius* in Hiſt.) & cum Lyſimachia 6. ſiliquoſa 3. ſeu Lyſimachia ſiliquoſa flore albo

Tab.

Tab. Ed. Bauh. quam a sua glabra majore non distinxit *C. Bauhinus*. Totum vulgari simile est, sed flores minores habet, albos, quorum stilus apice minus crasso & integro donatur, cum in vulgari in quatuor partes findatur. Forte tamen differentia ista a loco umbroso provenit, ut jure eam a vulgari specie non distinxerit *C. Bauhinus* in Pinace.

Geranium Geranii hæmatodis folio & facie *Sher.* apud *Raj.* Hist. Supp. p. 513. Hoc titulo, inquit hoc loco *Rajus*, a *D. Sherard* accepi plantam Geranio hæmatodi simillimam, verum flo- „ ribus in communi pediculo duobus, cum Gera „ nium hæmatodes singulos tantum in singulis „ pediculis gestet. „ Utique si Geranium hæmotodes vulgare solitarios semper in pediculis suis gestet flores, prout & in Historia sua T. 2. p. 1061. cum *J. Bauhino* asserit *Rajus*, hæc nota sola sufficientissima erit, ad has species ab invicem discernendas. Nostrum vero Geranium *Cat.* p. 129. recensitum, quod pro Geranio palustri flore sanguineo VII. hæmatode altero, folio Batrachioidis Geranii *Clus.* & *Volck.* habui, est ipsissimum hoc *Rajanum* & *Sherardianum* Geranium, & flores semper habet in pediculo communi binos, magnos, ex rubro purpureos, & quod præterea notabile, floribus his adsunt stamina decem cum apicibus purpureo-violaceis, cum in reliquis Geraniis, quorum flores adhuc observavi, quinque tantum stamina visantur. Semina per maturitatem a basi stili abscedunt, non circumacta, sed

ſed revoluta in ſemicirculum, quibus delapſis vacuæ remanent ſeminum capſulæ Radix craſſa, foris fuſca, intus rubicunda eſt, ſapore adſtringente. Folia habet Aconiti, bina ad ſingula genicula, ad quæ pediculus communis unicus & unus etiam ramus in juniore planta obſervantur, in adultiore vero ſuccedit adhuc ramus alter, ut quinque ad ſingula genicula rami & foliorum pediculi obſerventur. Altitudine eſt cubitali & ſesquicubitali; pediculi florum ſat longi ſunt. Oritur inter vepres ad margines pratorum ſilvis vicinorum, & cum caulibus ſit nonnihil procumbentibus, vel intortis verius, veprium adminiculo ſuſtentari quaſi videtur. Caules vero ſemper virent, non rubent, ut in hæmatode vulgari, in quo erecti etiam magis ſunt, ſed breviores. Non eſt tamen dubium, quin Geranium illud hæmatodes alterum *Cluſ.* quod is ad margines pratorum & inter vepres prope Noribergam reperit, & cujus folia nonnihil diſparia dicit ab hæmotode vulgari, Batrachioidis nempe Geranii magis æmula, quodque a *D. Volckamero* poſtea obſervatum & in Flora ejus Noribergenſi recenſitum eſt, idem ſit cum hoc noſtro Geranio. Nos figuram ejus accuratam habemus pro Hiſt Plant. Griſ.

Gramen avenaceum, ariſtis ad ſingulas locuſtas ſingulis *Cat.* p. 130. Folia habet anguſta, glabra, paniculam tenuem & minus ramoſam, cujus locuſtæ totales unicam tantum ad alterutram partialem locuſtam ariſtam obtinent. Locuſtæ ejusdem, ac in Gramine avenaceo pratenſi ela-

elatiori, panicula, flavescente, locustis parvis *Raj*. magnitudinis sunt, verum non hiscunt nec flavicant, sed ex viridi magis spadicescunt.

Gramen silvaticum, panicula tenui, e locustis raris composita *Cat*. p. 130. An Gramen avenaceum capillaceum minoribus glumis *C. B*? Pin. p. 10. avenaceum xerampelinum Danicum *Park*? Th. nemorale avenaceum alterum, ex fusco xerampelinum & lucidum Danicum Lob. ad Part. 2. *J. B*? T. 2. p 463. quod non videtur, cum *Lobelius* ei lucidos & nitidos ex fusco xerampelinos & exiliores culmos tribuat. An porro Gramen avenaceum locustis rarioribus *C. B*? Pin. p. 10 avenaceum rariore grano Danicum *Lob*? ad Part. 2. avenaceum rariore grano nemorense Danicum *J. B*? T. 2. p. 434. avenaceum nemorense glumis rarioribus ex fusco xerampelinis *Raj* ? Hist T. 2. p. 1289. ubi folia, quam nostrum habet, longiora & latiora ei tribuit, paniculam sesquipalmarem & longiorem dicit, locustas simplices esse & e glumis duabus, utriculum unum continentibus, constare, unde etiam sub locustis simplicibus disponitur in Meth. Em. p. 178. Nostrum vero paniculam brevem, unciam unam vel duas longam habet, e locustis squamosis, plane ut in Gramine pratensi vulgatissimo, constantem. Locustæ ab initio simplices videntur, verum postea squamosæ apparent, florescentiæ videlicet tempore, aut si maturæ siccæque fiant. Sunt vero locustæ perquam raræ, & exterius nunc leviter spadiceæ, nunc omnino virides deprehenduntur,

Folia angusta brevia. Gramen paniculatum angustifolium Alpinum, locustis rarioribus & angustioribus non aristatis *J. Scheuchz.* Pr. p. 18. T. 2. Gramini canino vineali simile Alpinum, angustioribus foliis, paniculis rarioribus non aristatis *J. Scheuchz.* Herb. & Itin. Alp. descr. pag. 26. Ed Lond. idem nostro videtur, sed folia tamen angustiora habet, qua de caussa etiam a Gramine pratensi paniculato majori, angustiore folio *C. B.* Pin. p. 2. Pr. p. 5. non differre suspicio erat; sed monuit in litteris, quas humanissimas ad me nuper dedit *D. J. Scheuchzerus*, plane ab eo diversum esse; differre enim teneritate, mollitie & subtilitate tam culmorum, quam foliorum & locustarum. Quapropter huic silvatico nostro, quod omnino tenerum & molle est, idem esse *Scheuchzerianum* nullum amplius dubium est, licet folia suo nonnihil angustiora tribuat *Doct. Scheuchzerus*: *Bauhinianum* vero diversum est.

Sparganium non ramosum minus *Cat.* p 130. Igelsknospe. Hoc quo minus cum Sparganio minimo *C. B.* Pin. p. 15. Pr. p. 24. idem sentiam, facit exilitas, quam suo in Prodromo tribuit *C. Bauhinus*. Nostrum pro aquæ altitudine assurgit, caulibus simplicibus, sesquipedalibus & cubitalibus, foliis angustis, culmum latis, pedem longis, alternatim cinctis. In summo caule e foliorum alis duo globuli seminales comparent, supra quos unus florifer staminosus locatur, qui ubi munere suo, semina fœcundandi, functus est, decidit. In Sparganio non ramoso *C. B.* pilulæ a caule pen-

le perforantur, eæque plures sunt, tam seminiferæ, quam floriferæ, cum in hac specie duæ saltem nostra observatione seminiferæ & una florifera adsit pilula. Ceterum quam *Rajus* Hist. T. 2. p. 1910. Sparganio non ramoso *C B.* descriptionem accommodat, huic melius speciei quadrare nobis videtur; saltem is in summo caule florum & seminum globulos quatuor vel quinque suæ plantæ tribuit, quorum infimus pediculo longiusculo e folii sinu egresso insideat, superiores in foliorum alis sessiles, non tamen caulem undique ambiant. Sed hæc differentia nobis accidentalis esse videtur. Provenit nostra hæc species in aquis cœnosis argillacearum scrobium; reliquas Sparganii species ad aquas stagnantes quidem, sed tamen puriores & magis limpidas provenire observavi.

Festuca graminea nemoralis latifolia mollis minor *Cat.* p. 130. Hæc, quam præcedens in *Cat.* Festuca, minor est, & altitudine cubitum non superat, caulis etiam atque panicula angustior & strigosior e locustis minoribus componitur. Folia non tomentosa, ut inde mollia fiant, sed tenuia & delicata, pilis brevioribus & rarioribus obsita, aliquando etiam glabra; folia modice lata sunt, longa & numerosa, unde cum priore graminea vocatur Festuca. Forte Festuca avenacea, spicis strigosioribus e glumis glabris compactis *Raj.* Hist. T. 2. App. p. 1909. ubi a *D. Dale* in pratis humidis observatam dicit, nobis in silva Schiffenbergensi, locis humidis & umbrosis obviam facta est nostra planta.

Ægilops major caule & foliis arundinaceis, locustis glabrioribus & angustioribus, e fusco xerampelinis *Cat.* p. 150. Bicubitalis & altior est. Locustæ e fusco xerampelini seu e purpureo & spadiceo mixti coloris sunt, aristatæ, glabræ & aliquantum angustiores, quam Ægilopis majoris caule & foliis arundinaceis, locustis hirsutis. Locus etiam diversus, rarius enim inter Secale, cui nimis quam familiaris est vulgaris, sed frequentius inter Avenam provenit. Gramen avenaceum locustis glabris purpurascentibus & aristatis *Turnefort.* quod is Inst. p. 525. cum Gramine Gros Montbelg. *J. B.* non adeo accurate conjungere videtur, nostræ plantæ idem suspicor. Ceterum quid nos per Ægilopem, quid per Festucam & Gramen avenaceum intelligamus, inferius in novis Plantarum Generibus explicabimus.

Fagopyrum prælongum dumetorum, seminibus alatis duplici modo dispositis. Longissimis sarmentis dumeta scandit, cum vulgare in arvis proveniens raro cubiti longitudinem superet, & folia calicis tria exteriora majora & alata habet, cum seminibus nigris splendentibus, quæ & brevibus solitariis pediculis, & longioribus racemulis, deorsum plerumque reflexis oriuntur, cujus contrarium observatur in arvensi, ubi semina minus lævia & splendentia observantur, calicis vero sena folia æqualia & uniformia sunt, quæ brevissimis tantum pediculis nascuntur. Pro varietate quasi vulgaris speciei proposui in *Catal.* pag. 136, verum ob dictas differentias pro diver-

sa

ſa ſpecie non immerito haberi poteſt, prouti etiam fit in *Flora Jen.* p. 88. ubi Fagopyrum ſcandens altiſſimum dumetorum, ſeminibus tribus alis pellucidis cinctis nominatur. An vero, quod ibi quæritur, Fagopyrum ſcandens Americanum maximum *Turn.* Inſt. p. 511. Frumentum Saracenicum maximum Americanum *H. L. B.* cum hoc idem ſit, dubius ſum.

Lychnis minima foliis Knavvel Spergulæ diviſura, flore purpuraſcente minore & minus ſtriato *Cat.* p. 149. Lychnidi parvæ paluſtri foliis acutis lanceolatis floſculis purpureis *Mentz.* tota ſimilis, ſed minor eſt, cauliculis ſimplicibus aut minus ramoſis, floribus paucis, altero tanto minoribus, minus ſtriatis. Quoniam eodem cum majori loco provenit ſæpe, jure diſtingui poſſe exiſtimavi. Si cui contrarium videatur, disjungat per me licet.

Caryophyllus montanus apicibus ferrugineis *Cat.* p. 153. Nelcke. Hic in omnibus cum Caryophyllo ſilveſtri vulgari latifolio *C. B.* convenit, differt tamen manifeſte ſtaminibus apicibus ferrugineis præditis, & conſimilem pulverem fundentibus floresque fœdantibus, quod in illo non obſervatur, floribus leviter odoratis, ſtilo non extante, ſed brevi & intra flores & calices recondito. Stilus quidem in priore floris ſuperficiem non multum ſuperat, longior tamen quam in hoc obſervatur. Differentiam hanc animadvertiſſe videtur *C. Bauhinus* in Pinace, dum flore, inquit, eſt odoro & inodoro purpureo, adeoque

pro

pro varietate tantum habet, nec ego repugno, si quis specie distinguendum nolit hunc Caryophyllum; differentiæ enim a nobis observatæ nimis subtiles nobis etiam videntur.

Chenopodium folio oblongo integro *Cat.* p. 154. Dodrantalis vel pedalis est. Folia unciam aut minus lata, sesquiunciam longa, integra vel rarius sinuata, viridia & minus candicantia, pediculis uncialibus insident. Calices quinquefidi semina continent nigricantia & splendentia, compressa, rotunda. Passim inter Chenopodium folio sinuato candicante *Turn.* provenit, & Julio & Augusto floret. An Atriplex silvestris altera *C. B.* Pin. p. 119. cujus figuræ apud Herbarios satis conveniunt, præterquam quod lappulas ostendant apud plerosque: *Dodon.* tamen figura Chenopodio vulgari sinuato & candicanti rectius jungitur. Forte Atriplex silvestris 2. *Cam. Verz.* p. 207. silvestris foliis integris racemosa *J. B.* T. 2. 973.

Gramen silvaticum hirsutum, spica nutante *Cat.* p. 163. An Festuca graminea spicis habitioribus, glumis glabris *Raj?* Hist. T. 2. p. 1289. At nostri spicæ hirsutæ sunt nec sparsæ, & inter segetes non provenit. An Gramen murorum spica longissima *Ger. Em?* spica longissima nutante *Park?* Th. p. 1162. cui tamen folia brevia, angusta, caules tenues & infirmi, duobus, rarius tribus geniculis intercepti, aristæ purpurascentes tribuantur, & ad muros provenire dicitur. Nostrum culmos habet bicubitales, hirsutos, inferius præcipue, frequentius geniculatos, foliis hirsutis, dodrantalibus, culmum latis cin-

cinctos, e quorum ſummitate ſpica tenuis palmaris, e multis ſpicis partialibus, unciam longis, nullis pediculis inſidentibus, compoſita exit. Spicæ partiales hirſutæ ſunt & anguſtæ, teretes, alternatim e ſcapo medio egredientes.

Ægilops minor panicula rariore, locuſtis majoribus *Cat.* p. 163. Hordeum murinum *Tab.* Ic. Ed Bauh. L. 1. p. 529. Forte Feſtuca avenacea ſterilis, ſpicis erectis *Bob.* in *Raj.* Meth. pag. 180. avenacea ſterilis, pediculis brevioribus & ſpicis erectis *Sher. Mor.* apud *Raj.* in Supplem. p. 611. in cujus deſcriptione nihil contrarii occurrit, ut eandem plantam eſſe ſuſpicer. *C. Bauhinus* in Pinace Hordeum murinum *Tab.* cum Gramine loliaceo confundit. Pedalibus & nonnihil longioribus ſurgit culmis, tribus plerumque parte inferiore geniculis interceptis, circa quæ folia anguſta, oblonga, hirſuta conſpiciuntur. In ſummo in paniculam minus ſparſam abit, ſeu in multas ſpicas partiales dividitur; ſpicæ hæ ſex, ſeptem, octo vel plures ſunt, & in omnem partem ſpectant, breves, trientem unciæ longæ, ex brevibus pediculis ſurrectæ, nonnihil compreſſæ, turgidiores quam aliarum Ægilopum, ex duobus ſquamarum verſibus compoſitæ, quarum locuſtæ ſingulæ particulares conſtant ex glumis duabus & grano uno; gluma exterior & major in ariſtam brevem deſinit. Ad vias omnes inter Gramen loliaceum Auguſto conſpicitur. Provenit etiam antea, Junio menſe, & loco panicularumque magnitudine inſigniter variat: in pratis ſtrigoſior eſt, & paniculis ex locuſtis aut

ſpi-

ſpicis duabus tribusve, immo una aliquando, tantum compoſitis conſtat; at quæ ad vias, pratorum etiam, creſcit, (ſolo licet emaciato & denſo) major eſt, & panicula ampliore non hanc modo, ſed & priorem, ſerotinam nempe, ſuperat. Nihilominus omnes has ad ſenſum plures ſpecies pro una & eadem planta habeo, & Junium etiam natalem ei exiſtimo, ſed quod eo tempore (ita enim fit) ad vias rarius, auctumno vero copioſius conſpiciatur, cauſſam eſſe, quod Gramina viaria paullo ante falcem experta ſint, atque ideo etiam humilius tum manere, nec æque late ſe diffundere poſſe Gramen hoc, interrupta vegetatione, & ſucci nutritii melioris parte profuſa. Id quod ad vias pratorum Junio viget, *J. Bauhinus* Hiſt. T. 2. L. 18. C. 32. jam notaſſe videtur: Gramini murali Dalechampii ſimile, ſi non idem, loco citato ei dicitur. Hoc vero cum Feſtuca avenacea hirſuta, paniculis minus ſparſis conjungit *Rajus*, quæ idcirco *Catal.* p. 71. ſeorſim tradita, expungi & huic jungi poteſt. Ac forte poſſet etiam hæc Graminis ſpecies non incommode Feſtucis annumerari, quoniam locuſtæ ejus non ita eminenter, ac aliarum Ægilopum, compreſſæ ſunt, floreſcentiæ ſaltem tempore.

Scirpus foliaceus elatior & ſilvaticus *Cat.* p. 163. Binſen. A Scirpo foliaceo humili, cui perſimilis eſt, differt ſcirpis aut cauliculis minus firmis, longioribus, dodrantalibus nimirum & pedalibus, cum illius tres aut quatuor tantum uncias alti ſint, capitulis ex albo magis virentibus.

Licet

Licet elatior ſit, cauliculi tamen minus firmi ſunt, quam humilioris. Inferius verſus radicem ſinguli cauliculi folium unum tenue, altero latere planum, altero convexum obtinent.

Polygonum erectum humile foliis orbum *Cat.* p. 165. Weegtritt. Ex radice longa tenui fibroſa cauliculos plurimos indiviſos plerumque, aliquando, ſed rarioribus divaricationibus, ramoſos & foliis ad ſummitatem fere nudos, brevibus & crebris geniculis (quibus folia hæſerunt) interſtinctos, duas tresve uncias longos ſurrigit, qui in ſummo e foliorum, vulgari nonnihil anguſtiorum, alis flores aut calices potius albos, in quinque ſegmenta diviſos proferunt, qui ad ſeminum usque, quæ triquetra nigra ſunt, maturitatem per extremitates ſuas albida permanent. *Rajus* Meth. Em. p. 21. 22. tanquam nota quadam certa Perſicariam a Polygono diſtinguit, membrana ex adverſo foliorum, ſed præcipue ramulorum e ſinibus foliorum egredientium, caulem ſuccingente ſeu involvente. Verum noſtra obſervatione & hæc nota Polygono communis eſt.

Polygonum anguſtis foliis, calicibus purpuraſcentibus *Cat.* p. 165. An Polygonum oblongo anguſto folio *C. B.*? Pin. p. 281. cujus figura & deſcriptio ex *Tabernæmontano* apud *J. Bauhinum* T. 3. p. 376. nobis non ſatisfacit, ut nec ipſius *Tabernæmontani*; propius enim ad vulgare accedit & caules foliaque habet numeroſiora. An potius Polygono anguſtiſſimo folio affinis *C. B.*? Pin. p. 281. Polygonum minus caryophylleum

foliis angustissimis, flosculis tubulosis angustissimis plurimis simul junctis incarnatis *Cat. Alt.* Nostro tamen flores ad genicula solitarii & bini tantum prodeunt, qui tubulosi, nisi forsan ubi semina augentur, dici non merentur. Cauliculi ei tenuiores nec ita supinati ac in vulgari, quibus ut & angustis oblongis foliis & calicum colore, sed præcipue membranularum genicula succingentium filamentosa terminatione tum a vulgari, tum ab aliis Polygonis prompte discernitur. Polygonum maximum longissimis cauliculis & foliis *Moris.* maximis foliis *Park.* Ic. erecto caule *Lalu Triumf.* ex descriptione Morisoniana in *Raji* Hist. p. 185. totum huic simile, ut idem existimem, ut ut descriptionis Auctori semina Chalepo Asiæ transmissa fuerint.

Verbesina minima *Cat.* pag. 167. Wasserdost. Palmaris & dodrantalis ad summum planta est, non, aut rarius saltem, ramosa, foliis ex adverso binis cincta, integris, aut leviter rariusque serratis, unciam longis, culmum latis. In summo cauliculo flos sedet unicus, parvus, nudus, foliorum parvorum, ut in aliis Verbesinis, sed rariore & minus æquali circulo inclusus. Calix similiter ac in reliquis per semina continuatur, quæ quatuor semper dentes habent. Flosculi vero in lacinias nunc quatuor, nunc quinque incerto numero dividuntur, secus ac in Verbesinis reliquis, quæ in quinque semper lacinias divisos habent flosculos.

Mentha palustris verticillata *Cat.* pag. 168.

Münze

Müntze. Caules ordinario cubitales & bicubitales sunt; folia cum pediculis uncias duas longa, unciam lata, suntque pediculi breves. Folia primum coloris ex nigro rubentis sunt, ubi tamen floret, viridia magis fiunt, sed multo obscurius quam Menthæ arvensis verticillatæ, nec ita hirsuta, in aquis saltem; nam si aliquando prope has, ut in salicetis & locis magis apricis proveniat, satis tum hirsuta & simul rubentia sunt. Flores in verticillis non ita densis ac arvensis & palustris spicatæ locantur, & aliquali pediculo communi insident. Stamina quatuor brevia in florum tubulo latent ejusdem lateribus adhærentia, & apices quatuor flavicantes gerunt; stilus extat in duo brevia cornicula divisus. Calices angusti in quinque angusta & æqualia segmenta dividuntur. Tota planta, contrita præsertim, Pulegium odore imitatur. Augusto floret & in aquis aut prope has provenit; aliquando tamen etiam loco sicco & ab aqua satis remota nobis fuit observata.

Hieracium fruticosum angustifolium minus *Cat.* p. 171. Hippuris mucosa setis per extremum stellatis *Cat.* pag. 175. & Hippuris setis bifurcis *Ibid.* plantæ sunt in *Ephem. Natur. Cur. Cent.* 5. & 6. *App.* descriptæ & depictæ quocirca brevitati studens sicco eas pede hic transeo.

Veronica repens Nummulariæ folio *Cat.* pag. 177. Ehrenpreiß. An Veronica Nummulariæ folio Pyrenaica *Turn?* Inst. p. 145. Cauliculis repit palmaribus & tota terræ apprimitur. Folia

ad ſummitatem usque cauliculorum bina ex adverſo locantur, atrovirentia, rotunda & Nummulariæ foliis perquam ſimilia, ſed minora, nummi noſtratis minimi magnitudine; folia ſuprema alterna ſunt, e quorum alis flores monopetali campaniformes parvi, pallide cærulei, pediculis breviſſimis inſidentes oriuntur, quibus vaſcula ſuccedunt ſeminibus plurimis exilibus repleta. Vaſcula vero compreſſa & ſubrotunda ſunt, fere ut in Veronica ſcutellata, turgidiora tamen. Veronicæ pratenſis Nummulariæ folio, flore cærulæo *Sch. Bot.* icon, quam exhibet *Plukenetius* Phyt. T. 233. F. 4. noſtræ plantæ apte reſpondet, niſi quod ea ex parte erecta pingatur, qui error levior pictoris eſſe poteſt. *Plukenetius* dicto loco ſuam a Betonica *Pauli* ſeu Veronica pratenſi ſerpillifolia *C. B.* parum aut non omnino differre aſſerit, quod ei fere conceſſerim, an vero *Turnefortianæ* plantæ figuram exhibuerit, non ſatis conſtat; eſſe tamen videtur. Noſtram etiam a Veronica pratenſi ſerpillifolia *C. B.* non alia in re differre memini, quam quod erecta non ſit, quod folia magis rotunda obtineat & flores minus confertos, & quod ſerius, inque ſilvis tantum a nobis obſervata ſit.

Hieracium Chondrillæ folio glabro, radice ſucciſa, minimum *Cat.* p. 173. Habichkraut. Caulibus eſt palmaribus, glabris & aphyllis, non ramoſis, ſolitariis plerumque & unicum in ſummitate florem luteum majuſculum geſtantibus. Calix florum lævis eſt. Folia unciam & ſeſquiunciam

ciam longa ſunt, vix ſemunciam lata, tenuiter diviſa, glabra. An Hieracium caule aphyllo, foliis Chondrillæ ſimilibus profunde diſſectis *C. Schaffers?* Del. Hall. ubi ſolum nomen.

Alſine folio gramineo anguſtiore paluſtris *Cat.* p. 173. Meyerich. Hæc ſpecies Alſinæ pratenſi gramineo folio anguſtiore *Turnef.* quoad folia præſertim, adeo ſimilis eſt, ut utramque diu pro eadem habuerim, loco temporeque florendi variantem, verum cum ambas tandem, quod mihi contigit, florentes conferrem, diverſæ apparuerunt. Hujus enim flores altero tanto majores ſunt. Alſines aquaticæ majoris caule rigido fragili magnitudine, nec petala ita profunde, ſed paullum ſaltem ultra medium dividuntur. Præterea ramuli ejus & caules magis ſurrecti & longiores ſunt, minus vero ramoſi. An Caryophyllus holoſteus foliis gramineis acutis floribus albis *Mentz.?* Pugill.

Geranium Pimpinellæ folio *Cat* pag. 173. Storchſchnabel. Planta hæc a Veteribus, qui ad flores minus attendentes eandem procul dubio eam habuerunt cum Geranio Cicutæ folio, non deſcripta eſt, licet ſatis vulgaris exiſtat. *D. Rivinus* eam perperam facit Geranium Robertianum; Icon ejus ſatis bene exprimit majorem ſpeciem vel varietatem potius. Minor magis frequens eſt, caule ramisve plerumque caret, aut ſi tandem ramos aliquot acquirat, ii breves ſunt & non longe protenduntur; tum ad ſingula genicula caulis ramus & pediculus communis unicus, fo-

lia ex adverſo bina apparent, ut quatuor obſer-
ventur ad ſingula genicula rami. Folia inodora
per terram ſparguntur & eidem firmiter quaſi ad-
hærent, in majore dodrantem, in minore palmum
longa, dimidia fere parte nuda, reliqua pinnis a-
lata; pinnarum conjugationes æquales ſunt, un-
de ad Pimpinellæ folia magis accedere videntur
quoad faciem externam, quam ad Myrrhidis,
cujus folia in acutum deſinunt ſeu pinnas ſenſim
anguſtiores obtinent, quanquam Myrrhidis foliis
diviſura pinnarum propius accedant. Majoris
caules magis ſurrecti ſunt, & ad ſingula genicula
folia habent ex adverſo bina, caulis ramum ma-
jorem & minorem, & pediculum communem u-
num, ita ut ad quælibet genicula rami apparent
quinque. Flores in pediculo communi ubivis
plures locantur purpurei, irregulares ex mente *D.
Rivini*, petalis duobus ſuperioribus brevioribus
& macula ad baſin vireſcente variegata pictis, in-
ferioribus tribus nonnihil longioribus, nullis ma-
culis inſignitis. Aliquando, & non raro in majo-
re petala fere æqualia ſunt & nullas obtinent ma-
culas. Semina tam in majore, quam in minore
circa baſin cum involucris ſuis roſtri partem, in
ſpiram revolutam, ſecum trahentia abſcedunt;
membranæ ſemina obvolventes nonnihil hirſu-
tæ & hiſpidæ ſunt, laxius ipſis ſeminibus cohæ-
rent & prompte ſeparari poſſunt. Utrumque
Auguſto. Septembri & Octobri in agris floret:
minus magis frequens, majus in pinguioribus tan-
tum, ubi Tabacum plantatum erat, arvis minus
copio-

copiosum observavi, aliquando tamen satis etiam frequens æstate inter Napum vidi.

Sonchus leucographus *Cat.* p 176. Caulis sesquicubitalis erat, pollicis crassitie, quem folia ambiebant alterna, palmaria & dodrantalia, laciniata & spinosa, subtus glauca, superne viridia & splendentia, lacteis, quod præcipue notabile, lineis insignita. Summus caulis in plures bi- & triunciales pediculos dividebatur, qui capitula gerebant sonchiformia, ex calicibus lævibus & semiflosculis pallide luteis conflata. Semina erant Lactucæ forma, pallide lutescentia. Bis terve hæc planta mihi aliquando observata est in dumetis der Haardt admodum sero, cum jam gelu terra constringi cœpisset, postea mihi amplius obviam facta non est. Crebræ maculæ, ut in Carduo Mariæ, & tempus serotinum novam speciem persuadebant, forte tamen insignior quædam Sonchi alicujus vulgatioris varietas potius fuerit, prout suspicatus etiam fui in *Catal. Pl.* dicta p. 176.

NOVA PLANTARUM HASSIACARUM GENERA, IN CATALOGO NOMINETENUS TANTUM RECENSITA.

CLASSIS FUNGORUM.

FUNGUS, nomen ejus late accipiendo, ut omnia sub eo Genera *FUNGORUM* comprehendan-

hendantur, est plantæ genus sterile, flore nempe & semine destitutum, ex putredinosa fermentatione ortum, (unde tempore humido & pluvioso præcipue oriuntur, & substantia plerumque molli atque spongiosa constant) speciem tamen servans & eandem debens specifico & certo succo corruptibili, a quo originem sumsit, hincque cum putredinoso isto motu textura & principia Vegetabilium multum alterentur & fere destruantur, Fungi nec colore sunt herbaceo, nec folia etiam vel texturam habent reliquis plantis similem. Inde porro est, quod brevi temporis spatio plerique oriantur, & brevis pariter ævi sint, nidusve & alimentum fiant vermiculorum & scarabæorum, exceptis tamen non paucis arboreis, qui, quoniam ex succo firmiore lignescente oriuntur, diutius durare solent. Commode in duo superiora Genera dividi possunt *FUNGI*, quorum alterum *Capitatum non est*, alterum vero *Pileos vel Capitula habet pediculis insidentia*. Posteriores capitula habent duplici substãtia constantia, *superiore* carnosa plerumque, homogenea & indivisa, *inferiore* in lamellas dissecta, aut harum loco poris multis pertusa, colore a reliqua substantia non raro diverso. Priores figuram variam obtinent; sunt enim *Clavati: Globosi: Membranacei*; aut in multos ramos varie divisi, *Coralloides* dicti: sunt & *Laminarii* & *Laterales* atque *Semicirculares*, figuræ & substantiæ heterogeneæ, secus ac in *Membranaceis* & *Clavatis*. Utrumque Genus vel *Arboreum*, vel *Terrestre* est. Pileoro-

leatorum lamellatorum Arborcorum numerus tamen perquam parvus & ad Terrestres vix subcentuplex est, hinc & ob hanc rationem, & quod locus differentiam genericam non afferat, peculiarem ii apud nos distinctionem non merebuntur. Passim omnes *FUNGI* jam a *Dioscoridis* usque temporibus in *Esculentos* & *Noxios* divisi sunt, quæ distinctio licet philosophica non sit, admitti tamen potest, in *Pileatis* & *Lamellatis*, præcipue ut subalterna, ad horum numerum sublevandum, tum etiam quod hac ratione periculum, quod ex noxiorum cum esculentis confusione oriri potest, evitetur, nec notæ etiam desint, quibus esculenti a noxiis discerni queant. Nobis genericæ differentiæ a figura & structura diversa desumentur.

AMANITA est Fungi genus pileo & pediculo donatum, superne modo planum, modo convexum, modo conicum, inferne lamellatum, adeoque ex substantia heterogenea constans. Colore est nunc eodem, nunc diverso, alio nempe lamellarum, alio pediculi & pilei membranæ. Potior Fungorum pars ex Amanitarum genere est; quando primum prodeunt, globosæ sunt, postea explanantur, præter conicas, non raro autem per vetustatem oræ ipsis sursum porriguntur, ut quasi concavæ fiant Figuram omitto, quoniam eam jam exhibuit *Turnefortius* Inst. Tab. 327. & curiosus ille Fungorum scriptor, *Fr. Sterbeeckius* in Theatro suo Fung. multis passim locis. Esculentæ Amanitæ, quod & de Boletis aliis-

que Fungis valet, colore & odore non ingrato sunt, substantiave tenera & friabili utplurimum constant: noxii Fungi aspectu sæpe lurido, odore tetro & humore viscido obliti sunt. Præterea observavi esculentos Fungos principio aut corpori cuidam albido mucido, sed compactæ duriciei insidere, noxios soluto magis & diffuso succo oriri, humore nempe latæ & citæ (unde plerumque multi prope invicem oriuntur) putredinosæ corruptioni exposito, qui in prioribus minus dispersus & quadantenus excoctus videri potest. Ac forte etiam salubrioribus Vegetabilibus putrescentibus esculenti Fungi ortum debent.

BOLETUS ab Amanita differt, quod substantia ejus inferior lamellarum loco multis poris pertusa sit. Icon vid. *Turnef.* Inst. Tab. 328.

TAB. I. *ERINACEUS* & poris & lamellis destituitur, harum autem loco multis aculeis, linguæ & palati vitulini instar, inferne exornatur. Vid. Tabula nostra I.

MORCHELLA nobis ex Germanico idiomate dicitur, quam *Turnefortius* Boletum, *C. Bauhinus* Fungum porosum, *J. Bauhinus* rugosum & meculium appellaverunt. Differt a prioribus, quod pileus ejus aut potius capitulum, nam in verum pileum, planum nempe, non explicatur, ubivis scrobiculis excavetur, & quod substantia uniformi constet. Tum apud *Turnefort.* in Inst. Tab. 329. tum apud *Mentzelium* in Pugillo Pl. rar. Tab. 2. hujus figuræ satis accuratæ prostant.

PHALLUS in pileum etiam non explanatur & sub-

substantia uniformi constat, verum capitulum ejus penis figuram habet, quo ab aliis abunde distinguitur. Figuram habent varii Auctores, præsertim *Sterbeeckius* Tab. 50. lit. A. B. C. D E.

FUNGOIDES est Fungi genus cauliferum quidem, sed nec pileatum nec capitatum, substantia uniformi constans. Dantur hujus species *Ramosa* & *non ramosa*, *Arborea* & *Terrestres*. Hypoxylon excrementum ligni putridi fungosum digitatum *Mentz.* Pug. & Coralloides flava & albida *Turnef.* Inst. p. 564. Tab. 332 hujus generis species sunt, quorum figuræ consuli possunt. Fungus cancellatus, quem ad Boletum refert & cujus figuram elegantem *Turnefortius* Inst. T. 329. lit. B. exhibet, hujus etiam loci videtur, ramis nempe commissis & in globum cavum fenestratum productis.

AGARICUS est Fungi genus de latere ex arboribus fere semper Agarici veri instar ad horizontem crescens, & figura plerumque plana substantiaque sæpissime difformi & duriore donatum, pileo vero & pediculo destitutum. *Turnefortius* Agarici genus nimis late extendit, videturque arboreos omnes Fungos Agaricos nominasse; & ego etiam Agarici genus satis amplum reliqui, potuissem enim, si non debuissem lamellatos a porosis & lævibus, sicuti superius in Amanitæ & Boleti genere factum est, distinguere; id vero, ne nimis innovarem, non feci. Figuras vide apud *Turnefortium* Tab. 330. & varios alios Auctores in *catalogo Pl. Giss.* sub hoc titulo allegatos.

TAB.

TAB. I. *PEZIZA*, vel ut *Plinius* habet, *PEZICA* pediculo etiam utplurimum, pileo vero semper caret, & ex substantia homogenea membranacea, concava & aquam continere apta, tenera plerumque, aliquando tamen, ut in seminiferis, subdura constat. Pertinent enim Fungi illi calyciformes seminiferi ad Pezizas, & corpuscula illa lentiformia minime vera semina sunt.

Quod Lycoperdon *Turnefortio*, nobis *BOVISTA* appellatur. Hæc vero pediculo utplurimum destituitur & pilei loco globum gerit plerumque, qui per maturitatem aperitur & lutulentum de se pulverem spargit, quo præcipue ab aliis differt. Figuras habet *Turnefortius* Tab. 331.

TUBERUM figuras varii Auctores habent, sed præ aliis elegantes exhibent *Turnefortius* Inst. Tab. 333. & *Mentzelius* in Pugillo Tab. 2. Globosa sunt Tubera & substantia uniformi constant, densa & compacta, esculenta sunt, & locum natalem habent intra terram.

Ceterum Generum Fungorum, quæ nobiscum communia habet *Turnefortius*, species in Institutionibus, & in *Catalogo Pl. Giss.* cum reliquis speciebus, a nobis tantum observatis, evolvere licet.

CLASSIS MUSCORUM.

MUSCI, inquit *Rajus* Meth Em. p. 6. quamvis „ unicuique etiam e medio vulgo primo statim „ aspectu cognoscantur, eos tamen exacte defini- „ re ne Philosophis quidem ipsis facile fuerit. Par- „ vitate sua, vel substantia sicciore & minus suc-

culenta, vel poſtquam fere exaruerint immiſſio- ,,
ne in aquam facili reviviſcentia, ad modum ,,
Thlaſpeos *Roſa Hierichuntina* dicti, vel locis ,,
natalibus, ſqualidis, ſiccis, immodico frigore ,,
aut calore peruſtis, arboribus, lignis, petris, u- ,,
bi aliæ plantæ vivere aut durare non poſſunt, vel ,,
denique fructum proferendi modo ab aliis plan- ,,
tis dignoſcuntur. ,, Inde vero eſt, quod *MUSCOS* tam frigide definiferit *Turnefortius*, paucis enim verbis de iis ita pronuntiat, quod *MUSCUS* ſit ,,
plantæ genus floribus carens, foliis vero formæ ,,
ſingularis. Nos de *Muſcis* ita ſentimus, quod hic ſit primus gradus, quo ſe Natura vegetabilis oſtendat & ad ſeminalem propagationem accingat. Facit tamen id ſatis adhuc imperfecte, ſemen enim omne deeſt, & verus etiam flos deſideratur, quin in Conferva & Lichenoide, quod in aliis floris uſum præſtat, nullibi comparet. Eſt igitur *MUSCUS* plantæ genus ſemine prorſus carens, floris vero loco in plerisque Muſcis cernuntur capitula farinam floridam continentia, cujus beneficio folia extrema germinandi & ſe propagandi facultatem acquirere videntur, cui eximie favent ramuli & folia perennantia, atque humore quovis reviviſcentia. Duo ſunt, ut Fungorum etiam, *MUSCORUM* ſuperiora genera, quorum *alterum Capitulis floridis deſtitutum eſt*, *alterum vero iis Gaudet*. Priores vel *Peltis & tuberculis donantur*, vel *iis Carent*: poſteriores vel *Capitulis ſunt durioribus*, vel *Mollioribus*, hisque vel *Nudis* prorſus, vel *Membranis ſeu Capſulis incluſis*, &c. vid. in *Catal.* pag. 210. & ſeqq. CON-

CONFERVA est Musci genus sterile & capitulis floridis destitutum, immo nec peltis nec tuberculis, quæ horum loco aliqui gestant, donatum, ex meris foliis teretibus, seu mavis cauliculis, in tenuia plerumque capillamenta divisis constans. Species ejus vel *Arborea*, vel *Terrestres* sunt, quæ & figuræ ipsarum allegantur in *Catal. Plant. circa Giss. nasc.* p. 199. 200. Miratur in Flora sua Jenensi pag. 360. *Ruppius*, cur *Turnefortius* Confervas Muscis admiscuerit, sed omnino magis mirum videri debet, quod is cum Fungis, quibuscum nihil commune habent, confuderit.

LICHENOIDES peltis & tuberculis a Conferva differt, a Lichene cum his, tum quod capitulis floridis destituatur & substantia duriore, inter Fungos & Muscos media (unde Musco-fungi multis multæ ejus species dictæ fuerunt) constet. Alia Lichenoide sunt *Caulifera*, alia *Foliosa*, alia *Crustacea* seu *Leprosa*. Figuram exhibuit *Turnefortius* Inst. Tab. 325. sub nomine Lichenis. Species nobis notæ enumerantur *Cat.* pag. 201. 202. & seqq.

TAB. I. *LICHENIS* notas statuimus, capitula florida duriora plerumque & polycocca, pediculis longioribus insidentia: addi possunt ex *Rajo*, consistentia magis herbacea, folia figuræ indeterminatæ, radices agentia & late se diffundentia, quæ foliorum constitutio omnino necessaria videtur, cum capitulorum figura in plurimis speciebus diversa videatur. Noster character Tab. I.

desumtus est a Lichene petræo cauliculo pileolum sustinente *C. B.* quem sub nomine Lichenis Plinii primi pileati describit & depingit *Fab. Columna* Ecphr. P. 1. C. 155. quemque *Rajus* in Historia T. 1. p. 124. pro Hepatica fontana vulgari seu Lichene officinarum, licet non adeo bene, habet, cum hic quidem officinalis esse queat, sed tamen ab Hepatica fontana *Botanicorum* diversus videatur; nunc enim aliter sentio, ac antehac, ubi *Rajs* auctoritatem sequutus, Lichenem petræum latifolium seu Hepaticam fontanam *C. B.* cum hoc *Columniano* conjunxeram, in Eph nempe Germ. Cent. 5. & 6. App. In figura nostra capitulum, lit. A erectum, B inversum, quo loculamenta appareant, exhibetur. Loculamenta sunt sex, septem, aut octo, quæ totidem grana C compressa, liniformia, superne dilutiora quam inferne continent. Primo veris calore, Aprili nempe ea matura fiunt & e capitulis diruptis lanuginis pulverulentæ, ut in Equisetis, forma exsiliunt. Hæc lanugo & farina ad lit. D per microscopium depicta & æri incisa est, ubi ex innumeris filamentis & intertextis globulis fuliginosis, minus quam in aliis Muscis pellucidis constare videtur. Quæ quidem filamenta in aquaticis hisce plantis eum usum habere videntur, quo non tam facile farina florida avolare, sed eo certius super istiusmodi plantas & germina earum effundi & in Equisetis aquas penetrare queat. Recensui in *Cat. Pl. Giss.* novem Lichenis species, plurimum invicem quoad capitula differentes, & de tertio etiam 4. & 5.

certus

certus non ſum, cum capitula obviam facta non ſint, ut & de ultimo & penultimo, quos ex communicatione Amici habeo. Sextus & ſeptimus capitula ſimplicia habebant, ſecundus vero varius & multiplex apparuit. Malui tamen ad idem genus reducere has ſpecies, cum habitu externo tantopere conveniant. De polymorpho ita ſe res habet: Folia ubivis eadem, majuſcula, ſinuata, ſaturate virentia, floreſcendi modus peculiaris; etenim farina florida non e granis, ſed e cotyla quadam dentata, peculiari flore incluſa funditur, ac præter capitulorum differentiam ea etiam inter ſe diverſa obſervantur. Capitula enim in aliis plantis ſtellata, in aliis umbellata viſuntur, & præter hæc ſcyphuli etiam poſt & ante utraque comparent, a Septembri nempe ad Majum & Junii usque initium, qui grana continent compreſſa, lenticularia, (magnitudine ſeminis papaveris majoris) ad finem vero hujus menſis umbellæ prodeunt: Majo & Junio ſtellati etiam pediculi comparent, & tum ſcyphi nigricant & grana lenticularia dimittunt. Quæ quidem granula minime florida, nec forte etiam ſeminalia haberi poſſunt, cum præmaturo lapſu & nullo genitali pulvere imbuta infœcunda videri queant. Julio enim menſe ſtellata demum capitula e multis folliculis lanuginem flavam emittunt, quæ farinam itidem flavam de ſe ſpargit, quo tempore umbellæ exareſcunt, & neque ſemen neque pollen aliquod floridum nec hoc nec præcedenti etiam tempore in iis animadvertere potui. Tum etiam

etiam stellata capitula umbellata numero superant, alias enim verno tempore umbellæ mihi potiores visæ sunt, quæ porro iis potissimum innascuntur foliis, quæ scyphos gerunt. Nunquam mihi animadversum est, umbellas & stellas in eadem planta locari, sed frequentissime stellæ scyphis carent, umbellæ autem iis donantur, quamvis sæpe numero scyphuli etiam apud stellata capitula nascantur, qua de causa & ob totius plantæ similitudinem specie separati hæ duæ plantæ non debent. Umbellæ vero ex umbone vel pileo plano & non diviso in radios, ut in stellatis capitulis, sed dentato saltem constant. Et farina, & lanugo, & coryla flavescunt, flos vero candidus est, monopetalus, in quatuor plerumque lacinias dissectus: in singulis folliculis (quæ totidem sunt, quot stellæ seu radii, nempe novem plerumque) quatuor aut quinque continentur flosculi, quod rarum est non modo in Lichenis, sed reliquo etiam Muscorum genere. Est ergo hic Lichen unus idemque, unde Lichenem petræum stellatum & Lichenem petræum umbellatum *C.B.* in *Cat. Pl.* p. 210. cum hoc conjunxi, nec sine ratione, cum & figuræ & descriptiones Botanicorum, superficiariæ licet, cum hoc nostro conveniant. Equidem *Ruppius* Floræ Jenens. p. 347. nostram hanc speciem etiam sub nomine Hepaticæ petrææ umbellatæ pariter ac cyathophoræ seminiferæ quasi, tanquam diversam a Lichene petræo umbellato *C. B.* proposuit, immo hunc etiam a Lichene petræo stellato *C. B.*

sejunxit, & *Rajum* idcirco reprehendit, (quod quomodo cum sequentibus, quæ mox subjicit, verbis, quando totum hoc genus non nisi varietates esse suspicatur, conveniat, me ignorare fateor) quod umbellatum *C. B.* cum cyathophoro confuderit; ego vero *Rajum* Hist. T. 1. p. 125. manifesto distinguere, & a sententia *J. Bauhini* conjungentis, non hunc quidem cyathophorum, sed potius Lichenem petræum latifolium seu Hepaticam fontanam *C. B.* cum stellato & umbellato, recedere invenio.

Marsantius in Comment. Ac. Reg. Sc. Ann. 1713. p. 307. & seqq. similem huic nostræ, sed multis numeris minorem & quoad flosculos diversam etiam plantam proponit, quam pro Lichene petræo stellato *C. B.* habet. Figura enim, quam se naturali magnitudine exhibere dicit, nostra duplo triplove minor est, cotyla (quam ipse minus bene pro flore habet) convenit, sed flosculus cotylam continens multis dentibus incisus est, cum noster quatuor tantum laciniis plerumque dividatur. Præterea stellata tantum capitula depingit & describit, umbellata omittit, scyphulos quidem depingit, sed non describit, nec ullam corpusculorum lentiformium mentionem facit, pro veris autem seminibus non adeo bene interpretatur farinam floridam, quæ nobis potius analoga videtur farinæ, in apicibus aliorum florum contentæ. Equidem antehac, prout ex Eph. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. App. constare poterit, suspicio mihi fuit, vera esse corpuscula illa

lenti-

lentiformia semina, nunc tamen ob prematurum lapsum, exiguam analogiam & insolentiam in hoc genere subdubito, nec alium, quam reliquis Muscis, huic speciei propagandi rationem adscribo, ut natura hisce corpusculis non minus, quam floribus illis rudioribus & imperfectis quasi, ostentationi magis studuisse, vel & flores & semina vera in perfectioribus plantis magis affectasse, quam ea perfecta & fecunda efformasse videatur. Quicquid sit, nobis in obscura re ita sentire vel dubitare saltem liberum esto. Ceterum vere floriferis plantis accensere videtur hunc Lichenem *Marsantius*, cui peculiare genus assignat & a Patre, qui primus Botanices spartam in Academia Regia Scientiarum ornaverit, *MARCHANTIÆ* nomen ei imponit, nobis vero ob imperfectos flores & totum plantæ habitum de Muscorum potius familia videtur, licet si quis cum similibus floriferis Lichenibus, qualis etiam Lichen calceato caule ὑποδεδεμένῳ *Col.* a Lichenis genere sub dicto nomine distinguere voluerit, me non invito id fecerit.

TAB. I. *LICHENASTRUM* capitulis B C monococcis & pediculis brevioribus vix conspicuis insidentibus, ut & foliis determinatis minusque se diffundentibus a Lichene differt. Aliæ species *capitula* habent *Nuda*, aliæ *Folliculo inclusa*, aliæ *Petalodes quid* obtinent supra ista grana, quo flores perfectos imitantur. Stamina vero in omnibus quotquot novi, desiderantur, & apicum loco sunt grana ista pulverulenta, (in aliis Mu-

ſcis capitula) quibus fœcunditatem conciliari iſtiusmodi genus plantis exiſtimavi in Diſſertationibus Epiſtol. de Plantarum, Capillarium maxime, propagatione, quæ annexæ ſunt Ephem. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. licet ſemina in iis deſiderentur; videntur enim his carere poſſe, cum perennes ſint & vel ſummitatibus ſuis, ut Muſci, vel radicibus, ut herbæ Capillares, ſui propagationem peragant. Cujus indicia ibi dedi, caules novos terræ aquæve immerſos in Capillaribus & Equiſetis, quæ quidem Capillaribus omnino annumeranda ſunt, in Muſcis autem eorum cauliculos & ramos bimos trimosve terræ ſe quotannis inſinuantes & in radices abeuntes. Ceterum figura Lichenaſtri characteriſtica exhibetur Tab. I lit. A, quæ deſumpta eſt ab illa ſpecie, quæ nobis *Catal.* p. 211. dicta fuit Lichenaſtrum capitulis nudis, e plano medio foliorum enaſcentibus. Volui etiam petalodis Lichenaſtri, a Lichenaſtro petalode ſquamoſo majore deſumpti iconem adjicere naturali D, & aucta E magnitudine, F granulum deſignat, quod in folliculo D latet bivalvi, ex quo floſculus ille D E albidus, tener, monopetalus, in quatuor lacinias diviſus, granulo inſidens egreditur.

TAB. I. *MNION*; Capitula mollia, nuda prorſus, nulla nec capſula, nec calyptra, immo nec membrana cincta, hoc genus ab omnibus aliis primo obtutu diſtinguunt. Tab. I. Mnion perangustis & brevibus foliis deſignatur, & lit. A quidem figura anteriore magnitudine naturali, poſteriore nonnihil aucta, lit. B capitu-

lum

lum & pediculus per microſcopium, lit. C farina per microſcopium etiam, ſed magis aucta, depicta eſt.

TAB. I. *HYPNON*; cujus notæ ſunt, capitula florida mollia, farinam genitalem, capſula calyptrata incluſam gerentia, quæ pediculis longioribus, e foliorum alis ſecundum cauliculos aut ramulos egreſſis inſident. Tab. I. hujus generis character exhibetur, qui deſumtus eſt ab Hypno repente trichode terreſtri viridiori & minori, capitulis tumidioribus cernuis, cujus ſynonyma recenſentur *Catal.* p. 216. Capitulum anterius recens eſt, calyptra adhuc donatum, poſteriora prope matura ſunt, quæ, ut ſolent etiam alia, calyptram abjecerunt.

TAB. II. *POLYTRICHUM*; hujus ſpecies, quas adhuc novi, omnes pediculos e ſummis cauliculis egredientes habent, qui capitula gerunt calyptra villoſa A tecta; præterea apex capituli C, quam in aliis Muſcis aliquantum longior eſt, qui per maturitatem abſcedit B & exitum parat farinæ in capitulo concluſæ. Cauliculi in hoc & ſequenti genere ſemper erecti ſunt, minus ramoſi aut repentes ut in Hypno, ſed in denſos plerumque cæſpites congeſti. Figura noſtra a Polytricho vulgari deſumta eſt.

TAB. II. *BRYUM* calyptra lævi D, capitula minus arcte cingente & levius inſidente a Polytricho differt. Cauliculi licet aliquando in ſurculos aliquot dividantur, non tamen ramoſi, provoluti & repen-

pentes, ut in Hypno, sunt. Per vetustatem, ramulis novis ex annotinis egredientibus, pediculi B, quasi e foliorum alis prodirent, apparent, verum recentes e cauliculorum summitatibus utplurimum egrediuntur Capitula vel erecta sunt D C E, vel reflexa F. Figura nostra prior a Bryo erectis falcatis capitulis trichode, foliis latiusculis extantibus in pilum canescentem desinentibus, *Cat.* p. 224. recensito, altera ad lit. F a Bryo trichode capitulis reflexis, viridissimo holosericeo *Catal.* pag. 226. tradito desumpta est. *Turnefortius* etiam Tab. 326. lit. A F G H I satis nitidam Bryi figuram exhibuit, cujusnam vero speciei sit, me latet. Brya hæc cum capitulis reflexis, ab erectis quondam distinxi, quod capitula nuda & non calyptrata viderentur, postea tamen a primo ortu calyptris, brevioribus licet, donari observavi & cum reliquis idcirco Bryis conjungenda existimavi. Ne vero præter necessitatem plura inferrem genera, Hypna & Brya cum capitulis reflexis ab erectis distinguere nolui, maxime quod limites certos inter nutantia & reflexa Hypnorum capitula statuere minus in proclivi sit.

TAB. II. *SPHAGNUM* capitulis A A non calyptratis, sessilibus & nullis pediculis, conspicuis saltem, insidentibus a Bryo differt. Capitula vero A in summis ramulis aut cauliculis sedent, quo differt a *SELAGINE*, quæ ea in foliorum alis gerit. Selaginem vero nullam adhuc florere vidi,

vidi, & propterea ejus characterem icone illustrare non possum. Figura nostra a Sphagno tertio *Cat.* p. 229. recensito, desumta est, & lit. B per microscopium depictum est capitulum, ubi id in hac specie scyphum coopertum non illepide refert, cujus operculum si per maturitatem abscedat, tunc reliquum C modioli trepani instar serratum & dentatum apparet.

TAB. II. *LYCOPODII* flos minime stamineus est, prout *Rajo* Meth. Em. p. 2?. visum fuit, sed capsulis, ut reliquis Muscis, farinosis constans, nudis tamen & aggregatis, sub foliosis nempe squamis, in spicam A digestis, occultatis. Capsulæ vero B incurvæ & lunatæ sunt, per maturitatem secundum longitudinem C se aperientes & pulverem tenuissimum effundentes. Spica nostra vel clava florida desumta est a Lycopodio juniperinis reflexis foliis, clavis singularibus sine pediculis nascentibus.

Species Generum Muscorum nobis observatæ recensentur *Cat.* p. 199. & seqq.

Fungis & Muscis in Methodo nostra, idque ex florendi modo recte, succedunt HERBÆ CAPILLARES, ex quibus Muraria & Equisetum enumeranda veniunt. Etenim ad homonymiam evitandam Rutæ nomen omitti & *MURARIA* saltem vocari potest, quam plerique Botanici Rutam murariam vocant, cujus omnino species est Adiantum ἀκρόσχιστον seu furcatum *Thalii*. Efflorescentiæ per maturitatem & ubi loculi globulosi rumpuntur, omnem aversam foliorum super-

 ficiem

ficiem occupant, ut non amplius lineæ seminales conspici queant. Hoc quidem in Scolopendria etiam contingit, verum lineæ ejus obliquæ sunt & folia habet per maximam pediculi partem in pinnas latiusculas subrotundas alterno ordine divisa, cum in Muraria ea per summitatem tantum in pinnulas paucas nullo fere ordine dividantur, secundum quarum ductum lineæ rectæ decurrunt. Iconem habet *Turnef.* Inst. Tab. 317.

EQUISETUM autem vera herba Capillaris est, non minus ac Osmunda & Ophioglossum, nec quisquam de eorum seminibus certi quid adhuc afferre potuit, unde cum seminibus, staminibus & reliquo apparatu florido destituantur, farina vero florida & propagandi modo Capillaribus respondeant, eo omnino referenda sunt. Differt Equisetum ab aliis, quod utriculi farinam continentes in capitatum clavum disponantur, quorum plurimis junctis clava vel capitulum exsurgit conicum. Iconem vide in Ephem Nat. Cur. Cent. 5. & 6. App.l vel nitidiorem apud *Turnefortium* Inst. Tab. 307.

Ab Equiseto vero sejungenda est, TAB. II. *HIPPURIS*, quæ in eo diversa est, quod clavis & surculis floridis destituatur & horum loco grana solitaria & sparsa (quæ nos florida potius quam seminalia interpretamur) nullis pediculis intra foliorum aut setarum A A A concavitatem sessilia habeat; prætereea ejus caules pyxidatim, ut in Equiseto, non articulantur. Figura nostra desumta est ab Equiseto fœtido sub aqua repente

C. B.

C. B. Pin. p. 16. Pr. p. 25. Equiseti species enumerantur *Cat.* p. 38. 50. 79. 89. 153. Hippuridis vero p. 64. 105. 175.

Sequuntur in Methodo *Rajana* Herbæ flore stamineo, quibus jure præmittenda sunt Gramina cum sua familia, Juncis nempe, Scirpis & Cyperis. Sunt nempe hæ Monocotyledones herbæ, quæ cum floridæ sint & stamineæ, merito Dicotyledones stamineas seu Genus herbarum quintum *Raji* anteire debent. Cum vero hanc Graminum provinciam jam ante nos occupaverit doctissimus Agrostographus *Joannes Scheuchzerus*, qui, ut in litteris suis ad me nuper significavit, Agrostographiam suam curiosam sine figuris propediem evulgandi methodum nactus est, quam ego in generum tantum iconibus characteristicis tradentis consistere autumo, ne falcem in alienam mittam messem, circa Avenacea tantum Gramina & Festucas, quæ plurimam difficultatem hactenus habuerunt, pauca monebo. Igitur ad distinguenda & a confusione liberanda hæc Gramina, ea tantum pro AVENACEIS GRAMINIBUS haberi possunt, quæ locustas Avenæ instar conformatas habent, constantes nempe ex duabus glumis communibus, cassis & sterilibus, quibus glumæ & locustæ geminæ particulares fertiles continentur, e quarum utriusque dorso exit arista infracta, locustarum pedes referens, plane ut in Avena contingit. (De qua hic notare locus est, aristas rectas e summitate glumarum, exteriorum præsertim, quæ iis paene carent, prodeun-

 tes

tes non adeo bene Avenæ adſcribi in *Iconibus Turnefortianis*, alias ſatis accuratis.) Ariſtæ rarius ad radicem, plerumque e dorſo locuſtarum exeunt, & una tantum mihi ſpecies nota eſt ariſta ſingulari prædita, frequentius vero fieri ſolet, ut ternæ locuſtæ cum totidem ariſtis in communibus contineantur, ubi tamen tertia & interior reliquis ſemper minor eſt, ut binarius numerus magis ordinarius cenſendus ſit. Figura noſtra TAB. II. a Gramine avenaceo utriculis lanugine flaveſcentibus *Turnef.* quod recenſetur *Cat.* pag. 174. deſumta eſt. Reliquæ ſpecies recenſentur *Cat.* pag. 70. 90. 93. 103. 130.

TAB. III. *FESTUCA* eſt Graminis paniculati genus, locuſtis oblongis teretibus, ſquamoſis, (compoſitas vocat *J. Scheuchzerus*) ariſtatis donatum. Glumæ duæ inferiores A B, quas locuſtarum calycem dicit idem *Scheuchzerus*, ſteriles ſunt & baſin conſtituunt locuſtarum, ex folliculis biglumibus, flores & ſemina continentibus, coagmentatarum.

TAB. III. *ÆGILOPS* a Feſtuca differt locuſtis brevioribus, ſed latioribus & magis compreſſis, ariſtisque brevioribus donatis. Figura hujus ab Ægilope minori, panicula rariore, locuſtis majoribus, *Cat.* p. 163. enumerato, illius a Feſtuca graminea nemorali latifolia molli *C. B.* deſumta eſt. Species Ægilopis recenſentur *Cat.* pag. 82. 111. 126. 130. 163. Feſtucæ autem enumerantur pag. 71. 79. 80. 130.

Altera herbarum Apetalarum claſſis eſt, quæ

Rajo

Rajo vocatur Herbarum floriferarum genus primum, seu Herbæ flore stamineo. Apetalæ tamen & Apicosæ rectius vocarentur istæ omnes herbæ, cum dari queant, nullis omnino staminibus præditæ, qualis in hac Classe est *DICHOTOPHYLLON*, in præcedenti vero *Juncago* De hujus charactere breviter ita *Rajus* in Historia Pl p. 191. „ Flores ad genicula caulibus arcte adhærent u-„ trinque, glomerati, muscosi; ubi dum paullo post suæ observationi *J. Bauhini* circa semina, quæ is quaterna dicit, descriptionem adjungit, errat, quem etiam errorem in Supplem. Hist. corrigit, monens *Bauhinianas* plantas tum ab invicem, tum a sua etiam differre. En nostram observationem: Flores TAB. III. A B C & semina E F utrinque nuda sunt & ab invicem remota in eadem planta; semina enim solitaria, utrinque videlicet unum, infra flores locantur, flores vero plures invicem aggregantur, & tam semina quam flores multis laciniis ad basin cinguntur. Id vero singulare est, quod flores non tantum petalis, sed staminibus etiam destituantur & ex apicibus tantum constent, iisque, quod magis adhuc insolitum, perpetuo aquæ immersis; aliæ enim aquaticæ plantæ, ubi florent, caulem summum, qui flores gestat, supra aquæ superficiem efferre solent. Quodsi apices hi premantur, similem ac alii, & Muscorum etiam capitula, materiam fundunt, mollem tamen & pulposam, (licet talis etiam in Muscorum capitulis & in apicibus non perfecte maturis reperiatur) quæ exsiccata per microscopium

pium globulosa D apparet. Nondum mihi observatum, an apices hi in aqua etiam disrumpantur, quotquot enim vidi, integri erant, seminibus licet quibusdam prope maturis; quin tamen, ut ut non aperiantur, semina genitali aura impraegnare queant, nullum dubium videtur, cum iis satis vicini sint, nec forte necesse sit, ut aëreorum apicum instar rumpantur & pulveris forma seminibus illabantur, cum rationi magis consonum sit, ut succi forma in aquam effundatur materia iis conclusa & super semina, non sine caussa ideo infra flores locata, dissoluta dispergatur; ut non memorem nullum in aqua pulverem formari potuisse. Atque hujusmodi apicum constitutio non leve nobis argumentum praebet, Hippuridum grana simili modo se habere, & non nisi globulos aut folliculos floridos esse. Vocatur haec planta Equisetum palustre ramosum & aquis immersum, seu Millefolium aquaticum equisetifolium in aquis pigrioribus *Cat. Cant.* Millefolium aquaticum cornutum *Panc.* Ic. 1086. aquaticum cornutum C. B. J. B. *Raj.* Hist. p. 191. Verum in Suppl. p. 122. recte monet *Rajus*, tum hanc plantam, tum Millefolium aquaticum cornutum *C. B.* & Millefolium aquaticum cornutum C. B. *J. B.* diversas ab invicem plantas esse. Millefolium enim aquaticum cornutum *C. B.* Pin. p. 141. Pr. p. 73. idem est cum Ranunculo aquatico albo, circinatis tenuissime divisis foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis *Pluken.* quocum etiam is Phytogr. Tab. 55.

F. 2

F. 2. conjungit, licet *C. Bauhinus* flores quadrifolios dicat, Millefolium autem aquaticum cornutum C. B. *J. B.* ob flores herbaceos & semina quaterna, quæ ei tribuit, de Potamogetorum familia esse videtur, cui is figuram *C. Bauhini* male adaptat. Ceterum quam pro Millefolio aquatico cornuto *C. B.* venditat *Christoph. Knautius*, cum nostra hac planta convenire etiam videtur, quamvis *Knautius* semen tridentatum ei adscribat, reliqua enim ipsius descriptio non abludit a nostro Dichotophyllo, & potest forte pluribus, ac nos hactenus observavimus, cuspidibus id aliquando donari. Ita vero suam plantam describit *Knautius* in Herb. Hall. p. 181. Propter folia cornuum cervinorum divisionem æmulantia ita nominatur, (Millefolium nempe aquaticum cornutum;) florum glomeres semen unicum fuscum, planum & compressum post se relinquunt, magnitudine semen mali minoris æquans, tribus hamulis acutis in summitate, & in duobus lateribus basin versus armatum. Quæ nostræ plantæ præter plures illos mucrones satis conveniunt. De semine tamen id tenendum est, non esse prorsus compressum, sed depressum saltem & instar seminis Mali leniter assurgere, quin, ut nobis plerumque comparuit, elatum & subrotundum esse. In figura nostra Tab. III. flores seu apices ad lit. A facie superiore, B facie inferiore, prout congregati sunt & ut laciniæ calicis ad basin appareant, exhibentur, lit. vero C solitarius & separatus apex naturali magnitudine, D farina ejus per microscopium,

pium, E embryo, F ſemen perfectum, utrumque ſtilo adhuc donatum, apparent. Una tantum hujus generis ſpecies mihi nota eſt, cujus ſynonyma modo recenſita, locus vero & tempus florendi *Catal.* p. 149. notata ſunt. *Dichotophyllum* dixi hanc plantam a foliis dichotomis ſeu bifariam diviſis.

TAB III *PERCEPIER* ex obſervatione *Raji* genus ab Alchimilla, cui accenſet *Turnefortius*, diſtinctum facit, & ſitu florum in foliorum alis conglomeratorum, calicibus quadripartitis, ſeminibus in ſingulis utriculis ſingulis ab ea differt. Calices vero A in vaſcula abeunt, ſemina B continentia, quæ parva ſunt, ut & calix, ſtamina autem vix conſpicua. Una tantum hujus generis ſpecies adhuc nota eſt, quæ recenſetur *Catal.* pag. 60.

KNAWEL ad Alchimillam etiam refertur a *Turnefortio*, ideoque figura ipſius negligitur ab ipſo, quam idcirco, cum genus ab Alchimilla diverſum ex *Raji* ſententia merito conſtituat, Tab. III. exhibere volui. Differt autem ab Alchimilla ſeminibus ſolitariis & calicibus in quinque ſegmenta diviſis. Calix ejus ſimiliter ac in præcedenti jure in vaſculum abire cenſeri poteſt, (quod de aliis multis minus accurate *Turnefortius* aſſerere ſolet;) floribus enim ſeu ſtaminibus delapſis parte ſuperiore coit & in diſtincto loculo duro corneove ſemen continet ſubrotundum. Figura noſtra a Knawel incano flore majore perenni *Raji* deſumta eſt, & ad lit. B flos calixve explicatus

catus & parte supina, A prout de latere apparet, exhibetur, lit. C calix dissectus est secundum longitudinem, ut capsula compareat, semen D continens. Videtur igitur hæc herba vasculifera potius, quam seminibus nudis esse, qualia ei attribuit *Rajus* in Methodo. Male calicem pro flore, & multo pejus pro pentapetalo interpretatur *Ruppius* in Flora sua Jenensi, quam ex Methodo Riviniana disposuit, sed pertinet omnino & relinquenda est apud Herbas apetalas. Species nostræ recensentur *Catal.* p. 61. 87. *Knawel* Germanicum esse nomen dicitur, quid nam vero significare debeat, me Germanum cum aliis ignorare fateor.

TAB. III. *POLYGONIFOLIA* flores obtinet A A exiles, pentapetalos, regulares, rosaceos, semina B nuda, solitaria, obtuse triquetra, quæ per microscopium C tres angulos, velut lineas elatas habere videntur; calix in quinque segmenta parva, inter petala locata, ad basin usque dividitur & floribus delapsis semina protegit. Pertinet igitur ad herbas Gymnomonospermas, seu Genus plantarum X *Raj.* Meth. Em. p. 44. In Methodo *Turnefortiana* Rosaceis floribus annumerari debet: in *Riviniana* vero Regularium Pentapetalorum ordini inferri debet. Hujus unicam tantum speciem novi, quæ recensetur *Catal.* pag. 150. & Polygonifolia floribus & seminibus extremis ramulis acervatim congestis dici meretur. *Polygonifolia* vero dicitur a foliis Polygono similibus.

TAB.

TAB. III. *SHERARDIA* est herbæ stellatæ genus, floribus cum Rubeola conveniens, sed seminum figura & dispositione plane diversum. Flores enim embryoni gemello A insidentes infundibuliformes sunt, tubulo nempe, ut in Rubeola, longiore donati, nudi & tetrapetaloides, ut reliqui hujus generis, semina BCDE vero aculeata sunt, singula nempe tribus in summitate aculeis prædita, ut ad unumquodque par sex observentur aculei. Flores & semina in capitula colliguntur, multis ab basin foliis FFF radiatim, ut in Asterisco *Turnef.* cincta. Ex summis caulibus & ramulis egrediuntur capitula hæc, & octona plerumque in his observantur folia, quibus seminum paria sex, septem & novem continentur. Semina ab initio arctius juncta sunt B C, per maturitatem vero facile abscedunt, parte exteriore E elata & subrotunda, interiore D, qua cohærent, plana. Nuda sunt hæc semina, ut aliquarum hujus generis herbarum, licet vascula pronunciet *Jo. Bauhinus*, (quem sequuntur *Knautius* & *Ruppius*) cum nucleo vel semini interiori cortex satis arcte adhæreat & nulla inter utrumque cavitas deprehendatur. Nomina hujus plantæ superius p. 10 tradita sunt, quorum neutrum convenit; ob semina enim diversa Rubeolæ, cui accenseri posse putat *Ruppius* Fl Jen. p. 7. cum Rubeola habet lævia reniformia, adscribi nequit, multo minus Rubiæ cum *J. Bauhino*, nec Aparine etiam, qualem facit *Turnefortius*, esse potest, cum cui semina sunt rotunda aspera, cum hujus obser-

ventur

ventur oblonga magis & non aspera, sed in summitate aculeata, ut nil dicam de florum figura diversa, tubulo nempe longiori, perangusto licet, præditorum, eorumque & seminum in summis ramulis & pediculis (e foliorum alis egressis) coacervatione corymbosa, vel in capitula plana, multis foliis radiatim cincta, collectione. Species hujus generis una tantum mihi hactenus innotuit, quæ superius in *Append*. p. 10 recensetur. Simile fere, sed florum seminumque figura nonnihil diversum, eorum vero situ verticillato plane differens genus memorat *Turnefortius*, quod in Histor. Acad. Reg. Scient. *Valantiam* nominavit a Botanico excellentissimo *D. Vaillant*, ad cujus imitationem a non minus excellenti Botanico Anglo, *D. Sherardo* nomen huic generi novo ipsius pace indere volui. Ex mente *D. Rivini* Regularibus Monopetalis floribus accenseri debent hujusmodi herbæ, quæ ex *Turnefortiana* Methodo incertum est, quo aptius reponi queant; videri enim possunt hujus Classis flores partim campaniformes, partim Infundibuliformes, omnes vero ex æquo Cruciformes judicari possent. Ex Methodo *Hermanniana* & *Rajana* Gymnodispermis Monopetalis sine nulla controversia annumerantur. Ceterum cum Stellatæ vocentur hujus generis herbæ *Rajo*, & aliud etiam a foliis hispidis Asperifoliarum denominationem, quam nos etiam assumimus, acceperit, *Knautius* vero in Meth. sua p. 37. accuset *Rajum*, *Hermannum* & alios, quod a foliis Asperifolias vocent herbas

Sher-
vard

herbas & inde novum genus Asperifoliarum constituant, cum tamen folia tantummodo characterem plantarum specificum exhibeant, nec ab iis nota generica desumi queat, non possum non hic monere, injuriam fieri tum *Hermanno*, tum *Rajo*, a foliis nomen tantum, non characterem, quod ipse vult, desumentibus; evolvat enim is Meth. Em. p. 56 & reperiet easdem, immo accuratiores huic Generi notas præfixas, quam ipse loco citato exhibet. Id quod etiam de Stellatis *Raji* Meth Em. p. 54. valet, & hoc etiam dictum volo *Ruppio*, qui simili de caussa *Rajum* in Fl. Jen. p. 7. & 8. reprehendere voluit.

TAB. III. *FALCARIA* est herbæ Umbelliferæ genus, cui flores A sunt pentapetali, rosacei, regulares, ex petalis æqualibus, integris & inflexis compositi Semina vero (B conjunctum, C separatum) ex observatione *Riviniana* habet gracilia oblonga, striata, unicoloria albida, quorum striæ statim comparent, cum in Myrrhide non nisi per maturitatem conspicuæ fiant. Male ideo ad Ammi refert *Turnefortius* cum *Morisono*, cujus semina exilia & non oblonga atque angusta, sed breviora atque tumidiora sunt. Genus nostrum jam nominatum est, sunt nempe Umbelliferæ herbæ Gymnodispermæ Pentapetalæ, quas *Turnefortius* flore Pentapetalo, Rosaceo, umbellato vocat, *Rivinus* autem Irregulares Pentapetalas esse vult. Una tantum species adhuc nota est, quæ enumeratur *Catal.* p. 138. *Falcariam* dixit *Rivinus* a nomine Germanico Sichelkraut/ cum

cum folia hujus herbæ falcem quodammodo repræsentent.

TAB. III. *PODAGRARIA* est herbæ Umbelliferæ genus, cujus flores A pentapetali rosacei sunt, ex petalis inæqualibus bifidis & reflexis constructi. Semina (B conjunctum, C separatum) observante *Rivino*, breviora, mediæ longitudinis & crassitiei, unicoloria fusca, striata. Unam hujus generis speciem tantum nominat *Rivinus*, quæ recensetur *Cat.* p. 90. Ceterum Angelicæ *Turnefortii* genus, quo is hanc speciem refert, florum petalis æqualibus & integris secundum figuram Inst. Tab. 167. differt ab hoc genere. *Podagraria* procul dubio dicta fuit, quod folia podagricis quibusdam omnia tentantibus, profuisse visa fuerint.

TAB. III. *MYOSOTIS*. Echia scorpioide *Turnefortius* ad Lithospermum, *Hermannus* ad Anchusam, *Volckamerus* ad Heliotropium referunt. Ego genus a *C. Bauhino* in Pinace constitutum & à *Rajo* in Historia receptum immutandum non censeo, cui nomen Myosotis a *Dioscoride* impositum reservo, licet an hæc vera ipsius Myosotis sit, nondum in confesso sit. Myosotis inde *Turnefortii Cerastium*, Auricula muris autem *Pilosella* vocari poterit. Seminibus D E est lævibus & minime duris, ut in Lithospermo, floribus A C regularibus monopetalis, in quinque rotunda & plana segmenta divisis, florum tubulo perbrevi, præsertim in pratensi A, palustri & montana speciebus. Differt ab Anchusa & Lithospermo floribus

 ribus

tibus minus tubulosis, ab Heliotropio segmentis simplicibus & non, ut in Heliotropio duplicatis, ut & seminum figura. Ceterum quod florum figuram concernit, modo memoratæ species flore concipi possunt rotato, at arvensis, minoris præcipue flores B, magis infundibuliformes sunt. Rotatus flos C a palustri specie depictus & æri incisus est, lit. D calix dissectus & replicatus, quo semina appareant, exhibetur. Species nostræ enumerantur *Cat.* p. 46. 47. 55. 67. 83. *Myosotis* vocabulum Græcum est & muris auriculam denotat, cujus aliqualem similitudinem folia habere videntur.

TAB. III. *ECHIOIDES* ab Echio differre dicit *Turnefortius* in Coroll. Inst. R. Herb. p. 46. flore isoperimetro: florem alias infundibuliformem esse & semina capitis viperini figuram æmulari. Echioidis *Rivini* flos isoperimetros seu æqualis in circumferentia etiam est, ac forte idem cum Echioide *Turnef.* de quo judicare fuisset integrum, si figuram addidisset *Turnefortius*, qui unam tantum speciemOrientalem sibi notam ait. *Echioidis* autem *Rivini* flos A, in quinque rotunda & æqualia segmenta dividitur, inferius autem tubulus ejus B gibbosus est, quo is irregularitatem inferri existimat. Semina rugosa sunt, Echii figura. Ceterum cum Lithospermum arvense radice rubra *C. B.* quod Echioides flore albo vocat *D. Rivinus*, florem habeat istiusmodi gibbo carentem, immerito sane ad Echioides refert *D. Rivinus*. Figura nostra ab Echio *Fuchsii*

desum-

desumpta est, quod recensetur *Cat.* p. 96. praeter quod Echioides flore pullo (Buglossum silvestre nigrum vulgare) enumerat *D Rivinus*, cui si EchioidesOrientale Buglossi folio, flore luteo maculis atro-purpureis notato *Turnef* Cor 47. addi queat, tres erunt hujus generis species. Per nomen *Echioidis* cognatio quædam & figuræ similitudo denotatur inter Echium & hanc plantam, nomine formato ex Græco εἶδος, forma aut qualitas generis alicujus. Ceterum genus hoc cum præcedenti ex *Hermanniana* & *Rajana* Methodo Gymnotetraspermis herbis Asperifoliis annumeratur: *D. Rivinus* Ordini plantarum Flore Irregulari Monopetalo aliqua hujus Classis genera annumerat, pleraque vero ad Regulares Monopetalos transferre necesse habet, adeoque genera hæc cognata immerito divellit: *Turnefortius* omnia ex æquo genera Infundibuliformium Classi infert, licet aliqua eorum minime infundibuli formes flores obtineant.

C. Bauhinus, *Rajus* & *Turnefortius* Menthastrum a Mentha non distinguunt, sed ad idem genus referunt: *D. Rivinus* autem distinctum inde genus facit, quem & plerosque alios, amethodos licet, Botanicos assumtione nominis ipsius in *Cat. Giss.* p. 134. sequutus sum, citra evidentem tamen & sufficientem rationem. Licet enim Menthastri florem minus apertum esse dicat *D. Rivinus*, & *Knautius* præterea tubulosum & ventricosum asserat, quin & situ differre dicat, hæ tamen omnes differentiæ leviores & minus ob-

servabiles videntur, quam ut pro generica nota sufficiant, maxime quod & Menthæ dentur spicatæ.

TAB. III. *IVA* est herbæ Verticillatæ genus flore A unilabiato irregulari, & non tantum floribus ad genicula pluribus, quinis nempe & senis a Chamæpity differt ex observatione *D. Rivini*, sed & calice B inferius & in posteriore parte productiore, ut & florum segmento medio integro & lato. An vero a Chamædry etiam, quo eam *Hermannus* & *Turnefortius* referunt, ut distinguatur sufficientes notæ adsint, donec utrasque contulerim, non determino; videtur tamen calice productiore & floribus non unam partem, sed quaquaversus spectantibus, iisque non, ut in Chamædry, e summitatibus egredientibus differre. Chamædryos etiam laciniæ labii anteriores non sagittatæ sunt, binæ enim Ivæ anteriores laciniæ sagittatæ sunt. Dividitur autem labium ejus in quinque segmenta, quatuor lateralia angusta (utrinque videlicet bina) & portionem mediam latam, integram, modice concavam: semina C subrotunda rugosa sunt: calices in quinque lacinias, quarum duæ inferiores reliquis nonnihil angustiores sunt, dividuntur. Una tantum hujus species nota est, quæ recensetur *Cat.* p. 125 Figura nostra ex tabulis *Rivinianis* mutuata est, cumque cum icone Chamædryos *Turnefortii* satis conveniat, nec sagittatas illas lacinias a nobis olim animadversas exprimat, an satis accurata sit subdubito.

TAB.

TAB. IV. *GALEOBDOLON* est herbæ Verticillatæ genus, cujus labium superius cochlearis instar excavatum est, & a Galeopside, cui annumeratur a *Turnefortio*, spicatorum verticillorum defectu, a Lamio vero labio inferiore trifido, segmentis angustioribus & æqualibus differt. Speciem ejus recensitam vide *Cat.* p. 49. *Plures* Galeobdoli nomine, tanquam synonymo Galeopsidis usus fuit. Si cui videatur, Cardiacæ speciem per nos licet faciat, floribus enim satis conveniunt hæ duæ plantæ.

TAB. III. IV. *TETRAHIT* a Galeopside, cui a *Turnefortio* jungitur, floribus A B TAB. III. & E TAB. IV. minus spicatis, calicum D segmentis aculeatis, & gula floris, duabus productionibus globosis fere clausa, distinguitur. A Sideritide vero abunde differt, quod hæc galeam habeat magis surrectam, cum Tetrahit labium superius cochleatum sit. Præterea labium superius & labii inferioris segmentum vel medium, lateralia simul plerumque crenata sunt, quo & a Sideritide & a Galeopside differt, potissimum vero, quod flores ex angusto & oblongo tubo porrecti sint & patuli. Semina C triquetra in calice D aculeato recondita sunt. Fig. nostra Tab. III. a Sideritide arvensi angustifolia rubra *C. B.* Tab. IV. vero lit. E a Sideritide vulgari hirsuta erecta *C. B.* desumta est. Species nostræ enumerantur *Cat.* p. 135. & App. p. 11. ubi a Ladano segetum *Riv.* reliquas hujus generis species Ladana similiter vocavimus, nunc vero aliud potius nomen quærendum

dum videtur; ladanum enim liquor Antiquis vocabatur ex Cisto ladanifera exsudans, quem etiam de barbis caprarum, hunc fruticem depascentibus, opiliones colligere solebant, unde cum similis liquor hinc non proveniat, nec ulla præterea similitudo cum hisce herbis intercedat, *Tetrahit* vox, quæ inter earum synonyma occurrit, iis imponi potest.

TAB. IV. *ACINOS*: *Turnefortius* cum *C. Bauhino* ad Clinopodium refert hanc herbam, verum non tantum floribus rarioribus, notante *D. Rivino*, sed & calice ventricoso & labii inferioris segmento medio integro ab eodem differt. Calices vero C observante *Rajo* Meth. pag. 64. striati, collo angusto, ventre turgidiore: semina B parva subrotunda: flores A secundum caules ex alis foliorum exeunt, non in capitula congesti in summis caulibus, quo a Serpillo differt: folia Serpilli vel Ocimi minoris. Species ejus recensetur *Cat.* p. 125. Sunt ex Methodo *Hermanniana* & *Rajana* quatuor præcedentia genera de Classe herbarum Gymnotetraspermarum Verticillatarum: *Rivinus* Irregularibus Monopetalis accensuit: *Turnefortius* peculiarem iis Classem assignavit, herbarum Flore Monopetalo Labiato titulo.

TAB. IV. *SAGITTA* est herba Gymnopolysperma, quæ ob flores tripetalos merito a Ranunculo, quocum confunditur a *Turnefortio*, distinguitur. Perianthium & flores non decidunt, semina vero in capitulum obtusum & subrotundum

dum congeruntur: folia sagittata. Id notari in Sagittæ genere meretur, quod in eadem planta ii flores, qui pediculis longioribus A B insident, steriles sint, brevioribus autem D insidentes fertiles observentur. Utrique tamen petalis donantur, steriles vero staminibus & apicibus tantum gaudent, seminum autem embryonibus destituuntur, ceu qui in aliis brevioribus pediculis enascuntur, & quam ipsi non obtinent farinam fecundantem, ex prioribus mutuo sumere necesse habent. Ii porro flores, quibus semina succedunt, maturius, quam reliqui, explicari solent. Lit. D flos fertilis jam emarcescens cum calice & embryonibus, A B sterilis cum perianthio & staminum apicibus C exhibetur. *Rajus* Hist. T. 1. p. 619. Sagittæ tres species, quas *C. Bauhinus* in Pinace recenset, pro varietatibus, non diversis speciebus habet, quod promiscue in iisdem aquis sæpe oriantur & eidem semini ortum debere videantur. Verum nostræ species, *Cat.* p 143. traditæ insignem magnitudinis ratione differentiam habent, & locis præterea diversis proveniunt, minor nempe angustifolia ad aquas tantum stagnantes, latifolia vero ad fluentes plerumque. Ceteroquin *Rajus* in Suppl. p. 317. Sagittam aquaticam omnium minimam *Pluken.* Mant. a minore angustifolia *J. B.* differre existimat, quia nunquam a parvitate sua variet. Alias porro plantas Sagittæ accedentes & veras forte species recenset ibidem *Rajus* ex *Plukenetio* & *Horto Malab.*

ALISMA est herba Gymnopolysperma, quæ

 peri-

perianthium habet triphyllum, non deciduum, semina vero in capitulum pæne trigonum & per summitatem applanatum congesta, compressa, per dorsum striata, folia plantaginea, a quibus Plantaginis aquaticæ nomen ab omnibus, in tanta alias synonymorum ubertate, Botanicis reportavit. Cum vero præter folia nihil cum Plantagine habeat commune, sed novum genus constituat, Alismatis cum *Cordo*, præ Plantaginoide *Knautii*, elegimus nomen, cum plantæ hoc nomine venientes aliorum generum sint. Ob flores autem tripetalos & semina diversa cum Ranunculo, quod facit *Turnefortius*, minime conjungi potest, multo minus cum Junco, quod facit *Ammannus* Char. Pl. Nat. p. 519. & nulla est ratio, quam dat a floribus tripetalis, quales Juncus floridus habeat. Sane enim Juncus floridus Juncus non est, & Junci proprie dicti character tum a Butomo, tum ab Alismate plurimum differt. Nec vero Butomus ulla ratione cum Alismate comparari potest, cum & vasculo donetur siliquoso, & flores gerat hexapetalos. Ceterum *Turnefortius* Tab. 149. eadem nempe cum Ranunculo, lit. D S T V flores & semina hujus generis jam exhibuit, species autem nostra traditur *Cat.* p. 126.

TAB. IV. *MYOSURON* ad Ranunculum referri posse arbitratur *Rajus* in Historia, quem sequitur *Turnefortius* in Institutionibus suis, verum florum (minime rosaceorum) seminumque figura, clava seminifera caudam muris referente, caulibus

libus nudis non ramosis, foliis spissis & gramineis, totoque habitu in tantum a Ranunculo recedit hæc herba, ut peculiare omnino genus constituat. Et flores quidem accurate inspecti non tantum a Ranunculo, sed aliis plurimis plantis multum differunt. Sunt enim Aristolochiæ floribus singula ejus petala satis similia, nisi quod multis numeris minora sint. Perianthium autem est, quod hactenus pro flore fuit habitum, & a quo Ranunculum flore caudato vocavit *Turnefortius*. Petala lingulata quinque sunt & totidem perianthii folia caudata, stamina vero sex, septem vel octo adsunt. Lit. A flos & clava seminifera, B petala aliquot separata, C stamen cum apice, D perianthii folium exhibentur, quæ omnia E F G per microscopium aucta sunt: H clava est cum seminibus maturis. Una tantum species nota est, quæ recensetur *Cat.* p. 50. *Myosures* caudam muris designat, a μῦς mus & οὐρὰ cauda.

TAB. IV. *ANEMONE-RANUNCULUS* flore A pentapetalo ab Anemonoide, & quod perianthio careat a Ranunculo, seminibus autem B magis rotundis ab utroque differt. Unica ejus species nota est, quæ recensetur *Cat.* p. 39. Anemone Ranunculus autem dicitur, quod inter Anemonen & Ranunculum ambigat, de utroque videlicet participet, licet cum neutro exacte conveniat.

TAB. IV. *ANEMONOIDES Hotton.* apud *Rajum* in Meth. Em. p. 190. seminibus non pap-

pofis

posis & capitulo Ranunculi ab Anemone, flore singulari, polypetalo, nudo & caule determinate foliato a Ranunculo differt. Nobis una tantum species TAB. IV. depicta, recensetur *Cat.* p. 39. alias quasdam habet *Rajus* Hist. T. 1. p. 625.

TAB. V. *HEPATICA*, recte observante *Rajo* Meth. Em. p. 68. est herbæ Gymnopolyspermæ genus a Ranunculo, quocum confundit *Turnefortius*, diversum, flore nempe A A A polypetalo, calice B B B, trifolio, a flore C superstite. Nullus præter floris pediculum caulis est, folia tripartito divisa, radices fibrosæ, quibus notis, ut & calice remanente, a Ficaria differt. Ex numero earum plantarum est, quæ extra Gissam nascuntur; provenit enim vulgaris ejus species in Palatinatus monte, qui vocatur der Donnersberg. Dicitur Trifolium hepaticum flore simplici *C. B.* Pin. p. 330. hepaticum sive Trinitatis herba flore cæruleo *J. B.* T. 2. p. 389. Ranunculus tridentatus vernus, flore simplici cæruleo *Turnef.* Inst. p. 286. Hepatica autem vocatur ab hepate, cujus vitiis præcipue mederi existimatur.

TAB. V. *FICARIA* ex observatione *Raji* perianthio B B B triphyllo, & Ranunculi fructu C cum Hepatica convenit, ab eadem differt calice cum flore deciduo, ut in Ranunculis, caulibus procumbentibus, forma foliorum subrotunda & radicibus glandulosis grumosisve. Flores vero A A A polypetali rosacei sunt, non pentapetali, ut Ranunculi. Ceterum radices hujus herbæ floribus decidentibus e foliorum alis D, granorum

triti-

triticeorum figura enaſcuntur, & caulibus terræ approximantibus radicum naturam aſſumunt plantæque propagationem peragunt, ſemina vero puſilla manent & ad maturitatem non perveniunt. Species noſtra recenſetur *Cat*. p. 39. *Ficaria* cum *Brunfelſio* aptius dicitur, quam Chelidonium minus, quod homonymum eſt Chelidonii majoris; teſtantur autem auctores fide digni in hæmorrhoidum & ficuum ani dolore egregie conferre radices hujus herbæ. Vid. *C. Hoffmannus* de Medicam. Officinal.

TAB. IV. *ADONIS*; flores, ut præcedentium quatuor generum, roſacei etiam ſunt & polypetali C, verum calices A pentaphylli & fructus B oblongi. *Ranunculis* etiam accenſuit *Turnefortius*, verum flores polypetali pro diſtinguendo hoc genere ſufficere poſſunt. Non provenit circa Giſſam, ſed in Palatinatu aliquot ejus ſpecies naſcuntur. Huc ſpectat Helleborus niger tenuifolius Buphthalmi flore *C. B*. Pin. p. 186. & Helleborus niger ferulaceus, ſive Pſeudo Helleborus caule geniculato, flore magno Tulipæ minoris inſtar *Mentz*. in Pug. deſcripto & depicto. Pertinet genus hoc cum ſeptem præcedentibus ad Claſſem herbarum Gymnopolyſpermarum ex Methodo *Rajana* & *Hermanniana*: *Riviniana* Regularibus Penta vel Polypetalis annumeraverit: *Turnefortiana* Roſaceis floribus conjungit, qualem figuram an Myoſuros etiam obtineat, me ignorare fateor, ſaltem id nemo facile viderit. Ceterum naturalis providentiæ non leve documen-

mentum largiuntur hujus Classis flores, utpote quorum copiosis embryonibus numerosa staminum congerie pro iis fœcundandis prospectum est.

STELLARIS est herbæ Bulbosæ genus, quod floribus hexapetalis, regularibus & stellatis cum Ornithogalo convenit, sed differt, observatione *Raji*, staminibus florum angustis, non coëuntibus, ut in Ornithogalo, sed explicatis. *Turnefortius* jam eadem Tab. 203. utriusque generis characterem exhibuit, ut nostram figuram superaddere non sit opus. Scilla hujus generis species est & Hyacinthi stellares, ut & Ornithogalum luteum, quod recensetur *Catal.* pag. 38. in quo nobis sæpius observatum est, quod vascula ejus, (quæ triquetra & tricapsularia) raro maturentur, sed ad umbellæ basin seu in caulis divaricatione nascantur bulbuli botryformes, quibus ad herbæ marcorem decidentibus plantæ propagatio peragitur. Non est igitur hoc soli Ornithogalo angustifolio campestri luteo minimo bulbifero *Col.* proprium, & dubitatione dignum est, an id specie differat ab Ornithogalo luteo minori *C. B.* Ceterum cum tam raro semen maturent Bulbosæ plantæ, omnes vero nudis donentur floribus, non immerito suspicari aliquis posset, petalis non parum pro seminibus maturandis contribuere, vel saltem horum fotu indigere florum petala, quæ vel seminibus nutrimentum, vel staminum apicibus materiam genitalem præparare existimari possunt.

TAB.

TAB. V. *YUCA* est etiam herbæ Bulbosæ genus, floribus A campaniformibus, regularibus, hexapetalis, imo fructui cohærentibus, quorum stamina B embryoni vel pistillo C apprimuntur, oblonga, crassa, apices pusillos gerentia. Vasculum D oblongum triquetrum est & tricapsulare, binis in singulis loculamentis seminum E ordinibus, membrana intermedia F ita divisis, ut vasculum sexcapsulare videatur. Quoniam ob superveniens frigus, sero enim floret, ad maturitatem vel augmentum saltem non perveniunt vascula, idcirco de eorum loculamentis certi quid statuere non potui; membrana sane illa intermedia ad centrum quidem pertingit, sed non connectitur, ut non nisi tricapsulare videatur vasculum, quod etiam innuit *Rajus*, quando in Historia scribit, flores Yucæ in septentrionalibus & frigidioribus regionibus nullo succedente semine aut pericarpio increscere & decidere, verum in locis natalibus, Indiæ scilicet Orientalis provinciis plurimis, triangulares capsulas, in tria loculamenta dispertitas, producere scribi, seminibus rotundis aut quodammodo angularibus repleta. His notis addi potest, flores plures in eodem caule disponi deorsum nutantes, folia esse dura acuta & pungentia, quodammodo graminea, semper virentia, radices tuberosas. Una præcipue species nota est, quæ *C. Bauhino* Pin. p. 91. dicitur Yuca foliis Aloës, quæ characterem nobis suppeditavit.

CENTUNCULUS herbula est Enangiosperma monopetala, regularis, & flores quidem habet exi-

exiles, summo vasculo insidentes, ad vasculi apicem usque in quatuor (ad calices etiam quinquefidos) lacinias divisos, inde vero rursus integri flores fiunt, &, si probe advertas, ceu tubulo quodam aut vaginula aliqua membranacea vascula involvunt, unde nunquam decidunt. Calix vascula ambit, in quatuor, plerumque vero in quinque angusta segmenta ad basin usque divisus; vascula vero simplicia sunt, quæ per maturitatem horizontaliter rumpuntur & semina multa parva fundunt. Lit. A flos, qui plerumque convolutus, vasculo tenello insidens cum calice, lit. B flos separatus & explicatus, C vasculum prope maturum cum calice & flore restante, D vasculum diruptum & semina fundens depinguntur. Una tantum hujus species mihi nota est, quæ confunditur a *Plukenetio* cum Portulaca arvensi *C. B.* prout in Ephem. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. App. notavi, verum autem ejus synonymon Ibid. & in *Cat.* p. 161. allatum est. Minime vero hæc herbula Anagallidis species esse potest, quod opinatur *Ruppius* Fl. Jen. p. 20. tum ob flores in quatuor tantum angustas lacinias dissectos, tum ob eorum situm & tubulositatem, sed est sui generis plantula, cui *Centunculi* imposui nomen. *Plinius* vero Hist. N. L. 24. C. 15. Centunculum inter herbas mirabiles & minus claras recenset, de quo, quænam planta is sit, cum inter herbariæ rei Scriptores non constet, vel si, ut probabiliter opinatur *Anguillara*, is sit Convolvulus minor semine triangulo *C. B.* cum hic Fegopyri species sit,
plan-

plantæ minus claræ proprium feci *Centunculi* nomen, licet ea nec figura, nec viribus *Plinii* Centunculum referat. Ex *Hermanniana* & *Rajana* Methodo Angiospermorum Monopetalorum Classi associari debet: in Methodo *Riviniana* Regularium Monopetalorum Ordini inferri debet; *Turnefortiana* Methodus Infundibuliformibus annumeraverit.

TAB. VI. *PLANTAGINELLA* non pertinet ad Pentapetalas Vasculiferas, quo eam refert *Rajus* Meth. Em pag. 112. sed Monopetalas potius; flores enim, licet toti non decidant, & in fundo, quo vascula fovent, perforentur, reliqua tamen parte ad segmenta usque integri sunt. Sunt autem flores A B infundibuliformes, in quinque breves lacinias divisi & calice AC similiter inciso inclusi. Vasculum C oblongo rotundum, simplex, bivalve D, semina multa parva fundit. Ob dictum characterem Ranunculis accenseri non potest, quod facit *Hermannus* in *Cat.* H. L. B. p. 517. ubi Ranunculum palustrem minimum Plantaginis folio vocavit; procul dubio in Methodo botanica exercitatissimus & in determinandis generibus valde accuratus vir hic non satis accurate, examinavit pusillam plantam: *Plukenetius* & *Mentzelius* eleganter quidem plantam hanc iconibus suis exhibuerunt, neuter tamen characterem ejus accurate expressit, nec is a *Turnefortio* etiam fuit notatus. Plantáginella una tantum nota est, quæ recensetur *Cat.* p. 150. & ideo dicitur, quod folia ejus plantaginea

h consi-

consistentiam & figuram æmulentur. Eundem cum priore locum in herbariis Methodis occupat.

TAB. VI. *CAMERARIA* est herba Vasculifera, flore monopetalo irregulari, altero latere aperto, altero clauso, in quinque plerumque æquales lacinias (aliquando in quatuor, & tunc æquales fere sunt laciniæ) diviso; flos, antequam aperitur, (quod nonnisi ad solis lucem contingit) convolutus est, & embryonis basi annectitur. Calix bifolius est, cujus basi vasculum simplex, turbinatum, trivalve, ternis seminibus rotundis pullis repletum adhæret. Lit A calix cum flore convoluto, B flos explicatus, C vascula cum calicibus, E sine calice, F semina, D vasculum diruptum, ubi valvæ convolvuntur & tridentes apparent, exhibentur. Hujus duæ species notæ sunt, quæ *Cat.* p. 46. & 61. referuntur, & in Eph. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. App. explicatæ etiam sunt. Conspecta mihi & minor arvensis, & major aquatica in eodem loco paludoso, & aquatica serius etiam floret, diutius vero durat, ut minime pro eadem specie, quod facit *Ruppius* Fl. Jen p. 108. haberi queant, nec vero flos pentapetalus est, sicuti idem cum *Rajo* censet Ibid. sed revera monopetalos, qui plerumque solet decidere, ut non raro multitudo eorum super folia aquaticæ speciei, quæ confertim crescit, reperiatur. Confunditur hoc genus a *Plukenetio* cum Centunculo, ut supra dictum est; *Camerariam* vero vocavimus in laudem & honorem primi obser-

observatoris πολυμαθεςάτυ *Joach. Camerarii.* In nostra Methodo de censu est herbarum Angiospermarum Monopetalarum : in *Riviniana* Methodo Irregularibus Monopetalis, in *Turnefortiana* vero Monopetalis Anomalis annumerari debet; quo etiam referri debent quatuor subsequentia Genera.

TAB. VI. *LENTIBULARIA* omittitur a *Turnefortio*, & licet accurate satis figura ejus designata sit a *D. Rivino*, quoniam tamen observatio *Knautiana* vera est, & vasculum non unum, quo nomine *Rajum* tantum, cum & *Rivinum* nominare debuisset, reprehendit *Knautius*, sed multa semina continet, idcirco ipsius flores, vascula & semina accuratiore icone characteristica illustrare volui. Flos autem personatus est, in duo segmenta AABB divisus, quorum superius A (sunt verba *Raji* Meth. Em. p. 92.) galeæ, inferius B labelli lati figuram obtinet, & inter utraque P P palatum floris eminentia quadam velut in Linaria, sed minus divisa & quasi cordiformis, occupat; ulterius flos calcari donatur & calicem bifolium habet, quod apparet lit. C D, quæ facies floris est posterior, lit. A B 1 vero anterior : lit. E F eadem pars antica est, sed magis expansa, quo apices F & pistillum E conspici queant : G apertura est seu tubulus calcaris, I apices a flore separati, utrinque unus, qui circulo membranaceo H I albo, staminum officio fungente, adhærent : E L stilus est embryoni insidens, qui post illum circulum locatur : H circulus ille facie postica se-

paratim, cum ad I antica una cum apicibus exhibeatur, sistitur: K pediculum, calicem, vasculum & stilum huic insidentem repræsentat. Vasculum autem simplex, tenue, membranaceum, globulum M continet seminum minutissimorum N, qui ad lit. O per microscopium depictus exhibetur. Hujus unica tantum species nota est, quæ recensetur *Cat.* p. 145. Lentibularia *Gesnero* primum dicta est, a copiosis vesiculis lenticularibus, quarum beneficio in aquis fluitare videtur; licet enim eæ humore quodam aqueo plenæ reperiantur, is tamen vegetabili digestione attenuatus levior vulgari aqua esse & fluitationem hujus herbæ promovere potest Id quod persuadent eædem vesiculæ, quæ post seminum maturitatem nigricant & valde fragiles fiunt, quo nimirum planta consumto succo & depletis vesiculis, eo facilius hieme instante ad fundum secedere (perennis enim videtur) & limo immergi queat.

TAB. VI. *ELATINEN* a Linaria genere distinguit *D. Rivinus*, quod vasculũ habeat magis rotundum, & per maturitatem non dehiscat instar Linariæ. Cum vero id icone non expresserit, nostram addere non abs re fuit visum. Quando igitur Linaria in plures partes a summitate finditur, in Elatine a summitate utrinque portio lateralis oblique abscedit, & basis vasculi integra relinquitur, prout ad lit. B videre est: lit. A vasculum integrum, C portionem abscedentem, D semina designat. Duæ ejus species recensentur *Cat.* p. 157. 158. *Elatine* *κατ' ἀντίφρασιν* dicta videtur, quod minime procera sit instar ἐλάτης, Abietis. TAB.

TAB. VI. *ODONTITES* vasculo bicapsulari C & habitu externo ad Euphrasiam accedit, floribus Pediculari magis similis est, a qua rursus calice B non ventricoso ejusque incisuris paucioribus differt. Cum itaque cum neutra exacte conveniat, genus inde novum cum *D. Rivino* facere liceat. Florum A labium inferius tripartitum est, superius seu galea integra, complicata, ex qua cum stilo apices E prominent muscosi: calices B in quatuor tantum lacinias integras dividuntur, cum Pedicularis vel in quinque, unam nempe integram & quatuor laciniatas, vel in duo etiam laciniata segmenta dissecti sint. Semina D oblongo-rotunda sunt. Nobis una tantum species *Cat.* p. 145. recensita est: *D. Rivinus* Euphrasiam pratensem luteam *C. B.* huc etiam refert, quam Odontiten flore luteo vocat. Odontites *Plinii* videtur hæc herba *Tabernamontano*. *Plinius* vero Nat. Hist. L. 27. C. 12. decoctum ejus ex vino austero dentium dolori mederi, ita ut contineatur ore, memoriæ proditum reliquit; inde vero, ab ὀδοὺς dens, nomen invenit.

PEDICULARIS & *CRISTA GALLI* a *Turnefortio* ad idem reducuntur genus, licet differentiæ utriusque non ignotæ ipsi fuerint, prout ex Iconibus constare poterit: *D. Rivinus* distinguit, cum vel solo fructu satis differant, quænam vero differentia sit non addit. Est autem Cristæ galli vasculum magis quam Pedicularis compressum, seminibus planis & marginatis plenum, segmento intermedio recta linea decurrente, cum in Pe-

 dicu-

diculari obliquum magis fit & turgidum, semina vero teretia. Præterea calices Cristæ galli in quatuor tantum non incisas lacinias dividuntur, & florum labii inferioris segmenta minora sunt, cum in Pediculari calices vel in quinque, quatuor nempe laciniata & unum integrum segmentum in minori specie, vel in duo tantum laciniata segmenta in majori dividantur. Utriusque generis flores & semina *Turnefortius* Tab 77. expressit. Nostræ species enumerantur *Cat.* p. 61. 80, 84.

TAB. VI. *LENTICULA* hactenus flore & semine carere credita fuit, sed perspicacissimus *Vallisnerius* & flores & semina non ita pridem detexit, licet nec curiosissimo *D. Sherardo* ea incognita fuisse videantur, prout ex *Raji* Suppl. Hist. Pl. p. 48. constare poterit. Obtinet vero Lenticula ex *Vallisneriana* observatione flores nudos dipetalos, regulares, semina autem in aversa foliorum parte in folliculo bicapsulari bina gerit, exigua, melopeponiformia. Mihi tam oculato esse nondum contigit, ut hæc pervidere potuerim, licet aliquoties perquisiverim. Interea observationes *Vallisneriana* accuratæ sunt & curiosæ, quæ cum figura floris & seminis prostant in Ephem. Nat. Cur. Cent. 1. 2. App. p. 166. & seqq. Tab. 2. & 3. & Cent. 3. O. 34. T. 1. F. 1. 2. unde eam mutuare & TAB. VI. exhibere volui. Exit. vero A flos e folio B egrediens, C semen, omnia per microscopium visa repræsentantur. Pertinet ergo Lenticula ad Dipetalas Vasculiferas. Species ejus tres enumerantur *Cat.* p. 105. 106. TAB.

TAB. VI. *STELLARIA* hujus etiam loci est & a *Rajo* in Meth. Em p. 93. recte huc ad Dipetalas nempe Vasculiferas refertur, quæ flores obtinet dipetalos, regulares, petalis corniculatis, complicatis, in summitate coëuntibus, intra quæ stamen unum (non duo, non corniculata, ceu traditur in *Flora Jenensi* p. 50.) erigitur, apice luteo præditum. Capsulæ, notante *Rajo* ibid compressæ, quatuor lineis altius impressis, quadripartitæ, in quibus semina quatuor oblonga. Vasculum hoc adeo tenerum, ut mirum id pro vasculo habitum fuisse a *J. Bauhino*, qui Hist. T. 3 p. 786. Stellariam vulgarem, sub Alsine aquis innatante foliis longiusculis, cum minutiis ejus omnibus floresque præcipue accurate descripsit. Cæterum *Turnefortius* omisit hoc genus, ut characterem ejus exhibere necessarium fuerit visum. Lit. A flores cum intermedio stamine & apice, B capsulæ integræ cum stilo bifido foliorum alis adhærentes, C capsula matura & transversim dissecta, ut loculamenta appareant, D semen ob oculos ponuntur. Quænam vero ex *Turnefortiana* Methodo floribus figura adscribi queat, me ignorare fateor. Ex Methodo *Rivimana* ad Regulares Dipetalas pertinet cum præcedenti genere. *Corispermum* in Hist. Ac. Reg. Scient. A. 1712. descriptum Stellariæ tantopere accedit, ut idem videatur, semen tantum repugnat, quod quasi nudum describitur; fortassis si accuratius examinetur, vasculum potius esse comperietur. Lenticula palustris bifolia fructu tetragono *C. B.* hu-

jus generis species est, quæ cum vulgari, a qua characteristica icon desumta est, *Cat.* pag. 58. & 120. recensetur. Stellaria vocata fuit, ob folia superiora aquis innatantia (& plantam ea ratione sustinentia) stellatim in vulgari specie disposita.

TAB. VI. *TURRITIS* ex observatione *Raji* siliquis B teretibus, erectis, cauli approximantibus & fere parallelis, foliis porro imis hispidis, quæ caules vestiunt glabris, glaucis, a reliquis Tetrapetalis siliquosis distinguitur. *Turnefortius* Turritidem ab Hesperide distinguit siliquis valde compressis, a Leucojo seminibus ala foliacea minime cinctis, a Brassica vero tum facie, tum siliquis magis planis & compressis; Verum, ut recte *Rajus* monet, Turritidis vulgaris, quam & *Turnefortius* Turritidis speciem facit, siliquæ teretes sunt & non compressæ. *Knautius* Glastifoliæ cichoroidi *J. B.* quæ vulgo etiam Turritidis species habetur, semen tribuit teretiusculum oblongum, Turritidis vulgaris autem planum & compressum esse ait, ut in Leucojo, cui proinde eam cum *Morisono* accenset. *Turnefortius* contra Glastifoliam *J. B.* ad Leucojum refert & Leucojum Hesperidis folio vocat Inst. p. 221. Cum vero semina marginata, quibus Leucojum a Turritide distinguit ipse *Turnefortius*, Glastifolia non obtineat, Leucoji species esse nequit. Nos semen, antequam maturum esset, ut *Knautius* describit, formatum reperimus, per maturitatem autem magis compressum, quam teres erat: Turritis vero vulgaris semina subrotunda quidem & com-

compressa habebat, non tamen marginata, quale Leucojum, licet ea, ut in Leucojo, duplici serie B utrinque essent disposita. Ceterum non attendendam censemus nimis curiosam in hoc genere seminum & siliquarum examinationem, sufficere vero existimamus, si siliquæ virgatæ sint, seu, ut *Rajus* loquitur, caulibus approximent & his parallelæ sint, qua de caussa Barbarea etiam, quam Sisymbrii speciem facit *Turnefortius*, ad Turritidem referri poterit, cum simili siliqoarum dispositione gaudeat. Turritis autem vulgaris ramosa *Turn.* licet siliquæ minus appressæ & crebræ sint, tolerari tamen sub hoc genere potest, cum locus alius convenientior desit. Glastifoliæ alias siliquæ per maturitatem magis compressæ quam teretes observantur. Figuram hujus generis, cum a *Turnefortio* fuerit omissa, sistit TAB. VI. quam Turritis vulgaris suppeditavit. Florum A petala minime tam lata nec plana sunt, instar Leucoji, sed surrecta magis & angusta, ex rotunda in quadratam quasi figuram, notante etiam *Heuchero* Ind H. W. delineantia, quæ tanquam præcipua nota characteristica haberi potest.

TAB. VI. *RADICULÆ* nomine hic non Struthium Antiqoorum, cujus radice ad purgandas lanas utebantur, quamque tanquam vulgaris notitiæ plantam indiscriptam reliquere, quæ priscis idcirco Latinis Radicula, a radicis præcipuo usu vocabatur, designatur, quæ, qualisnam planta sit, postquam ejus usus a multis seculis intercidit, nunc non constat, sed quam *Dodonæus* atque *Jo-*

Bauhinus vocavere plantam áquaticam, Raphani aquatici vulgo nomine notam. *Turnefortius* eam Sisymbrium aquaticum Raphani folio siliqua breviori nominavit, verum cum siliquæ admodum curtæ sint, ad siliculosas aptius referri, & siliculis B teretibus, seminibus C D minutissimis fœtis ab aliis distingui potest. Flores A aliis hujus generis similes sunt, lutei cum perianthio coloris. Duæ ejus species notæ sunt, quæ recensentur *Cat.* pag. 80. & App. p. 9.

DRABA: Si eæ tantum Alsinæ, quibus petala bifida sunt, reliquæ vero petalis integris donatæ Spergulæ merito censentur, Paronychia vulgaris a genere Alyssi etiam excludi debet, cum ab hoc petalis divisis, ob quæ non tam cruciformem, quam rosaceam quasi figuram habere videri posset, satis differat. Accedunt vascula, quæ magis compressa & non marginata, ut in Alysso plerumque sunt, obtinet. *Turnefortius* Tab. 104. utriusque generis flores jam exhibuit, ubi florem cum petalis bifidis a Thlaspi fruticoso incano *C. B.* desumsisse videtur, quapropter nostram figuram addere supervacuum fuerit. Ceterum cum Paronychiæ nomen plantæ cuidam apétalæ tribuatur ab Auctoribus, hoc genus, vacuum *Drabæ*, ad Hesperidem, Lepidium & Leucojum relatæ, nomen occupare patiamur. Hujus generis species nobis notæ sunt: (1.) Draba vulgaris caule nudo Polygoni folio hirsuto, cujus synonyma traduntur *Cat.* p. 40. (2.) Paronychia myosotis Virginia-

giniana foliis subrotundis *Pluk.* Ph. T. 51. F. 5. Nasturtium myosotis insipidum *Banist. Cat.* St. Virg. (3.) Bursa pastoris minor foliis trifidis, aliquando multifidis, florum petalis bifidis, loculo oblongo *Mor.* Hist. P. 2. p. 306. pastoris minima oblongis siliquis verna, loculo oblongo *J. B.* T. 2. p. 937. (4.) Thlaspi fruticosum incanum *C. B.* Pin. p. 108. sublongis capsulis incanum flore albo *J. B.* T. 2. pag. 929. & (5.) Forte etiam Bursa pastoris Alpina hirsuta *C. B.* Pin. p. 108. Pr. p. 81. Pertinet hoc genus cum quatuor sequentibus, ad herbas Tetrapetalas Siliquosas: *Rivinus* Regularibus Tetrapetalis annumerat: *Turnefortius* Florum Polypetalorum Cruciformium Classem inde format.

TAB. VI. *THLASPI* icon quæ exhibetur a *Turnefortio* Tab. 101. flores inæquales sistit, & videtur de Thlaspi quodam umbellato desumta esse, quæ genere distinguit *D. Rivinus* Thlaspidii titulo, quapropter aliam a vulgatiori cum siliquis latis desumtam, exhibere volui. Flores A tetrapetali sunt & ex æqualibus petalis constant: fructus B planus & compressus, unde nomen, ala foliacea plerumque cinctus & superne divisus, in cujus loculamentis transversis C semina aliquot D continentur, plerumque subrotunda; Duæ species in *Cat.* p. 72. & 81. recensitæ sunt.

TAB. VI. *IBERIS:* Cum aliud sit Thlaspidium *Turnefortii*, aliud *Rivini*, hoc *Iberis* in posterum dici posset. Nasturtium petræum *Tabern.* quod

quod refertur *Cat.* p. 80. hujus generis species est, a quo figura nostra characteristica desumta est. Differt ab aliis, florum petalis inæqualibus. Capsulæ, quæ septo intermedio transversim dividuntur, in hac specie bina utrinque continent semina, aut duo seminum paria, ut *Raius* loquitur in Historia. Lit. A flos totus, B petala separata, D capsulæ facies concava, C convexa, E semina proponuntur. Conjungatur Thlaspi figura apud *Turnefortium* Tab. 101. quæ omnino hujus loci est; vascula ibi ora foliacea, ut in Thlaspi vero, cincta exhibentur.

TAB. VI. *ALSINELLA* floribus est tetrapetalis, regularibus, ad rosaceam figuram accedentibus, quorum petala integra sunt, non decidua, & cum calice tetraphyllo post deflorescentiam vascula protegunt simplicia, nunc conica, nunc subrotunda, seminibus parvis, modo angulosis, modo subrotundis repleta. Stilus vasculo insidet quadrifidus, & vascula per maturitatem quadrifariam, nunc profundius, ut in Alsinella muscoso flore, cujus vascula subrotunda sunt, nunc minus profunde, ut in Alsinella foliis caryophylleis, cui vascula sunt oblonga & a qua figura hæc desumta est, dehiscunt. Exhibetur autem lit. A flos, calix & pediculus, B vasculum a calice separatum, C semina. Species nostræ enumerantur, *Cat.* p 47. 81. Prætera ad hoc genus pertinere videntur (1.) Alsine Alpina minima glabra *C. B.* Pin. p. 251. Pr. p. 118. (2.) Alsine muscosa quibusdam *J. B.* tenuifolia muscosa *C. B.*

(3.)

(3.) Alſine annua graminea, foliis obſcure virentibus, flore tetrapetalo *Turn.* Inſt. p. 243. Saxifraga Anglica annua alſinefolia *D. Plot.* apud *Rajum* in Hiſt. (4.) Paronychia ſive Alſinefolia incana *J. B.* (5.) Alſine polygonoides tenuifolia, floſculis ad longitudinem caulis veluti in ſpicam diſpoſitis *Raj.* Syn. & *Pluk.* Ph. T. 75. F. 3. Polygonum anguſtiſſimo gramineo folio erectum *Bot. Monſp.* (6.) Alſine polygonoides foliis tenuiſſimis per genicula binis, ad ſummum caulium polyanthos *Pluk.* Ph. T. 74. F. 3. Et forte etiam hujus loci eſt (7.) Alſine polygonoides herbacea minor, Laricis foliis capillaceis ex uno pediculo plurimis *Pluk.* Ph. T. 74. F. 3. nam ex figura ipſius, an vere tetrapetala ſit, judicari nequit. Alias quasdam ſpecies porro enumerat *Rajus* Hiſt. T. 2. p. 1025. 1026. Alſinellæ nomen hiſce puſillis plantis, Alſinis non prorſus diſſimilibus, ſatis appropriatum videtur, a quibus ut ſejungantur, flores tetrapetali ſufficere poſſunt. *Ruppius* in Fl. Jen. Spergulas vocat hujusmodi plantas, Spergulis autem hactenus dictis Arenariæ imponit nomen; verum non neceſſarium nec conſultum eſt, uſitatum Spergulæ nomen alii Generi ut tribuatur.

TAB. VII. *PENTAPTEROPHYLLON:* ob quina ad ſingula genicula pennatim diviſa folia nobis dicitur herba, cujus flores tetrapetali regulares ſunt, nudi, ſummo fructui inſidentes & octo ſtaminibus præditi; vaſculum membranaceum ſimplex, in quatuor piſtilla terminatur & quatuor

tuor ſemina profert. A Potamogeto differt, quod huic ſemina nuda quaterna disjuncta ſint, quorum baſi floris folia, quæ nobis calix potius quam petala videntur, adhærent. Lit. A flos, ſtamina & embryo, B petalum ſeparatum, C vaſculum nondum maturum, D maturum, ubi leviter anguloſum ſit, E F transverſim diſſectum, ut loculamenta appareant, G H ſemina aliquot, quæ altero latere G convexa, altero H acuta & anguloſa ſunt, exhibentur. Hujus unam tantum ſpeciem novi, quæ recenſetur *Cat.* p. 112.

TAB. VII. *RADIOLA* ob capſulas vel vaſculorum loculamenta rotatim radiatimque diſpoſita vocatur nobis plantula, cujus flores tetrapetali regulares, roſaceam figuram æmulantes, vaſcula in octo cellulas diviſa in ſinu ſuo continent, in quorum ſingulis ſingulare continetur ſemen exiguum luteſcens. Flores & vaſcula adeo parva ſunt, ut microſcopio contemplari ea neceſſe ſit. Lit. A ramulus & cum hoc flores, qui plerumque connivent, atque vaſcula naturali magnitudine exhibentur, lit. B flos per microſcopium depictus eſt, in cujus medio vaſculum tenellum continetur, ad marginem vero calicis ſegmenta, quæ ab octo ad decem & duodecim excurrunt, apparent: lit. C vaſculum maturum integrum, D apertum & expanſum cum ſuis loculamentis, quæ interjacent calicis ſegmenta, per microſcopium etiam exhibentur: ad E ſemina naturali, F aucta magnitudine repræſentantur. Confunditur a *Turnefortio* in Hiſt. Pl. circa Pariſ. naſc.

nasc. cum Polygonifolia, verum autem ejus synonymon *Cat.* p. 161. traditur, uberior vero totius herbæ explicatio in Eph. Nat. Cur. Cent. 5. & 6. App. Alsinella, Pentapterophyllon & Radiola pertinent ad Genus herbarum novum, Tetrapetalis Siliquosis contradistinctum, quod Genus vocatur nobis, Herbæ Enangiospermæ (non siliquosæ, nec siliculosæ) Tetrapetalæ Miscellaneæ, quo puta Papaver, Chelidonium, Thalictrum, Fumaria & alia incerta sede errantia referri possunt.

Quando vero Fumariæ feci mentionem, de istius genere quædam notare necesse est. Retuli hactenus omnes Fumarias ad unum idemque genus, prout ex nominibus initialibus *Cat.* pag. 40. & 58. constare poterit, nec id sine ratione. Licet enim fructu multum differant, & ob hanc diversitatem ad diversa referantur genera a Botanicis recentioribus, obstat tamen florum varia structura, quæ rursus omnia confundere videtur; figura quidem & facie externa flores conveniunt, sed petalorum numerus varius. In Fumaria enim vulgari & minori tenuifolia *C. B.* flos est tetrapetalos, in bulbosis vero vere dipetalus; nam in duo petala sponte sua resolvuntur flores, & quod alarum loco adest, in summitate connascitur atque ad radicem petalo superiori vel galeæ firmius adhæret, labium vero inferius separatum decidit. Itaque duo inde genera fieri deberent, sicuti facit *D. Rivinus*, primo *Fumariæ*, cui vasculum breve subrotundum monococcum, & dein *Pseudofumariæ*, cui vasculum oblongum polyspermum seu sili-

qua

qua potius, seminibus speciosis splendentibus repleta, præsertim cum & flores diversi sunt Enimvero primum cognatæ hæ plantæ ad diversa Dipetalorum & Tetrapetalorum genera immerito distrahuntur, & obstat deinde lutea illa exotica Fumaria, Split vocata, quæ siliquosa quidem est, sed flores habet omnino tetrapetalos. Instabunt forte alii, hac etiam de caussa a superioribus eam removeri debere, sicuti id etiam factum reperio a *Knautio*, qui Meth. p. 151. 153. eam *SPLIT* nomine a reliquis distinxit, ob rationem licet diversam, labium nempe superius bifidum, inferius vero integrum; quamvis nostra observatione sæpius reperita labium superius reflexum sit & integrum, non bifidum & convexum, quod ille vult, ut nec omnium flores dipetali sunt, sicuti ipse sub his locat. At vero hac ratione tot fere genera erunt, quot sunt Fumariæ species. Accedit enim Fumaria siliquosa semper virens *Cornuti*, quam jam *Turnefortius* ob siliquam oblongam teretem, cum Fumariis bulbosis plana magis, latior & brevior sit, *CAPNOIDIS* genere distinxit. Huic sese associat Fumaria Africana amplexicaulis vesicaria *Barth*. quam ob vascula inflata genus novum esse pronunciavit etiam *Knautius*, & comperientur fortassis posthac plures species, quæ non levioribus de caussis distingui merebuntur, Nobis sane cum nec floribus, nec vasculis exacte conveniant hæ herbæ, ad unum genus consultius referri posse videntur, qua in sententia etiam post magnum *Hermannum* & *Rajum*, vid. Præf.
ad

ad Meth. cum *Ammanno* est D. *Nebelius*. Qui „
licet semina sint diversiformia in siliculis, sili- „
quis bivalvibus, aut capsulis vesiculosis, in eo „
tamen omnes Fumariæ species convenire scri- „
bit Char. Pl. Nat. p. 153. 154 401. quod se- „
mina habeant siliquis seu capsulis inclusa, & „
flores monopetaloides, (in hoc ego non con- „
sentio) anterius rictu & posterius calcari ob- „
tuso donatos, qui pediculis pendent tenuibus, „
florum medio plerumque insertis, adeoque con- „
simili vegetandi modo gaudeant. „ Alii exercitatiores Botanici de hac re statuant, ut visum fuerit. Licet vero ad unum omnes genus referantur, expedit tamen ut differentiæ accurate demonstrentur. Exhibuit jam *Turnefortius* in Inst. eadem Tabula 2.7. Fumariæ & Capnoidis genus, & ad Fumariam quidem characteristicas Icones desumsit a vulgari & bulbosis speciebus; has enim ad idem genus retulit. Restat igitur Fumaria Africana vesicaria scandens, quam *CORYDALIS* nomine distinxit *Knautius*. Flores TAB. VII. A bilabiati sunt, labio superiori reflexo, integro, inferiori inflexo & integro etiam, per margines sæpe crispo: alæ labio superiori cohærent & cum eo decidunt, separari tamen possunt: perianthium E E bifolium, ejusdem cum flore, carnei nempe, coloris & tenerum est, ut petala quasi statui possent folia illa posteriora. Capsula B C vesicæ instar inflata secundum longitudinem dehiscit, in cujus medio D semina nigra splendentia calypetræ membrana-

 brana-

branaceæ, per tenuia filamenta parietibus veſicæ annexæ, involuta deprehenduntur.

FALCATA eſt herba flore papilionaceo, quam ſiliquis minus intortis & paucioribus ſpiris conſtantibus a Medica, ſeu, ut ipſi dicitur, Cochleata diſtinguit *D. Rivinus*. Semina reniformia ſunt. Falcata ipſi dicitur a ſiliquis falcis in modum incurvatis. *Turnefortio* Medicago audit, qui iconem ſuam a ſpinoſa quadam ſpecie T. 231. deſumſit; licet enim is noſtram ſpeciem *Cat*. pag. 148. recenſitam, Medicæ fecerit ſpeciem, Medicaginem tamen ipſius cum *Riviniana* Falcata convenire, ſpecies huic generi annumeratæ docere poterunt. Ceterum ex Methodo *Rajana*, *Hermanniana* & *Turnefortiana* ad unum idemque Genus, plantas nempe Flore Papilionaceo pertinent iſtiusmodi herbæ: *D. Rivinus* Irregularibus Tetrapetalis annumerat cum aliis, quæ flores Papilionaceos non habent, adeoque diverſas plantas commiſcet, ut non memorem Pentapetalos potius quam Tetrapetalos eſſe Papilionaceos flores.

TAB. VI. *HOLOSTEUM* eſt herbæ Enangiospermæ Pentapetalæ genus, cujus florum A petala trifida ſunt, ſemina vero C triquetra in vaſculo B continentur conico, quinque per maturitatem apicibus dehiſcente. His notis addi poteſt, quod in hac quidem ſpecie caules non ramoſi ſint & flores ex eodem centro oriantur. Una vero tantum ſpecies nobis nota eſt, quæ recenſetur *Cat*. pag. 41. *Holoſteum* plantam plane

oſſeam

ossieam significat, sed id intelligendum est κατ' ἀντίφρασιν, quia mollis est & minime tam dura velut os.

TAB. VII. *SPERGULÆ* genus a *D. Volckamero* constitutum assumitur a *Rajo* Meth. Em. p. 110. & florum petalis integris atque vasculo magis rotundo ab Alsine differre statuitur. Quando vero idem *Volckamerus* Fl. Nor. pag. 368. vascula trifariam dehiscere scribit, mendum esse suspicor, cum nostra observatione, quinque, ut in Alsinis, apicibus ea dehiscant. Id notari etiam potest, & tam Spergulis, quam Alsinis, Cerastio, Holosteo & Alsinellis etiam commune est, quod petala non dimittant hæ herbæ, sed cum calicis foliis vascula iis obvolvantur, & quod e divisuris caulium, excepto Holosteo & Alsinellis quibusdam, iis frequenter flores solitarii enascantur. Spergula annua semine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto *Mor.* characterem hujus generis largita est. Lit. A flos explicatus, B vasculum cum calicis segmentis & petalis residuis, C vasculum apertum, E semen ora foliacea cincta cernuntur; hæc vero in aliis plerisque speciebus vel leviter compressa, vel D subrotunda & paverina sunt, nec ullo margine cinguntur. Species septem recensentur in *Catal.* nostro pag 46. 58. 59. 79. 156. Alias porro enumerat *Plukenetius* Phytogr. Tab. 75 F. 2. 5 6. 7. Tab. 118 F. 1. T. 128. F. 3. & 4. *Hermannus* etiam Africanam quandam procumbentem habet Gallii facie H. L. B. p. 19. 20, 21. & *Mentzelius* in Pugillo

quatuor novarum specierum mentionem facit. *Rajus* vero Hist. T. 2. p. 1031. 32. 33. 34. 35. 36. & Suppl. p. 501. plures recenset, de quibus tamen, an veræ species sint, subdubitare licet, exemplo Camerariæ, Portulæ & Centunculi perperam eo relatorum. Anthyllidi Valentinæ *Clusius* Hisp. 479. 480. quam *Turnefortius* Alsinen maritimam supinam foliis Chamæsices nominat Inst App. p. 665. *C. Bauhinus* autem Pin p. 282. Anthyllidem maritimam Chamæsicæ similem vocat, in descriptione flores tetrapetalos, in figura vero pentapetalos tribuit, unde vel ad Alsinem vel ad Spergulam pertinet. Holosteum & Spergula ex *Hermanniana* & *Rajana* Methodo Vasculiferis annumerantur: secundum *Turnefortium* Rosaceorum Classi secundum *Rivinum* Regularium Pentapetalorum Ordini inferentur.

IMPATIENS quare a Balsaminæ genere distinguenda sit, rationes dictæ sunt ex sententia *Riviniana Cat.* p 161. Nunc tamen post secundas cogitationes rationes istæ tanti esse non videntur, ut genus distinctum inferant. *Rajus* in Meth. Emph. sub Pentapetalis locavit herbis, petalorum tamen numerum mire variare & dari quasdam species scribit flore tetrapetalo, alias hexapetalo, alias dipetalo. *Rivinus* Tetrapetalis accensuit plantis, & mihi etiam in hac vulgari specie, quæ recensetur *Cat.* p. 160. flores semper tetrapetali observati fuere. Quodsi igitur aliæ species frequentius tetrapetalos gerant flores, Tetrapetalis Vasculiferis Miscellaneis, si pentapetalos, Pentapetalis Vasculiferis annumera-

merari debent: ex *Riviniana* Methodo vel ad Irregulares Tetrapetalos aut Pentapetalos, ex *Turnefortiana* ad Polypetalos Anomalos flores pertinet hoc genus.

TAB. VII. *PORTULA* est herbæ Enangiospermæ Hexapetalæ genus, cui flores E sunt regulares rosacei, e calicis pelviformis, in duodecim lacinias divisi, incisuris exeuntes; vascula lit. C D G H calicibus continentur bicapsularia, (non simplicia, quod *Ruppius* asserit Fl. Jen. p. 107.) subrotunda, a calice omnino distincta, secus ac in Portulaca, seminibus I multis parvis, ovato-acuminatis, altero latere planis, altero elevatis plena. Vasculi membrana tam tenuis est, ut semina, quæ per maturitatem albicant, transpareant; diu licet reposita vascula, sponte non rumpuntur, multo minus horizontaliter (quod tradit *Ruppius* Fl. Jen. p. 107.) ut in Portulaca abscedere videtur pars vasculi superior. Florum petala fugacia sunt & non raro prorsus desunt, si vero adsint, valde parva sunt, quorum unum separatim exhibetur ad lit. F. Calices si petala desint, plicaturas faciunt, & ob has in sex tantum lacinias divisi videntur, prout ad lit. A & B apparet, ubi A calicem nondum explicatum, B expansum cum staminibus designat: lit. C vasculum nondum maturum calice extractum, H vasculum maturum dissectum, quo dissepimentum & stilus nutritivus appareant, exhibetur. A Salicaria, quacum eundem fere characterem habet, differt floribus e foliorum adversorum (non alternorum, ut perperam legitur *Cat.* p. 240.) alis u-

trinque enascentibus, vasculo subrotundo calice pelviformi & florum figura diversa. Salicaria enim calicem oblongum tubulosum & petala oblonga habet, quorum anteriora magis prominent, posteriora nonnihil reflectuntur, stamina vero duodecim sunt, per vices egredientia, ita ut pars dimidia, sex videlicet, marcidis jam prioribus succedant & compareant; stilus etiam medium florem non occupat, sed in anteriorem partem propendet, secus ac in Portula, cui stamina sex sunt, petala parva subrotunda, æqualiter cum stilo perbrevi (in Salicaria oblongus est) locata. An Alsine palustris minor serpillifolia *C. B.* eadem sit huic plantæ, dubitavi in *Cat.* p. 120. tribuit enim Folia Serpilli forma, sed multo minora suæ plantæ in Prodromo *C. Bauhinus*, cum nostræ folia marginem habeant subrotundum, nec minora sed fere majora sint Serpilli foliis, ob reliquæ tamen descriptionis convenientiam possit esse eadem. Ex nostra Methodo de societate est Hexapetalorum Vasculiferorum: Secundum *Rivinum* Regularium Hexapetalorum, secundum *Turnefortium* Rosaceorum florum agnoscit Genus summum.

Subgenus
TAB. VII. *HYPOPITYS* est herbæ Enangiospermæ Hexapetalæ genus, cujus flores A B C D ex petalis constant inæqualibus & difformibus E F; petala enim quatuor A E majora sunt, imbricata & in pediculum ad basin concavum contracta, duo vero F minora, plana & breviora, pediculo concavo carentia. Immo ipsi etiam flores & vascula inter se non conveniunt, flos enim medius & supremus C decem petalis (quinque majo-

majoribus & totidem minoribus, illis concavis ad pediculum, his vero planis) componitur & vasculum continet quinque loculamentis divisum, cum reliqui flores subter hunc N N locati & parvam spicam efficientes vasculum subsequum habeant quadricapsulare L M. Licet vero flores petala inæqualia habeant & difformia, situ tamen conveniunt, ut pro regularibus jure haberi queant. Semina in vasculis ab initio globosis K, per maturitatem autem quadrangulis & quadrivalvibus L M continentur plurima, parva, scobiformia H. Stilus in summitate umbilicatus est K, vasculo tenello insidens, & circa hoc vasculum stamina cum apicibus hærent I, brevia, octona (in floribus etiam decapetalis) flore occultata. Flores autem circa vascula hærent nudi, conniventes, muscosi & pilosi interius E F, per summitates autem multis laciniis tenuiter incisi, ad basin vero pediculo parvo P, ad cujus ortum squamosum folium hæret G, sustentati. Atque hæ quidem squamæ, cum pediculi ab initio perbreves, flores vero plures juxta se siti sint, facile pro petalis imponere possunt, cum & teneritate & colore veris florum petalis non dissimiles sint, facile tamen diversæ deprehendi possunt, si pediculi ortus curiosius inspiciatur, ubi una tantum squama ad singulos pediculos pertinere videbitur, & si ad pilositatem, qua squamæ carent, attendamus: præterea squamæ illæ majores sunt, quam floris petala. Quæ quidem causa fuit, quod cum *Plotio* apud *Rajum* *Turnefortius*, a quo hoc genus post nostras observationes in Comment. Ac. Reg. Sc. Ann. 1706. p.

 107.

107. 109. *Orobanchoidis* nomine descriptum/etiam reperio, octo petala singulis floribus attribuerit, annumerando videlicet squamas aliquot, & quod *Ruppius* in Fl. Jen. p. 80 tetrapetalos dixerit flores, omittendo videlicet folia illa plana, quæ omnino floris petala sunt Utique tum ob dictam rationem, tum quod petala conniveant & quasi tabescant squamisve implicentur, non ita facile est eorum numerum prima facie determinare, & mihi etiam, antehac ad stamina & loculamenta vasculorum respicienti, modo pro tetrapetalis, modo pro octopetalis habiti fuerunt flores. Ceterum squamæ istæ, quæ ob pediculorum brevitatem summos flores, in spicatum capitulum dispositos, fere totos cingunt, a *Mentzelio* tantum depictæ sunt, cui in Pugillo rar. Plant. dicta fuit hæc herba Orobanche hypopitys lutea March. Brand. Tab. 3. F. 2. Minime vero nova est & a *Mentzelio* tantum observata, cum jam a *C. Bauhino* notata & Orobanche hypopitys dicta fuerit Pin. p. 88 in Prodromo vero pag. 31. satis accurate, quoad partes externas & crassiores descripta. Id notari debet, quod cum nigricantem dicat *Bauhinus*, id faciat respectu Orobanches vulgaris; & sane nostræ hujus imus caulis radicem versus subter terram squamis nigricantibus tegitur, reliqua vero parte squamæ ex fusco rufescunt, ipse autem caulis albicat, & flores etiam ex luteolo albicant, per vetustatem autem tota planta luridi seu obscure rufo-fusci-coloris fit. Planta saporem habet subadstringentem, cui non levis

levis ſuavitas intermixta eſt, & præter ſaporem odor etiam gratus, Primulam veris ſatis æquans in floribus & caule confracto obſervatur, & hac de cauſſa Orobanche Verbaſculi odore *D. Plot.* apud *Rajum* in Hiſt Pl. T. 2. p 1229. dicta fuit, quod nomen etiam aſſumit *Plukenetius* Phyt. Tab. 209. Fig. 5. quæ quidem figura neutiquam reſpondet deſcriptioni *Plotiana*, multo minus cum viva planta convenit, a ſicca procul dubio & ingenio pictoris profecta. Orobanchoides noſtras flore oblongo flaveſcente vocatur *Turnefortio* loco ſupra allegato, ubi etiam Orobanchoiden Canadenſem flore oblongo cernuo, quæ Orobanche Virginiana flore pentapetalo cernuo dicitur *D. Banister* Cat Mſcr. *Pluk.* Ph. T. 209. F. 7 hujus generis ſpeciem facit, nec dubium videtur, quin Orobanche Virginiana radice fibroſa, ſummo caule foliis ſubrotundis cincto *Ejusd. Pluk.* Ibid. F. 6. hujus generis etiam ſpecies ſit. Perennis eſt noſtra ſpecies, & caulis vetus poſt defloreſcentiam ſæpe annuo ſpatio & amplius cum vaſculis ſuperſtat. Julii medio floret apud nos in Fageto & ſilva Lindana, ſolo umbroſo ſub Fagis & Quercubus, a *C. Bauhino* vero & *Mentzelio* ſub Abietibus, Pinaſtris & Piceis præcipue obſervata fuit, unde planta hæc ſui generis nomen nacta fuit, πίτυς enim Piceam deſignat, quaſi dicas plantam ſub Piceis potiſſimum provenientem. Quando floret diligenter perquiri debet, cum eundem fere cum foliis exaridis, inter quæ latet, colorem habeat. Eodem, cum præcedenti herba, Gene-

re superiori gaudet in omnibus Methodis.

TAB. VII. *UNIFOLIUM* est herbæ Bacciferæ genus a Smilace hexapetala floribus tetrapetalis A B diversum. Baccæ C B subrotundæ in quatuor loculamentis D semina continent dura, altero latere plana, altero convexa E. Tot nempe loculamenta & totidem semina cernuntur in majoribus & perfectioribus baccis, alias enim terna tantum, vel bina, aut unum ad maturitatem non raro observatur semen, quod tunc etiam rotundum fere est. Flores ab initio petala habent surrecta, postea vero replicata. Species tantum una nota est, quæ recensetur *Cat.* p. 68. *Unifolium* dicitur, non quod uno tantum folio constet, duo enim vel tria habet, sed quod uno tantum folio e terra oriatur, & non nisi aliquamdiu postea altera acquirat. Genus nostrum nominatum est: ex Methodo vero *Riviniana* ad Regulares Hexapetalos, ex *Turnefortiana* ad Rosaceos pertinet flores.

TAB. VIII. *SERRATULA* est herbæ Capitatæ genus, cujus flores A ex flosculis fistulosis uniformibus G constant, calice B angusto & fere cylindraceo, squamoso, squamis appressis, comprehensis. Semina teretia D F pappo innascente coronata sunt. Stilus in summitate bifidus est. Non leviter cum Centaurio majori convenit, sed differt tamen calice multo magis angusto, & seminibus, quæ Centaurio majori angulosa sunt. Jaceæ species simili formatione gaudentes huc referri & eodem nomine venire possunt, licet folia

lia ſerrata, a quibus Serratulæ nomen datum, non ſemper obtineant. Cyani vero & Jaceæ ſpecies cenſebuntur, quorum floſculi difformes ſunt, marginales nempe reliquis majores, magis patuli, tubæ-formes & ab interioribus diverſi, qua de cauſa, quam pro charactere *Turnefortius* Inſt. Tab. 254. Jaceæ ſpeciem pingit, ob floſculos uniformes & ſemina anguloſa ad Centaurium majus referri debet. Crupina *Belgarum*, cujus ſemen lubrico lævore ſpecioſum ad Serratulam lit. E depictum eſt, ad Serratulam non incommode referri poteſt, & huc etiam ſpectat, quam vero *Cat.* p. 156. Jaceam latifoliam capite hirſuto *C. B.* Serratulæ ſpeciem feci, ob ſemina non papposa inde removendam & alii generi, quod *Crupina* vocari poteſt, inferendam nunc cenſeo. Serratula vulgaris recenſetur *Cat.* p. 168.

TAB. VIII. *CRUPINA* eſt herbæ Capitatæ genus, cujus flores A uniformes, ſeu ex ejusdem magnitudinis & figuræ floſculis E F conſtant, calice communi B ſquamoſo comprehenſis. Semina vero D nuda ſunt, nullo pappo coronata. Lit C, calicis ſquama ſeorſim picta eſt. Floſculi exteriores ob calicis collum anguſtius & multitudinem interiorum floſculorum extrorſum premuntur, unde incurvi fiunt E. Jacea latifolia capite hirſuto *C. B.* quæ recenſetur *Cat.* pag. 156. hujus generis ſpecies eſt & characteriſticam figuram ſuppeditavit, quare non amplius Serratula, ſed Crupina capite hirſuto ſquamis pennatis dici debet. Hujus etiam loci videtur Carduus ſtellatus foliis

foliis Papaveris erratici *C. B.* Crupina capite stellato foliis Papaveris erratici posthac dicenda. *Crupina* dicitur, ut existimat *Dalechampius* in H. L. p. 567.) a seminis lubrica lævitate, Cruppen enim seu cruypen Batavis prorepere significat, quod licet Crupinæ vulgari exacte competat, nec nostræ tamen id denegari potest. Crupina & Serratula pertinent ad herbas Flore Composito ex flosculis fistularibus, quod Genus Capitatum vocatur *Rajo* & *Hermanno*: *Rivinus* ad herbas Flore Composito ex Regularibus tantum flosculis refert: *Turnefortius* Flores Flosculosos vocat; uterque hac ratione diversæ figuræ flores & flosculos confundit, vere namque Capitatas & Discoideas atque Corymbiferas nudo flore herbas.

TAB. VIII. *XERANTHEMUM* est herbæ Capitatæ genus, cujus flores ex flosculis difformibus A B constructi sunt, & hæc etiam flosculorum diversitas a *Turnefortio* notata & icone expressa est Tab. 284. lit. C E. licet exteriores ad E non prorsus accurate. Flosculi exteriores A majores & Irregulares videntur, ex laciniis inæqualibus, duobus nempe anterioribus brevioribus & angustioribus, tribus vero posterioribus longioribus & nonnihil reflexis constructi; horum simplex corona est, stilo tantum longiusculo, sine utriculo farinam continente, donata. Flosculi interiores B reliquum discum implent, regulares, in quinque breves & parvas æquales lacinias, stilum complectentes divisi, qui stilus utricu-

triculo farinam genitalem effundente donatur, & semina foliorum corolla B cinguntur; qua carent semina & flosculi exterioris ordinis A. Cur ejus fecerim mentionem, est locus quem ei a plerisque Botanicis diversum assigno, nemo enim eorum Capitatis herbis, sed *Rajus* Corymbiferis, *Turnef.* floribus Compositis radiatis, quem sequitur *Rivinus* & *Knautius*, accensuere. Cum vero Capitatarum nota præcipua sit, quod flosculi sint fistulosi, oblongi, in medio ventricosi, in summo vero in angustiores & tenuiores lacinias divisi, Capitatis eam accenseri debere dicta modo flosculorum, licet non ita prorsus longorum, ac reliquarum Capitatarum, figura testatum facit, ut non adeo male sub Jaceæ genere enumerata fuerit hæc planta a *C. Bauhino*, licet id eum ex dicta flosculorum structura fecisse probabile non sit. Ceterum nullo modo pro radio venditari possunt speciosa illa radiantia folia; calix enim est semiflosculos colore & figura referens. Id quod manifestum inde fit, quod stilis careant & seminibus non insideant barbulæ illæ simulatæ, & quod calici reliquo manifeste inserantur, cum quo etiam consistentia aridiore & exsucca conveniunt. Figura tamen non eadem, sed ipse etiam calix difformis est; exteriora nempe & inferiora ejus folia D latiora, pro ratione longitudinis, imbricata, brevia, exalbida cum basi virescente, a quorum aliquot ordinibus porriguntur speciosa illa colorata folia E, basi vel pediculo etiam virescente donata, inde vero per omnem discum ab

ab utrisque diversa prodeunt foliola candida & exsucca, cuspidata C, quæ non immerito calicis seminibus intersperst continuatio haberi possunt. Id quod de Carlina etiam valet. Licet enim hujus flosculi minus fistulosi sint & similes prope Discoideis, quia & horum adinstar dispositi, tamen ob capita spinosa & totius habitus similitudinem Capitatis planta consultius annumeranda videtur. Species Xeranthemi enumeravit *Turnefortius* Inst. Tab. 499.

TAB. VIII. *CONYZELLA* est herbæ Flore Composito Discoide genus, cujus flores A ex flosculis & semiflosculis exiguis C D, recta linea protensis compositi sunt, qui si per microscopium examinentur, singulares & sui generis esse deprehenduntur; semiflosculi enim E unica incisura seu in duas lacinias, flosculi F in quatuor tantum dissecti sunt, cum plerique reliqui Discoidei flores flosculos obtineant in quinque lacinias divisos. Semina papposa parva, gracilia, cinerea sunt. Hujus una tantum species, quæ Canadam patriam agnoscit, nota est, quæ nunc Europæ spontanea & indigena facta & *Cat.* p. 160. recensita est, quod qua ratione factum videatur, dixi in Ephem. Nat. Cur. Cent. 3. & 4. Obs. 125.

CONYZOIDES: quam hoc nomine in *Cat.* p. 154. recensui & ab Astere distinctam proposui herbam flore Composito Discoide, ob id præcipue distinctionem postulare videbatur, quod semiflosculi ejus surrecti essent & nullum cum seminibus angulum facerent, sicuti in Astere, ubi radi-

radius eleganter & in verum radium expanditur. Ad solis tamen uberiorem lucem revolutos sæpe & aliqualem radium efficere posthac observavi, unde si quis ab Asterum consortio sejungere nolit, per me id facile licitum fuerit. Ea tamen adhuc differentia subest, quod calix magis cylindraceus sit, quam in Astere, & quod flosculi duplicis structuræ in floribus ipsius observentur; etenim præter flosculos meditullium floris parco numero occupantes, circa eos, si probe advertamus, multi perexigui, nullis laciniis, sed filamentis multis in summitate per microscopium divisi cernuntur, qui utriculo & farina, qua interiores gaudent, destituuntur, stilum vero tantum obtinent. Qui subtiliores has differentias existimaverit pro novo genere statuendo, per me licet Asteris speciem faciat. Semiflosculi plerumque integri, aliquando vero duabus exilibus laciniis divisi, angusti sunt & longiusculi, quamvis pappum longitudine non multum supereut, hic enim mox ab initio comparet longus, flosculos occultans. Flosculi vero interiores in quinque, prout alii, lacinias divisi sunt.

TAB. VIII. *DORIA* est herbæ Flore Composito Discoide genus, quod calice quidem B non squamoso satis cum Jacobæa, ad quam refert *Turnefortius*, convenit, verum semiflosculorum raritate in tantum ab hac aliisque differt, ut merito peculiare genus constituat. In figura nostra ad lit. C flosculus extractus depingitur. Semiflosculi ab initio integri sunt, postea vero laciniæ

ejus

ejus explicantur. Duæ præcipue species mihi notæ sunt, quarum una cum synonymis suis recensetur *Cat*. p. 164. alteram vero constituit Solidago Sarracenica. *Doria* dicta videtur a voce Gallica d'or, quod aurum significat, cujus colorem flores æmulantur. Trium præcedentium herbarum Genus nostrum nominatum est, quo & Corymbiferæ plantæ commode referri possunt: *Turnefortius* ad Flores Compositos Radiatos, *Rivinus* ad Flores Compositos ex Regularibus & Irregularibus simul refert.

TAB. VIII. *HYOSERIS:* hoc genus omittitur a *Turnefortio*, describitur autem a *Rajo* Meth. Em. p 31. ubi ejus notas facit, semina non papposa, & quod semiflosculi marginales H folia calicis, quibus incumbunt, longitudine vix excedant. Quibus notis addi possunt: calix I simplex, angulosus, semina K striata, caules nudi, ad radicem tenues & solidi, in summitate sensim crassiores & fistulosi. Hyoseris latifolia *Tab*. quæ recensetur *Cat* pag. 91. pro charactere hujus generis inserviit. Præter hanc *Tabernæmontanus* Hyoserin augustifoliam habet. *Hyoseris* vero idem est, ac Seris porcina, propterea quod porci illam avide appetere dicantur. Pertinet ad herbas Planipetalas lactescentes *Raji* & *Jungii*, seu quarum flores ex Semiflosculis tantum constant secundum *Turnefortium*, vel quæ flores habent ex flosculis Irregularibus tantum compositos, ut interpretatur *Rivinus*; *Turnefortii* autem loquendi modus præ aliis placet.

VIR-

VIRGA SANGUINEA genus a Corno distinctum constituere posset, cum flores ejus non, ut in Corno, excipiantur perianthio communi, tetrapetalo, floris æmulo, & non in fasciculi formam colligantur, sed umbellatim disponantur, & præterea baccæ ejus & ossicula sint rotunda magis, minime vero oblonga. Forte tamen hæ differentiæ nimis curiosæ fuerint. Ceterum flores ejus tetrapetali regulares sunt, petalis angustis, oblongis, cruciatim dispositis, unde male omnino Rosaceis floribus annumerat *Turnefortius* Inst. p. 641. Stamina totidem, quot sunt petala; calix e fructu exit vix visibilis, in quatuor exiles lacinias divisus. Baccæ olivæformes ossicula habent binis cavitatibus distincta, in quorum singulis, ceu in Corno, singula latent semina. *Virga sanguinea* dicta fuit Auctoribus a stolonibus, hieme præsertim, rubentibus. Synonyma enumerantur *Cat.* p. 79.

TAB. VIII. *SPINÆ CERVINÆ* vel Rhamni cathartici flos a nemine adhuc satis accurate observatus est, nec mirum, cum ob parvitatem vix conspectum subeat; est enim non monopetalos, quod *Rajus* Meth. Em. p. 159. & *Turnefortius* Inst. p. 593. asserunt, sed revera tetrapetalos regularis, petalis primum herbacei coloris, postea subfuscis, minimis, ut stamina, quibus apponuntur, nec latitudine, nec longitudine superent aut æquent saltem; (lit. C ea separatim exhibentur.) Sed & hoc præcipue consideratione dignum, quod flores a fructu removeantur, ac tota quidem planta

ta, nam qui frutices baccas laturi sunt, calicem vel perianthium, & his conclusum baccæ rudimentum, cui stilus quadrifidus insidet, obtinent, at floriferi tantum præter perianthium, quod ubique in quatuor segmenta expansum est, stamina etiam habent, quibus apices inhærent, herbacei cum petalis (quæ hic solum adsunt, licet analogum quid, sed tamen non petalodes ad baccas occurrat) coloris, nullus vero stilus vel fructus rudimentum conspicitur. Petala perstantibus adhuc perianthiis cito emarcescunt, nec æque, quam si perianthia inexplicata aperiantur, conspici possunt Alii perianthia pro floribus habuere, unde *Turnefortio* præsertim flos monopetalos infundibuliformis audit, *Ruppius* vero cum *Rivino* Fl. Jen. p. 83. calicem bacciferum intelligere videtur, quando monopetalum quidem esse dicit florem, sed tamen per maturitatem ab intumescente embryone in quatuor petala findi, vera enim petala alius indolis sunt, cito defluentia & vix cognoscibilia. In figura nostra ad lit. B flos sterilis, ut vulgo loquuntur, calice staminibus & petalis constans, lit. A fertilis, stilo nempe, embryone & calice constans, qui, ut eo melius embryo compareat, altero latere incisus est, exhibetur. Inter calicis segmenta laciniæ etiam notatæ sunt, quæ in bacciferis perianthiis florum loco adesse videntur. Ex *Rajana* & *Hermanniana* Methodo ad arbores Bacciferas non Umbilicatas tetrapyrenas pertinet: in *Turnefortiana* Methodo ab arboribus Monopetalo Flore donatis ex nostra observatio-

no

ne ad sequentem Classem, quæ Rosaceos complectitur flores, transferri debet: secundum *D. Rivini* Methodum plantis Flore Regulari Tetrapetalo donatis annumeranda est.

GENERA NOVA TURNEFORTIANA,

In Historia & Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum, Anno 1705. pag. 311. 312. 313. & 1706. pag. 103. & seqq. tradita, ex Gallico in Latinum sermonem versa.

TAB. VIII. *VALANTIA* est plantæ genus flore A B C monopetalo campaniformi, in quatuor plerumque, nonnunquam tamen in tria segmenta diviso. Fructus ejus D E membranosus est, aviculæ pedes quadantenus referens, & in singulis fructibus; (vel seminibus potius) denticulatis in summitate, semen F (nucleus potius) continetur reniforme. Figura seminis ad lit. E ex *Columna* desumta est, cetera ex *Turnefortio* & Hist. Acad. Reg. Scient. mutuata sunt. Una tantum hujus generis species nota fuit *Turnefortio*: Valantia quadrifolia verticillata, quæ est Rubia quadrifolia verticillato semine *J. B.* 3.719. Rubeola echinata saxatilis *C. B.* 334. Cruciata muralis minima Romana *Col.* Ecphr P 1. 297. cui nomen indidit a Botanico Gallo excellentissimo *D. Vaillant.* Stellata planta est & harum Classi annumerari debet hoc genus: *Turnefortius* Campani-

k 2 pani-

paniformibus annumerarit, aliis tamen flores non minus Infundibuliformes, vel Cruciformes etiam judicabuntur: ex Methodo *Riviniana* ad Flores Regulares Monopetalos pertinet.

TAB. IX. *FICOIDES* est plantæ genus flore A B monopetalo campaniformi, tenuiter & multifariam diviso, in fundo vero perforato C, quo cum pistillo D D velut articulatione quadam jungitur. Floribus emarcidis pistillum & calix E E una abeunt in fructum F G, divisum in plura loculamenta H I, quibus semina continentur parva, subrotunda K. Species ejus plures ex *Hermanno* dicto Historiæ loco enumerat *Turnefortius*, qui Ficoidis nomen ab *Hermanno* primum impositum, retinere maluit, quam aliud novum proferre. *Hermannus* autem hoc nomen indidit a similitudine, quam cum Ficu Indica vel Opuntia habent hujusmodi plantæ, utpote quarum floribus subjiciatur fructus, ad modum Ficus Indicæ, succosus, dulcis, Ficui Indicæ similis, quanquam siccitate in fungosam aridam membranaceam substantiam degeneret, multos seminum loculos continentem. At vero cum Opuntia non sit Ficus, *MESEMBRYANTHEMI* vox, quam usurpat *Plukenetius*, huic generi aptius quadraret, & licet aliæ etiam dentur plantæ, quibus id vi etymologiæ tribui posset, huic tamen magis convenit, utpote cujus florum fundus arctius, & notante *Turnefortio* velut articulatione quadam pistillum excipit. Tale vero, designat vox ista, a *μέσος* medius, ἔμβρυον tenellus fetus & ἄνθος flos conflata,

ſtata; ac ſi diceres embryonem vel piſtillum ejus medio floris exceptum. *P. Hermannus* in H. L. B. p 244. dividit hujus generis ſpecies in Quinquecapſulares, quarum duæ ſint fructu piriformi majori, quinque fructu piriformi minori, tres vero fructu orbiculato, & Multicapſulares, quarum altera ſit fructu majori, altera minori. Ceterum de fiorum figura notari poſſet, eam non minus Roſaceam, quam Campaniformem videri. Referri poteſt ad herbas Bacciferas vel Pomiferas, Genus nempe *Raji* XVI. vel XVII. In Methodo *Turnefortiana* vel ad herbas Campaniformes, vel ad Roſaceas etiam: in *Riviniana* Regularibus Monopetalis annumerari debet.

TAB. IX. *MORSUS RANÆ* eſt plantæ genus duplici flore inſignitum; alii enim A nodoſi vel ſub baſi craſſiores & fertiles ſunt, alii B non nodoſi & ſteriles. Utrique roſacei ſunt, ex tribus nempe petalis roſacee quaſi diſpoſitis conflati, quibus in fertilibus fructus C D ſubjicitur, per maturitatem oblongus (ſubrotundus potius pingitur) in ſex loculamenta E plerumque diviſus, quibus ſemina F continentur ſatis parva. *Turnefortius* non niſi unam ſpeciem ſibi notam faſſus eſt, nimirum Morſum Ranæ foliis circinatis, floribus albis, qui Nymphæa minima ſive Morſus Ranæ audit *J. Bauhino* Hiſt. Pl. T. 3. pag. 773. *C. Bauhino* vero dicitur Nymphæa alba minima Pin. p. 193. Sed aliam præter hanc advertit comes ejus in itinere Orientali, *D. de Gundelsheimer*, referente *Jobrenio* in Hodego Botanico, *STRATIOTEN*

i. e. Viae duce
Guida Botanica

TEN nempe vulgarem, quam Stratioten foliis Aloës semine longo vocavit, sicuti contra Morsum Ranæ, Stratiotem Asari folio semine rotundo appellavit, quam quidem, cum paucis aliquot aliis, Observationem communicatam, prætereaque nihil habet istud Vade Botanicum. Utrumque nomen & Stratiotis, & Morsus Ranæ, *Dodonæus* præcipue usurpavit, ex quo quodcunque eligere volueris, perinde fuerit. Stratiotes dicta fuit *C. Bauhino* Aloë palustris *Pin.* p. 286. *J. Bauh.* T. 3. p 787. Aloë sive Aizoon palustre. Pertinet in Methodo *Rajana* ad herbas Vasculiferas flore Tripetalo regulari, quod genus sola quasi hæc planta occupat, in Methodo *Turnefortiana* vero Rosaceis floribus annumerari debet: Regularibus Tripetalis in *Rivini* Ordinibus accenseri debet.

TAB. IX. *MENISPERMUM* est plantæ genus flore A rosaceo, ex pluribus nempe petalis B circa embryonem rosæ modo dispositis constante; pistillum autem C triplex est, cujus unaquæque pars D bacca fit E, continens semen F planum, per maturitatem, excavatum & lunulatum, unde nomen; μήνη enim lunam, & σπέρμα semen significat. Una, inquit *Turnefortius*, hujus generis species mihi nota est: Menispermum Canadense scandens umbilicato folio: Clematis hederacea perennis Virginiana, umbilicato folio, papposo flore *H. R. Par.* Clematis Hederæ folio *H. R. Blef.* Si fructus, de quo mihi non satis constat, vera bacca sit, Bacciferis herbis annumerari debet; in Methodo *Turnefortiana* Rosaceis, Classi

nem-



nempe VI. annumerari debet. Florem *Turne-fortius* polypetalum pingit, ab Amico quodam Tetrapetalum quondam observatum recordor; forte exteriorem locum occupat, calix est, & si calix sit, Regularibus Tetrapetalis floribus ex mente *Rivini* acconseri debet.

TAB. IX. *CHRYSANTHEMOIDES* est plantæ genus flore radiato A B, cujus discus C compositus est ex multis flosculis D, corona vero EE ex semiflosculis F constat, embryoni seminis G insidentibus, quæ semina totidem velut nuculæ I fiunt, baccam ab initio referentes, temporis autem progressu indurescentes K, & nucleum continentes L. Calix H simplex est, ad basin usque divisus. Species hujus generis sunt: (1.) Chrysanthemoides osteospermum Africanum odoratum spinosum & viscosum *Hort. Amst* Tom. 1. 85. Chrysanthemum Africanum frutescens spinosum *Flor. Nor.* 105. (2.) Chrysanthemoides Africanum Populi albæ foliis: Chrysanthemum arborescens Æthiopicum, foliis Populi albæ *Breyn.* Cent. 1. 155. Pertinet hoc genus ad herbas Corymbiferas *Raji*: Classem XIV. *Turnefortii.*

TAB. IX. *CAMPHORATA* est plantæ genus flore stamineo AA, cujus stamina quotuor e fundo calicis infundibuliformis BBB egrediuntur; calix autem modo in tres B 2. modo in quinque AC lacinias divisus est. Pistillum ejus D in semen abit, capsula quasi quadam E, incisura brevi G notata, involutum, quæ non nisi calix est F, cujus summitates sibi approximarunt.

Turnefortio una tantum species nota fuit, nimirum (1.) Camphorata hirsuta *C. B.* 486. sed *Hermannus* habet (2.) Camphoratam Africanam umbellatam fruteſcentem & in *Raji* Suppl. Hiſt. Pl. p. 245. recenſentur (3.) Camphorata Capenſis Eryngii minoris folio *Hort. S. Pet.* (4.) Camphorata Capenſis Gallii folio umbellifera *Ej.* (5.) Camphorata Capenſis foliis fere trifidis *Ej.* (6.) Camphorata Capenſis odorata *Ej.* Herbis Apetalis in omnibus Methodis annumerari debet.

TAB. IX. *CHAMÆBUXUS* eſt plantæ genus flore Irregulari A B, papilionaceo ſimili, a quo tamen differt, quod tribus tantum petalis conſtet, quorum duo ſuperiora C D elevata ſunt, vexillum repræſentantia, inferius autem E E imbricatum eſt & per extremitatem cochlearis inſtar F F excavatum, quo piſtillum G continetur in fructum abiens planum & ſubrotundum H, Polygalæ ſimilem; nam & in duo loculamenta dividitur Polygalæ inſtar, & per maturitatem bifariam dehiſcit, ſemina fundens oblonga L. Pertinet igitur ad herbas Enangiospermas Tripetalas, flore Irregulari præditas in Methodo *Rajana*, in *Turnefortiana* vero ad Polypetalas Anomalas ſeu Claſſem XI. *Inſt. R. H.* In Methodo *Riviniana* Irregularibus Tripetalis floribus annumerari debet. Unam tantum novit hujus generis ſpeciem *Turnefortius*, quæ eſt Chamæbuxus flore Coluteæ flaveſcente *C. B.* Pin. p. 471. ſive Chamæbyxos quibusdam *J. B.* T. 1. L. 5. 24. Anonymos flore Coluteæ *Clus.* Hiſt. 105. Aſtraga-

lum

lium humilem buxifolium appellavit *Hermannus* in H. L. B. Ex relatione *Gundelsheimeriana* apud *Jobrenium* animus erat *Turnefortio* *POLYGALOIDIS* nomine insignire hoc genus, quo non tantum convenientia ejus cum Polygala indigitaretur, sed id magis etiam appropriatum fuisset, quam Chamæbuxi, quod Buxum humilem significat.

TAB. IX. *SOLANOIDES* est plantæ genus flore ABC rosaceo tetrapetalo, (regulari & non deciduo ex figura) cujus pistillum abit in testam subrotundam D, nuculam continentem EF, tunica carnosa G tectam, unde baccæ similitudinem acquirit. Species hujus generis sunt: (1.) Solanoides Americana Circææ foliis canescentibus; Solanum Barbadense racemosum minus tinctorium, Circææ foliis mollibus & incanis *Pluk.* Ph. T. 112. F. 1. (2.) Solanoides Americana Circææ foliis glabris: Amaranthus baccifer Indicus minor Circææ folio & facie *Cat. H. Beaum.* *Solanoides* procul dubio dictum fuit hoc genus ab habitu & facie externa; caulis enim similis est Solano vulgari & similem in modum divaricatur, utpote cui pediculi, flores & semina racematim disposita gerentes, non e foliorum alternorum alis, sed horum parte adversa & nuda egrediuntur: A Solano vero multis modis differt, floribus nempe tetrapetalis nudis, non deciduis, baccis monospermis. Semen in Horto Amstel. rugosum dicitur & nigricans, flores ab initio albi, postea herbidum colorem acquirere referuntur.

TAB. X. *GALE* est plantæ genus flore a fructu remoto, flores enim A A nucamenta sunt ex multis parvis foliis axi medio adhærentibus conflata; horum autem foliorum quaterna pelvis instar cohærent, & intra hæc stamina B C latent cum apicibus, nullo succedente fructu, utpote qui in aliis pediculis D nascitur, racematim compactus. Qualenam vero semen E sit, an siccum vel molle, an nudum vel vasculo inclusum, non determinatur, nec id ex figura facile ediscere licet, ut de loco certi quid afferre nequeam; videtur tamen ad Meth. Em. p. 139. vel 140. referri posse. Species hujus generis sunt: (1.) Gale frutex odoratus Septentrionalium *J. B.* 1. P. 2. 225. Rhus myrtifolia Belgica *C. B.* 414. Chamælæagnus *Dod.* p. 768. & App. (2.) Gale Lusitanica foliis amplioribus incanis.

TAB. X. *DIERVILLA* est plantæ genus flore AB monopetalo infundibuliformi C, in quinque æqualia segmenta diviso, & calice quinquefolio E comprehenso. Calix autem & flos summo insident fructui I, qui oblongus & pyramidalis fit F, in quatuor loculamenta G, semina H parva continentia, divisus. Pertinet igitur ad herbas Enangiospermas monopetalas, seu Genus plantarum XIX. *Raji*: Classem autem II. *Inst. Rei Herb.* Regulares Monopetalas *Rivini*. Unam tantum hujus generis speciem habet *Turnefortius*: Diervillam Acadiensem fruticosam flore luteo, quam *Dn. Dierville*, Chirurgus, ex Acadia, quæ est Americæ Septentrionalis provincia, pri-

primum attulerat, in cujus honorem nomine ipsius insignivit.

OROBANCHOIDIS genus superius sub HYPOPITYOS genere relatum hic præterimus.

TAB. X. *TERNATEA* est plantæ genus flore A B papilionaceo, cujus vexillum C carinam F & alas D E prope occultat. Pistillum ejus G, siliqua fit H, bivalvis I K, seminibus globosis L feta. Quibus notis adjici potest, folia ejus pinnata esse, una pinna impari extremam costam terminante. Species hujus generis sunt (1.) Ternatea flore simplici cæruleo: Flos clitoridis Ternatensibus *Breyn*. Cent. 1. 76. (2.) Ternatea flore pleno cæruleo: Phaseolus Indicus Glycyrrhizæ foliis, flore amplo cæruleo pleno *H. Amst*. T. 1. 47. (3) Ternatea flore simplici albido. Mihi hæ duæ posteriores varietates potius, quam diversæ species videntur. Nomen sortitum est hoc genus a Moluccis insulis, quarum aliqua Ternate appellatur, unde semen primum allatum fuit. Herbis flore Papilionaceo ex Methodo *Rajana* æque ac *Turnefortiana* annumeratur: *Rivinus* Irregularibus suis Tetrapetalis accensuit & Phaseoli speciem fecit, a quo, quod carina cochleata non sit, omnino differt.

TAB. X. *LAVATERA* est plantæ genus, cujus flos malvaceo prorsus similis est, sed fructus A differt; hic enim velut clypeus (bouclier) aliquis B membranaceus est, depressus in summitate, inferius autem corona seminum, quasi funiculo aliquo, cingitur. Semina vero C reniformia & quod

quod notabile, nuda sunt. Una tantum hujus generis species nota fuit *Turnefortio*: Lavatera Altheæ folio & facie, flore rubro. Nomen ascivit a *Lavateris*, Tigurinis Medicis, qui & a notitia Historiæ naturalis, & a praxeos felicitate magnum in Republica sua nomen habent. Ceterum hoc genus Gymnopolyspermis herbis ex fructus structura annumerari debet, cum vero flos malvaceus sit, & Malva porro, si curiosius examinetur, Vasculiferis annumeranda sit, quin & de Ketmia & Abutilo vasculi ratione, res extra omnem controversiam sit, hæ vero omnes plantæ floribus & reliquo etiam habitu satis conveniant, non immerito, ne quid dissimulem, *Rayanam* Methodum ex hoc capite petere aliquis posset, & fateor hanc de hac Methodo solam quasi difficultatem mihi notam esse, quæ non parum molestiæ apud me mihi peperit. Aut enim partibus præcipuis, fructu nempe differentes, ad diversa genera superiora referri deberent, idque non adeo bene, aut flore & toto reliquo habitu satis convenientes, non obstante ista diversitate, conjungi & ad idem Genus referri deberent, quod vereor ut aliquis ex rigorosioribus Methodicis concedat. Interea si aliis Botanicis quidlibet audendi hactenus libertas fuit, quidni non obstante habitu, in illa Methodo naturalissima alias, diversa inde genera, diversis Classibus aut Generibus superioribus inferenda, ex hujusmodi saltem plantis statuantur?

TAB XI. *LUFFA* est plantæ genus flore monopetalo campaniformi, in quinque partes ad

centrum

centrum usque diviso. Flores autem alii steriles sunt, nulli embryoni insidentes B, alii fecundi A, embryoni C adhærentes, qui deinde in fructum D abit Cucumeris fructui similem, sed non carnosum. Fructus autem exterius E F multis fibris inscriptus est, quibus per substantiam ejus continuatis, intus eleganter reticulatus G efficitur fructus. Semina in ternis fructus loculamentis H I K continentur prope ovalia. Una hujus generis species nota est: Luffa Arabum: Cucumis Ægyptius reticulatus seu Loffa Arabum *Vesling.* Not. in P. Alp. 48. In gratiam magistri, qui ita edixit, Campaniformibus annumeretur, per me licet, in nostra enim Methodo, sive flores Campaniformes, sive Rosacei potius sint, Pomiferarum herbarum Classi inseri debet: ex Methodo *Rivimiana* pertinet ad Flores Regulares Monopetalos.

TAB. XI. *CHELONE* est plantæ genus flore A A B personato, cujus labium superius C dorsum testudinis repræsentat; inferius D divisum est in tria segmenta. Pars floris posterior E angustior fit & pistillum F recipit, quod deinde fructus fit oblongo-rotundus G, in duo loculamenta H I, semina foliacea K continentia, divisus. Unam tantum hujus generis speciem recenset *Turnefortius* a *Dn. Dierville* allatam, quæ vocatur ipsi: Chelone Acadiensis flore albo. Ad herbas Enangiospermas Monopetalas pertinet in Methodo *Rajana*: in *Turnefortiana* vero ad Classem III. seu Flores monopetalos Anomalos: in *Rivinsana* ad Irregulares Monopetalos.

TAB.

TAB. XII. *METHONICA* est plantæ genus flore A Liliaceo hexapetalo, basi fructus B adhærente. Fructus autem C ovalis est, in tria loculamenta D, semina subrotunda E, duplici serie disposita continentia, divisus. Quibus notis addi potest, radix Fanconiformis, petala undulato margine prædita, cum staminibus & stilo mox ab explicatione sursum retroque flexa, & folia G in capreolum H desinentia. *Hermannus* in H. L. B. App. stilum tricuspidatum dicit, *Turnefortius* integrum depingit, *Commelinus* partim integrum, partim trifidum in summitate pingit, unde videtur recens stilus integer, vetus vero divisus esse. *Turnefortius* unam hujus generis speciem recenset, quæ est Methonica Malabarorum *H. L. B.* 688. Lilium Zeylanicum superbum *H. Amst.* T. 1. 69. De censu est herbarum Bulbosarum, inter quas structuræ raritate & coloris pulchritudine facile principem occupat locum.

CONYZOIDES est plantæ genus flore flosculoso, Conyzæ simili, sed in eo diverso, quod semina pappo destituantur. Species ejus sunt: (1.) Conyzoides flore flavescente cernuo: Aster Atticus foliis circa florem mollibus *C. B.* 266. cernuus *Col.* 1. 252. (2.) Conyzoides Orientalis Verbasci folio.

GENERA PLANTARUM NOVA, a DD. NISSOLE & JUSSIEU DESCRIPTA

In Commentariis Acad. Reg. Scient. An. 1711. p 418. & seqq. & A. 1712. p. 244. & seqq.

TAB. XII. *CORIARIA* est plantæ genus flore A stamineo, ex decem staminibus, quorum singu-

la

la duos gerunt apices B, & calice C quinquefolio conflato. Floribus evanidis pistillum DD, quod alio calice EE, similiter in quinque segmenta ad basin diviso continetur, cum calice simul in fructum F abit, quinque semina G reniformia continentem. *J. Bauhinus* flores describit parvos virides, sive chloros racematim quasi congestos, cum apicibus multis, ex parte nigricantibus: fructus esse pisorum magnitudine pentagonos, cujus seminula, notante *Lobelio*, intra angulosam tunicam inclusa sint cochleata. *Nissolius* unam tantum hujus generis speciem sibi notam dicit, quæ est, Coriaria vulgaris: Rhus myrtifolia Monspeliaca *C.B.* 414. Plinii putata *J.B.* 1. 560. Nomen sortita est hæc arbor a Coriariis, qui loco Rhois vel Sumach ad densanda coria ea utuntur. Pertinet ad pag. 139. Meth. Em. *Rajı*, Classem vero XIX. *Turnefortii*.

TAB. XII. *JASMINOIDES* est plantæ genus flore A monopetalo Campaniformi tubuloso, in quinque segmenta breviora diviso, e cujus calice BB, in quinque lacinias diviso surgit pistillum C, infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum D mollem seu baccam, duodecim vel quatuordecim seminibus E foetam. Una tantum hujus generis species nota est: Jasminoides Africanum Jasmini aculeati foliis & facie: an Rhamnus alter foliis salsis flore purpureo *C. B.* 477. primus alter *Dod.* P. 741. Pertinet in Methodo *Rajana* ad pag. 155. in *Turnefortiana* ad Classem I. vel II. si cui aliter videatur, in *Rivıniana* ad Flores Regulares Monopetalos. A Jasmino bacca polypyrena & flore Campaniformi magis, quam infundibuliformi differt.

TAB. XII. *FICOIDEA* est plantæ genus flore A stamineo, cujus stamina calice B, in quinque subrotunda segmenta diviso continentur. Floribus evanescentibus pistillum, quinque filamentis flavis C terminatum, fructus fit pentagonus D, per maturitatem quinquefariam dehiscens, in cujus


cavi-

cavitate plura continentur semina E parva, reniformia. Figura floris ad lit. F ex Flora Norbergensi desumta est, utra vero, in *Nissoliana*, vel *Volckameriana* sit accuratior, cum ipse nondum viderim, determinare nequeo. Una tantum hujus generis species nota est *D. Nissolio*: Ficoidea procumbens Portulacæ folio: Kali aizoides Canariense procumbens Portulacæ pallescentibus foliis, aspergine rorida perpetuo madidis *Pluk.* Ph. T. 304. *Volck.* Fl.Nor 236. Nomen accepit hæc planta a Ficoide *Hermanni* & *Turnefortii*, cujus aliquot speciebus satis similis est fructu, verum cum staminei sint flores, non potest esse Ficoides, & ob fructus diversitatem non potest esse Kali, cui annumeratur a *Plukenetio* & *Volckamero*. Pertinet ad pag. 26. Meth. Em. *Raji*, in Methodo *Turnefortiana* vero ad Classem XV.

TAB. XII. *CORISPERMUM D. Jussieu* nominat plantam ex seminis similitudine quam cum cimice obtinet; κόρις enim Græcis cimicem, & σπέρμα semen significat. Igitur ex observatione ejus Corispermum est plantæ genus flore ABB nudo, dipetalo, petalis ex adverso locatis, intra quæ embryo sedet cum pistillo C & stamine D, solitario, in summitate locatis. Semen E cimicis figuram & colorem habet, altera parte convexum, altera nonnihil concavum & margine foliaceo circumdatum. (Pistillum unicum dicitur in descriptione, in figura vero duplex vel bifidum depingitur.) Præter semina nuda cum Stellaria plurimum convenit, ac forte si accuratius examinetur, quod nudum videtur semen, vasculum potius deprehendetur. Quodsi nudum prorsus & non in quaterna loculamenta, ceu in Stellaria, divisum sit, ab hac abesse & Generi *Rajano* X. inferri debet, quonam autem in *Turnefortiana* Methodo pertineat, & quamnam flores ejus figuram obtineant, me ignorare fateor: ex Methodo *Rivimana* ad Regulares Dipetalos Flores referri debet. Una *Auctori* hujus generis species nota fuit: nempe Corispermum hyssopifolium.

Partheniastrum, *Alypum* & curiosiorem *Ficus* anotomen, a *D. de la Hire* factam, Tabulæ æneæ & paginarum angustia addere prohibemur.





SUPPLEMENTUM FLORÆ GISSENSIS.



Uperiori anno, quo *Appendicem* dedi *Catalogi Plantarum circa Gissam nascentium*, ob temporis angustiam & instantes nundinas Francofurtenses omittere debui *Alypi*, *Parthenastri* & curiosiorem *Ficus* recensionem. Neglexi etiam alia quædã nova Plantarum genera, quorum icones characteristicæ vel deerant, vel non satisfaciebant, vel de quorũ notis characteristicis mihi non satis constabat. Jam licet nec eæ suppetant, nec notas characteristicas ab exemplaribus vivis examinare & confirmare datum fuerit, tamen occasione ferente volui eorum aliqua cum dictis Generibus vel ideo recensere, quo alii, quibus ea obviam facta fuerint, habeant quo in ea diligentius inquirant. Ejusmodi autem sunt *Alypum*, *Chrysocome*, *Pinastella*, *Graminifolia*, *Corrigiola*; reliqua extra dubitationem posita sunt

TAB. XIII. *ALYPUM* Monspelianum sive Frutex terribilis *J. B.* T. I p. 598. Hanc plantam *C. Bauhinus* in Pin p. 463. nominat Thymelæam foliis acutis, capitulo Succisæ, sive Alypum Monspelientium: *Clusius* eam describit sub nomine Hippoglossi Valentini *Hisp.* p. 179 180. & *Turnefortius* eam locat sub genere Globulariæ Inst. p 467. titulo Globulariæ fruticosæ, Myrti folio tridentato. Verum

 rum

rum characterem habet & à Thymelæa, & ab Hippoglosso, (quod & ipse *Clusius* advertit, sed in gratiam tantum Professorum Valentinorum ita nominavit) & à Globularia differentem Etenim ex observatione *Nissolii* Hist Ac. R. Sc. A. 1712, flores ejus A. ex Semiflosculis B. C. in tres lacinias divisis componuntur, è quorum fundo surgunt quatuor stamina (duo triave tantum pingit) albicantia, apicibus nigricantibus prædita. singuli semiflosculi singulis insident seminibus nudis papposis E & calix florum D. ex multis angustis foliis squamatim incumbentibus constat. Ex qua observatione planta hæc Herbis flore Composito Semiflosculoso annumeranda esset. Enimvero cum Semiflosculi illi stilum bicornem habere non dicantur, nec vagina eum alias cingens & farinam spermaticam continens adsit, sed potius stamina totidem, quot in Globularia, cum apicibus suis adesse observentur, à sententia *Nissolii* recedere liceat, & plantam hanc Globulariæ speciem cum *Turnefortio* esse patiamur, licet illius petala magis applanata, & minus profunde divisa sint, ideoque Semiflosculos fere mentiantur. Illa enim nota principalis est omnium Herbarum flore Composito, ut staminibus careant Flosculi & Semiflosculi ipsarum, stilo vero, bicorni plerumque, & utriculo, ceu vagina aliqua farinam spermaticam continente, horum loco donentur. Tamen si quis ob semina papposa a Globularia sejungere & distinctum genus facere voluerit, per me licet faciat, flores vero compositos esse non concesserim, alias si talismodi essent, novum hoc foret in hac Classe, dari fruticem flore Composito præditum. Igitur si non ad Globulariam ipsam, ad idem tamen cum Globularia genus superius, nempe Gymnomonospermis plantas referri debet.

TAB. XIII. *PARTHENIASTRUM.* Hujus notæ sunt, calix B. simplex, in quinque partes ad basin usque divisus: flores A. B. in summis cauli-

bus


bus & ramulis umbellatim quasi dispositi, ex quinis Semiflosculis candidis cordatis G. S T. V. X. (P. per microscopium) & Flosculis aliquot utricularibus Q (R. per microscopium) apicem vel stilum crassiusculum in summitate emittentibus, in nullas, quantum oculis percipi potest, lacinias divisis conflati. Flosculi hi discum occupantes steriles videntur, Semiflosculis autem semina succedunt nigra, oblonga & compressa C.D K L. nullo, quantum observare potui, pappo cristata, Semiflosculum exaridum in summitate S. T. V. X. retinentia. Sub singulis calicis foliis d M. latet adhuc folium unum aliquantum majus & magis planum e. H. N. huic vero Semiflosculus S. semper adhæret, & præterea ad singulos Semiflosculos utrinque è tenui filo canaliculata hærent foliola alia I. a a. semen amplectentia & id velut occultantia C. D. quibus remotis semen nudum, planum, nigrum, oblongum K.L. apparet. Ulterius e singulis hisce binatim appositis foliolis canaliculatis utrinque extrorsum peculiaris flosculus b.c. e peculiari veluti vaginula egreditur, reliquis autem flosculis discum occupantibus folia parva candida O. interspersa sunt. Figura ac notæ nostræ accuratiores sunt ac *Nissoliana* in Hist. Ac R. Sc A. 1711. exhibitæ. Pertinet ad Herbas flore Discoide radiato, semine non papposo donatas. Unam hujus generis speciem recensuit *Nissolius*, nempe Matricariam Americanam Ambrosiæ folio, parvo flore albo *Turnef.* Inst. R. H. App.

Jampridem in examinandis & describendis plantis præ aliis diligens vir, *Val Cordus* observavit *FICUS* fructum, cum ad mediam magnitudinem pervenerit, intra se flores concipere, figura confertis staminibus similes, colore e candido purpurascentes, e carne exeuntes & ad mediam fructus cavitatem se dirigentes, quibus singulis singula minuta succedant semina, flava, leniter compressa


Milioque similia. *Turnefortius* unumquodque stamen seu filamentum involucro cuidam, (quod non, ut ille pingit, integrum est, sed in multas lacinias, quinque, sex vel septem divisum) granum recens compressum plerumque ac subrotundum tegenti, annexum esse scribit. Omnium vero curiosissime & accuratissime observavit *Hireus Fil.* in Comment. Ac. R. Sc. A. 1712 p. 363 & seqq. numerosa illa involucra semina obvolventia & totam fere ficum occupantia nonnisi embryones & stilos esse, calice quadri- aut quinquepartito & peculiari adhuc membranaceo involucro tectos, in summitate vero ficus, umbilicum versus paucos aliquot, tres, quatuor aut quinque, plerumque vero tres latere veros flores, calice tripartito & tribus staminibus cum totidem apicibus, farinam per microscopium globulosam exhibentibus, constantes, supra quos circulus cuspidatorum foliorum locetur, umbilicum florum vel ficus claudens. Flores igitur staminei intra fructum occultantur, & in eadem ficu vel fructu a stilis & seminibus remoti sunt, quod singulare est in omni plantarum genere Videsis hæc omnia figuris accurate illustrata in allegatis *Comment. Ac. R. Sc.*

TAB XIII. *JACEA.* Notissimum est Jaceæ genus, sed minus notæ sunt distinctivæ ejus differentiæ. Eas has accipe: Calix B. squamosus, non aculeatus plerumque; flores A. difformes, interioribus nempe D E. ab exterioribus C. diversis, in quinque æquales breviores & angustiores lacinias divisis, in medio ventricoso tubulo donatis, exterioribus autem magis expansis & laciniis longioribus donatis, nullo ventricoso, sed angustiore tubulo præditis. Exteriores hi infecundi sunt, & nullis seminibus insident, nec etiam stilo & vagina spermatica donantur, ut interiores D. E. F. A Cyano differt flosculis exterioribus in pauciores, quatuor nempe vel quinque tantum lacinias, easque


TAB. XIII.



Alypum.



Parthenîastrum.



Jacea.

q
n
J.
C
m
al
d
m
F
T
fi
m
d
t
r

p
p
D
u
c
b
t
C
C
f
c
l
v

C
r
r
l
c
a
c

que profundius divisis, ut & seminibus, quæ Cyano papposa & multis foliolis ab invicem separata, Jaceæ vero non papposa sunt, nec foliolis separata. Ceteroquin multus pappus e thalamo egrediens semina ambit. Capitula squamosa sunt, squamis in aliis speciebus extantibus & in medio, ubi abscedunt, angustatis G. in aliis magis appressis, nec in medio angustatis, sed a latiore basi acuminatis H. Folia non spinosa, nunc integra, nunc dissecta sunt. *Turnefortii* figura notis nostris non convenit, desumpta enim a specie aliqua, cui Flosculi uniformes sunt, & cujus semina pappo coronantur, ideoque vel ad Serratulam, vel ad Chironiam potius pertinet. Jaceæ quatuor vel quinque species recensentur in *Cat. Pl. Giss. & Append.*


TAB. XIV. *VITICELLA* est herbæ Gymnopolyspermæ genus, floribus A. C. nudis, Tetrapetalis, figura Rosacea præditis, petalis autem D. E. deltoideam formam referentibus. Stamina ut in reliquis Gymnopolyspermis plura sunt & apicibus B. numerosis gaudent: semina F. nuda sunt, basi plana, extremitate vero adunca & acuminata, nullis comata plumulis, qua ratione differt a Clematite, ut & floribus, qui Cruciformes sunt in Clematitis genere, petalis angustioribus, nec versus extremitatem in latum exporrectis. Clematitis cærulea vel purpurea repens *C. B.* Pin. 300. hujus loci est. Viticella autem nominari potest, quod veluti viticulis scandat.


TAB. XIV. *CAREX.* Hoc nomine utitur *Flora Jenensis* p. 305. 306. ad designandum novum Graminis cyperoidis genus, quo referuntur Gramina cyperoide spicis tantum seminiferis, non floriferis *Raji* Meth. Em. p. 185. quæ *Turnefortius* in Inst R. H. omisit, & quæ notas characteristicas, quas is Cyperoidi tribuit, spicas nempe floriferas a seminiferis in eadem planta remotas habere non obtinent. Licet vero hæc sufficiens distinctionis

nota videri queat, accuratius tamen examinanti potiores aliæ observari poterunt. Etenim semina non triquetra, ut aliorum plerorumque, sed plana & compressa sunt, altero nempe latere E. plana, altero G. leniter elevata, in aliis speciebus acuminata E. & H. in aliis obtusa D. ubique vero nuda, non capsulis, ut Cyperoidum, inclusa. Præterea non mere seminiferæ sunt spicæ, quod *Rajus* vult, cum nullum detur semen sine flore, sed floridæ etiam, floribus I. vel per singulas spicas partiales, e quibus totalis A. componitur, sparsim & in summitate plerumque intermixtis, embryonibus autem & stilis C. inferius positis, & e squamis locustæ B. exeuntibus, vel in summitate aliquot spicularum paullo supra seminiferas seorsim locatis. Igitur flores in hoc genere non totis spicis, sed iisdem a seminibus remoti sunt. Ceterum flores & semina Caricis, Cyperoidis & Cyperi id peculiare habent, quod ex squamis seu folliculis uniglumibus, modo longioribus K. modo brevioribus L. egrediantur, quo cum Scirpis conveniunt, a reliquis vero Graminibus differunt. Proinde ob traditas notas Cyperoidum familiæ eripiendæ sunt: Carex minor spica divulsa seu interrupta *Cat.* p. 61. Carex polystachya spadicea *ibid.* Carex major spica compacta *Ib.* p. 62. unde figura nostra characteristica desumpta est, Carex nemorosa spicis parvis asperis *Ib.* Carex polystachya spicis partialibus brevioribus mollibus *Ib.* p. 71. Carex minor spica divulsa radice comosa p. 86. & Carex minima seminibus reflexis puliciformibus p. 78. Quæ posterior elegans species spiculam acerosam seorsim supra semina aliquousque divulsa gerit, nihilominus ob semina nuda, eandem cum florifera spicam efficientia, hujus omnino generis est. Semen ejus ad lit. H. depictum est.


JUNCOIDES calicem habet Junci, hexaphyllum nempe, & simile etiam vasculum, verum non plura,


TAB. XIV.








Viticella.















Carex.

Chrysocome.

plura, ut in Junco, sed terna saltem semina continens; habitus etiam externus à Junco non leviter diversus est. Gramina nemorosa hirsuta hoc præcipue genus constituunt. *Rivinus* Cyperellas nominare solet, quo nomine etiam veniunt in *Fl. Jen.* p. 130. Enimvero cum Junco magis, quam Cypero & Cyperoidi similia sint hæc Gramina, Juncoidis nomen convenientius videtur. Ceterum minus bene genus hoc, cum Junco, Persicaria, Polygono & aliis herbis Apetalis, flore Petalode donatis annumeratur in dicta *Flora Jenensi*.

TAB. XIV. *CHRYSOCOME*; cujus notæ, calices seu florum A. capitula B. habitiora, bullosa, non cylindrica, ut in Conyza & aliis, nunc in umbellæ formam disposita, nunc solitaria, squamis nec lucidis, nec coloratis, ut in Elichryso, cincta. Flosculi C. stellati, speciosi, aureo fulgore splendentes, seminibus D E oblongis, compressis, cinereis papposis inhærentes. Folia angusta, numerosa, alterna. Figura nostra ex *F. Columna* Ecphr P. 1, p 82. desumpta est, à vulgari nempe & Europæa specie, quam Linariam folioso capitulo vocavit *C. Bauhinus*. Pin, p. 213. Reliquas species enumerat *P. Hermannus* in Fl. L. B. Pertinet ad Herbas flore Discoide nudo, semine papposo præditas. Ceterum observari velim à *Knautio* Meth. p. 121. 127 huic generi calicem foliosum & non squamosum tribui, qui post floris lapsum expandatur instar stellæ, quod minime congruit cum observatione *Hermanni, Raji* & *Columnæ*. Calix alias vere squamosus non est, sed ex foliolis constat separatis, illis, quę in caule sunt, similib⁹. *Commelinus* hanc plantam Comaureis suis Africanis accensuit, sed cum illæ perianthium habeant squamosum, hæc vero foliosum, convenientiæ genericæ ratio non suppetit. Nec melius Virgæ aureæ generi à *Morisono*, & Conyzæ annumeratur à *Turnefortio*, ceu à quibus calice habitiore non cylindraceo florumque splendore, ut & flosculis Uniformibus (in

 Cony-

Conyza enim, vulgari saltem. Difformes sunt, exteriores in tres, interiores in quinque lacinias divisi, in Virga aurea autem præterea radiati) in longiores lacinias divisis differt.

PINASTELLA est herbæ genus flore imperfecto sive Apetalo ad foliorum nempe stellatim dispositorum (minime, ut in Equisetis, pyxidatorum) singulorum genicula flos appositus est solitarius, nudus, duobus constans staminibus, antheris luteis capitatis, inter quæ intermedium conspicitur pistillum breve, insidens embryoni rotundo, qui flore præterito abit in semen nudum unicum, in singulis foliorum alis singulum. *Dioscorides* hanc plantam sub nomine Polygoni feminæ, ut creditur, descripsit, & sub hoc nomine *Matthiolus* & *Alii* depinxere, sed sine flore & semine; *C. Bauhinus* denique semina observans Equisetis accensuit, sub nomine Equiseti palustris brevioribus foliis polyspermi, quem & *Rajus* sequutus Equisetis pariter annumeravit. Ast ex modo dictis de flore ipsius & semine satis liquet, cum Equisetis nullam omnino huic plantæ intercedere convenientiam. Pinastella non inepte vocatur propter convenientiam quandam quoad faciem externam cum Pinu.

GRAMINIFOLIA est herbæ genus flore imperfecto, qui ita se habet: ad foliorum nodos tria quatuorve nascuntur cornicula juncta, ex eadem basi prodeuntia, citra ullum staminum vestigium gerentia insidentes ipsis stilos quasi membranaceos albidos pileiformes, totidem quot sunt cornicula. Pistillis evanidis semina illa terna vel quaterna tantillum majora facta evadunt in semina totidem nuda. (Forte cornicula embryones, stili vero illi membranacei pileiformes apices seu capsulæ fuere farinam floridam continentes.) *Rajus* in Hist. Pl. exhibuit sub nomine Graminifoliæ aquaticæ, corniculis tribus quatuorve ad foliorum nodos. *C. Bau-*

hinus

hinus in Pin. p. 193. & Prodr. p. 101. Potamogeton capillaceum capitulis ad alas trifidis nominavit.

CORRIGIOLA est herbæ Gymnomonospermæ genus, flore nudo Pentapetalo Regulari, cujus pistillum breve insidet embryoni rotundo, qui deinde abit in semen unicum, nudum, rotundum, exiguum, intra florem non deciduum latens. Adde folia adversa & ad horum alas verticillatim nascentes flores; quinque nempe in eodem brevi petiolo flores, instar thecarum Illecebræ juncti sunt, & horum florum quinatim junctorum congeries verticillos demum constituit. Corrigiolæ etymon inter synonyma Polygoni reperitur, cui & à J. *Bauhino* & à *Rajo* annumerata fuit hæc herba; cum verò character ejus, ut ex dictis patet, à Polygono multum diversus sit, hoc nomen huic plantæ appropriari potest. Sub nomine Polygoni parvi flore albo verticillato depingitur & breviter describitur à J. *Bauhino* T. 3. p. 378.


Tria hæc posteriora genera ex observatione communicata habeo.

Tantum de Generibus novis: nunc aliqua monenda & addenda supersunt. Observari autem velim ad pag. *Cat.* 237. 238. de Gramine Officinali & Gramine avenaceo dumetorum spicato *Raji*, posse nihilominus in hortis & alibi etiam alia dari Gramina, quæ flagellis emissis repant, & quorum usus in Medicina esse possit, cum viribus geniculatæ Graminum radices & sapore subdulci adstrictorio satis conveniant. Ita enim, quod *Dodonæus* paniculatum exhibet officinale Gramen, (quod ni distincto traderetur loco & caules ei tribuerentur rotundi, cum Eragrosti, cui etiam flagella repentia sunt, licet minus copiosa, minusque longa, caules vero compressi, idem videretur) arvense esse ab ipso asseritur, & ex *Marcello* probat *idem* & post hunc *J. Bauhinus*, veteribus radices Graminis nodosi in usu fuisse medico. Ceterum flagella ista non

 nisi

nisi caules & folia videntur, sequenti anno protrudenda. Quæ flagella & flagellata Gramina in arvis, hortis & dumetis, ubi solum laxum & rarum est, longe uberius, quam in pratis & pascuis, ubi solum densum reptatui minus favet, (ut his propriæ locis non aut rarius observentur,) proveniunt. Flagella tamen emittit etiam Gramen dulce udorum *Lob.* quod præter agros in horum etiam marginibus gramineis inque ipsis pratis udis nascitur, licet non æque longa ipsi sint, nec valde multa flagella. Interea ex his omnibus, ni forte nodosum excipiendum sit, officinale præcipue videtur Gramen avenaceum dumetorum spicatum *Raji*, quod præ omnibus aliis insigniter repit & importuno suo reptatu late omnia occupat, hacque de caussa hortulanis maximopere invisum est, licet *Rajus* id non adverterit, sed contrarium potius scripserit, radicem ipsi tribuendo fibrosam Hist. Pl. T. 2. p. 1262. Sane enim hoc est Gramen illud *Raji*, cum reliqua omnis ibi descriptio & præcipue spicarum graphica delineatio Meth. p. 174. id persuadeant, nec *J. Bauhinum* etiam, cujus figura desideratur, aliud officinale Gramen intel exisse videtur. Ubi tamen reticere nequeo, esse præterea geniculatum vulgare aliquod Gramen, quod spicam obtineat Triticeæ similem, id quod me litteris humanissimus docere voluit diligentissimus Graminum scrutator *J. Scheuchzerus*, diserte asserens, Gramen caninum vulgare spicam obtinere Triticeæ prorsus similem. Ego id hactenus non cognovi. Ceterum reliqui *Auctores*, quos sub Gramine canino citat *C. Bauhinus* Pin. p. 1. probe distinguendi sunt; qui enim paniculatum exhibent, hujus loci non sunt. Quin nec *Tabernæmontanus*, qui spicatum figura exhibet, verum designare videtur, aut figura, quæ secalini quid refert, valde fuerit vitiosa. Quod iisdem litteris indigitasse videtur laudatus *Scheuchzerus*, quando "sibi „ observatum ait, quosdam Gramini cuidam, ra-
dice

pag. 170.


TAB. XV.
A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
Gramen avenaceum dumetorum
spicatum *Raji*.

d
d
c.
q
v
ci
ar
fu
m
te
m
It
C.
m
pa
de
pl
At
pr
ul
er
m
ne
lu
ra
tu
re
sp
de
ac
co
ru
ai
ol
re
H
fu
in


dice geniculata repente, ſpica ſua vel panicula "
deſtituto, adjeciſſe ſpicam Graminis pratenſis ſpi- "
ca flaveſcente *C. B.* cum ejus apud *Auctores* figura "
quadantenus ſimilis ſit iconi *C. Bauhini*; hanc "
vero iconem Graminis canini vulgaris ſeu Offi- "
cin *C B.* valde malam eſſe & pluribus erroribus "
anſam dediſſe ". Unde conficitur multa hactenus ſub uno nomine pro eodem venditata fuiſſe Gramina ſpicata æque ac paniculata, eaque rurſus inter ſe diverſa, vel & diverſis nominibus, aut ſynonymis nondum conjunctis idem indigitari Gramen. Ita enim Gramen latifolium ſpica triticea compacta *C. B.* Pin. p. 8. Pr. p. 17. idem videri poteſt Gramini avenaceo dumetorum ſpicato *Raji*, licet ſpicæ partiales non tam ſitu transverſo, quali hoc gaudet, ſed (errore forſan pictoris vel ſculptoris) plano potius, qualis Lolio eſt, depictæ videantur. Atque his nos lucem aliquam vexatiſſimo & ignoto prope officinali Gramini attuliſſe, vel ne alii ſaltem ulterius errent proſpexiſſe, vel & noſtrum etiam errorem, quando nullum quaſi vere triticeum geniculatum Gramen exiſtimavimus, ex obſervatione *Scheuchzeriana* correxiſſe ſperamus, & ne ullum dubium ſuperſit, iconem ejus quoad ſpicam & radicem TAB. XV. addere voluimus. Deſignantur autem lit. A B. ſpica partialis vel locuſta florens & expanſa, quo ſtamina & cirroſus ſtilus conſpiciantur, C. D. contracta & ſeminibus prægnans de facie plana, quo glumarum nexus conſpiciatur, ad E. F G. autem locuſtæ in ſpicam ſitu tranſverſo congeſtæ exhibentur, quæ locuſtæ in dumetis plerumque ſtrigoſiores & leviter ariſtatæ ſunt, in agris autem & hortis, tanquam in ſolo miti, muticæ obſervantur & majores, qualis ad A. & B. ſiſtitur, reliquæ autem ſtrigoſiores & ariſtatæ ſunt. Ad H. I. K L. M. radices aliquot geniculatæ æri inciſæ ſunt, ad genicula L M. N. ſquamis aliquot cinctæ, in ſummitate vero H. I. acuminatæ, dentis canini inſtar,

ftat, a qua fimilitudine Gramina iftiusmodi flagellis prædita, canina dicta fuerunt. Dici poteft hoc noftrum Gramen, Gramen dumetorum fpica Brizæ.


TAB. XVI. Gramen fparteum capillaceo folio minimum. Pufillum hocce Gramen in vervactis arenofis circa Darmftadium copiofe nafcitur, & Maji initio florens mihi obfervatum eft. Duas treſve uncias altum eft, culmis præditum tenuiffimis enodibus, uno alterove verfus radicem capillaceo brevi folio veftitis, fpicas breviores purpurafcentes in fummitate gerentibus, ex locuftis alternatim axi tenuiffimo annatis conftantes. Locuftæ autem fingulæ conflatæ funt ex calice biglumi A. folliculum lanuginofum B. (qui an uni- vel biglumis fit, ob exilitatem perfpici nequit) unicum claudente, quo granum C continetur parvum & oblongum. Quæ partes ad lit. D. & E. per microfcopium depictæ funt, ubi tum granum apparet lucidum. Muticæ funt locuftæ, nec arifta eft, quæ folliculis & granis appingitur, fed ftilus. Radix tenuiffime eft fibrofa, fuperius verfus folia fquamis aliquot tenuiffimis cincta. Forte Gramen fparteum Monfpeliacum capillaceo folio minimum C. B. Pin. p. 5. n. 9. Pr. p. 11. n. 31. Qui licet fuo paniculas adfcribat, fpicas potius, quæ ex eadem radice valde numerofæ prodeunt, intellexiffe videtur. A J. *Bauhino* T. I p. 465 C. 76. vocatur Gramen minimum; fed cum figura ejus minus fit accurata, accuratiorem pulchelli hujus Graminis exhibere libuit.

TAB XVI. Lichenaftrum imbricatum majus. Licet Lichenaftri characterem jam in *Append.* p. 83. 84. exhibuerim, tamen quoniam ab eo tempore circa petalodes dictum Lichenaftrum fingularis mihi obfervatio enata fuit, eam hic reticere nolui. Nempe obfervatum mihi eft, grana illa pulverulenta, quibus flofculum illum Tetrapetaloidem infidere erronee fcripferam *Ibid.* p. 84. non nifi flofculum effe nondum difruptum. Vidi enim grana ifta pediculis ab initio, (ubi nempe primum e theca fur-

TAB. XVI.



Gramen sparteum capillaceo folio minimum.



Lichenastrum imbricatum majus.

ea surgunt) brevioribus, dein longioribus, albidis & crassiusculis insidere clavæformia, nigricantia, quæ per maturitatem quadrifariam dehiscunt, & excusso, quo prægnantia erant pollme, flosculi Tetrapetaloidis, pediculo nunc tenuissimo & exarido hærentis, faciem exhibent: vidi modo orta, vidi progressa, vidi dehiscentia, fundentia & exarida capitula vel grana. Observavi porro thecam vere bivalvem non esse, sed integram & in summitate solum apertam, & præter hanc interius, remota hac, aliam veluti peculiarem flosculum conspexi teneriorem, candidam, minutam, ut duas tresve lacinias superius divisam, e cujus fundo granum illud pediculo insidens oritur. Exhibentur lit. A. B. flosculi seu grana disrupta, C. D. E. grana integra, e folliculis progredientia, F. extractum granum, G. idem per microscopium visum integrum, H. apertum, cum theca N. disrupta, quo interior theca vel flosculus O. conspiciatur: ad I. per microscopium etiam petalum separatum exhibetur, qua facie apparet dum farinam fundit, fuscum nempe & filamentis innumeris obsitum, quibus interspersus est spermaticus pollis, per microscopium ex innumeris pellucidis flavo-virentibus globulis K. constans. Ad lit. L. & M. præter alias thecæ exteriores conspiciuntur, quæ nunc solitariæ, nunc binæ conjunctim e summis ramulis & ipsis hinc inde cauliculis numerosæ prodire solent. Id mihi observare datum fuit circa Martii initium, locis roscidis, udis, quibus alias omnes Musci lætius germinare solent. Igitur cum alii reperiantur plures Licheses, nempe Lichen calceato caule *Col.* Lichen petalodes polymorphos *Nost.* Hepatica fontana, Marchantia &c. quibus capitula vel grana in flores explicantur, suspicio est, & reliquos granula ferentes in flores etiam explicari, ea tamen cum differentia, ut Lichenis genus polycoccon, Lichenastri autem monococcon sit. Petalodis itaque appellatio

pellatio deinceps minus congrua videtur huic speciei, cujus synonyma dedi ad Lichenastrum petalodes squamosum majus *Cat.* p. 213. cui addi potest, quod recensetur in *Fl. Jen.* p. 345. nempe Jungermanniæ foliis subrotundis densissime & imbricatim dispositis, viridis minoris.

Carvi foliis tenuissimis, Asphodeli radice *Turn.* Hæc umbellifera herba *Cat.* p. 139. recensita, Oenanthes potius species est, cum flore & semine cum ejus genere prorsus conveniat, unde Oenanthe pratensis Asphodeli radice vocari potest. Observandum autem est in *J. Bauhini* Hist. P. T. III. P. 2. p. 9. figuram esse transpositam & cum Filipendulæ figura commutandam, quamvis nec illa satis descriptioni & vivæ plantæ respondeat. Accuratiorem & figuram & descriptionem alia occasione dabimus. Ceterum provenit hæc planta uberius in silva Fernbeck dicta prope pagum Annerode, quam loco in *Catalogo* nominato, & Junii non Julii fine floret. Id quod etiam notetur de sequenti *Ibid.* planta, quæ Majo floret & a Julio ad Maji finem transferenda est.

Ægilops minor, panicula angusta, locustis parvis, foliis junceis *Catal.* p. 82. An Gramen avenaceum glabrum, panicula e spicis raris strigosis composita, aristis tenuissimis *Doody* apud *Rajum.* Hist. App. p. 1909? Nostri tamen folia multo angustiora & aristæ breviores sunt. Culmos habet cubitales, tenues, glabros, gramineos, foliis perangustis glabris ad genicula cinctos, qui in summo paniculam gerunt tenuem, e locustis parvis (nunc virentibus, nunc spadiceis) glabris, leviter aristatis constantem. Folia complicata & compressa sunt, ut juncea videantur. Cum descriptio hujus Graminis omissa fuerit in *Appendice*, hic eam exhibere necessarium fuit visum.

INDEX

INDEX
NOVORUM GENERUM

Moni-

INDEX.

F I N I S.

ADmonendus est Bibliopegus, plagulas litteris majoribus A. B. &c. quas versales vocant, signatas, ab initio compingendas esse, minoribus autem a. b. c. &c. notatas, postponendas, *Catalogo* nempe *Appendicem* anteponendam non esse: Titulum *Præfationi Catalogi* præpositum & rubrica deletum, deleri etiam seu exscindi, cujus loco in frontispicio Libelli agglutinandus est Titulus & tabella Topographica; reliquæ autem paginæ ejusdem plagulæ pertinent ad *Appendicem*, sicuti paginæ Tituli deleti sunt *Catalogi*.

Ceterum figuræ omnes *Appendici* & *Supplemento* inferendæ sunt.